




M. VALERII
MARTIALIS
EPIGRAMMATA
CUM COMMENTARIIS
DOMITII
CALDERINI
25
2
4
18












EX LIBR. FR.
FRANC. RADI
ADAMI
N° 8284.


BIBLIOTECA NAZIONALE
4872
FIRENZE







DOMITIVS CALDERINVS IOANNI FRANCISCO LODOVICI PRINCIPIS MANTVANI FILIO SALVTEM.

ON fuiſſent tot exemplis editi commētarii noſtri quos ſuperiore æſtate emiſeramus: niſi tu magna ex parte impuliſſes: qui Martialis & ingenium amas: & iocos in ſago ac caſtris aliquando legere ſtatuiſti: nam quum Homerus mātuanus ciuis tuus: quem græcum Alexander perpetuum comitem habuit inter tubas tantum canat: Nunc quoniam odium eſt a bellis illius lectione intermiſſa huius ſalibus: quem uerus iperator Maroné ſuū appellabat animū in æſtiuis relaxabis: Hæreditaria. n. tibi ſtudia ſunt: nec ab his diſcedere potes: niſi cū maioribus tuis: tum Lodouico patre doctiſſimo principe te indignum filium fateri uelis: ſed quū domeſticam laudem ac nobilitaté facile ſuſtineas humanitate: prudentia: rei militaris induſtria: ſtudio quoque litterarum: quæ a domo tua omni tépore cultæ & ornatæ fuerunt dignum te præſtas Gonzaga familia: Franciſcoque in primis cardinali fratre qui dignitate: omnium in ſe beniuolentia: ſingulari uirtute quod accepit a familia nominis uel illuſtrauit uel certe integrum propagabit in poſteros. Vnum illud abs te magis atque magis peto & ſi pateris contendo ut ſi forte inſcripta incideris: quibus laborum noſtrorum accuſatio contineatur: loca đ quibus diſputabitur conferas: nec quod ego dixerī ex calumniatoribus audias potius q̃ ex commentariis noſtris cognoſcas. Quoſdā. n. hæc noſtra lucubratio ita offendit ut de ſuis rationibus actū putent: niſi calūniis: iurgiis: contumeliis me de laudis poſſeſſione deiecerint: & cum multis apertiſſimiſque rationibus noſtra probari intellgant: ea ab ſe accepta & mihi tradita fuiſſe inſigni mendacii uanitate affirmāt. Quāti ſe faciunt dii boni: q̃ ſe & ſua amant ſine riuali. Remitto illis oēm reprehenſionem: Modeſtiæ enim meæ qua eoꝝ inſolentiam iam diu ſuſtinui me adhuc non pœnituit: ſed eos libero eo metu & dolore. Ex iis. n. quæ olim iactabant tantum affuit: ut quicq̃ probarī: ut ne ea quidem in commentariis noſtris uſq̃ confutare libuerit: ne in araneas: ut ī ꝓuerbio eſt arieté agere uiderer. Quid. n. falſum eē demonſtrare oportuit laureolum apud Martialem minimū: eſſe ſyrios tumores callum ſeruorum: lacertum ſaxetanū. i. inter ſaxa uerſātem: Vare paretonias lata uoce: pro latia uitæ: Mēſis ſorptita ſecūdis pro ſcriblita: clemēs eliconis ī oras ꝓ elicaonis oras: quæ cuperet partius eſſe ſua: pro quæ cuperet pactius eſſe ſua: ſed quid ego iſta conſector quæ pene īfinita ſunt: paratus eſt: ita me deus amet: ad editionem libellus: quo ſupra ducenta eorum errata: & ea quidem cum puerilia: tum aperta collegimus: quod altera epiſtola facturum pollicitus ſum: edidiſſeque niſi Ioannis Lodouici tuſcani: & Marci Lucii Facini conſilio uſus eſſem: quoꝝ uterque & doctiſſimus & mei amātiſſimus me iniuriæ obliuiſci maluit q̃ ulciſci. Id quū ad optimarum artiū ſcientiam & humanitaté q̃ profitemur pertinere uideatur: ſecutus ſum eorū uolūtaté ac iudicium: quod ét ea de cauſa libenter paſſus ſum: ne Laurentium Medicem meum offenderem: q pro ſua grauitate ſapientia & calumniatorum leuitatem aſpernatus eſſet: & in me deſideraſſet facilitatem: ad quā ipſe natus eſt & inſtitutus. Itaque ualebunt iſti. Tu quid ad Laurentium noſtrum ſcripſerim leges: ac mihi aderis teſtis earum laudum: quæ ī homine eximiæ profecto: ac ferme innumerabiles ſunt. Cui non ſolum me non pœnituit has uigilias dicaſſe: ſed meæ erga illum obſeruantiæ immortali & fidei nulla ex parte ſatiſfactum eſſe arbitror. Laurentii cauſa ſuſcepti ſunt hi commentarii Laurentio dicati: Laurentii eſt Domitius: Vale.

Domitius In Volumen Dicatum Laurentio

Odiſti uigiles liber lucernas:
Et ſignum calami ſeuerioris:
Clarus conſpicuæ nitore ueſtis:
Egreſſus foribus tumens uagaris:
Nec turbæ metuis ſubire naſum:
Docto quæ potuit placere Syllæ.
Sed currunt pueri ſalariorum:
Iſtas qui lacerent tibi lacernas:
Et thynnis faciant nouos cucullos:
Quid demum trepidus redire tentas:
Clauſa eſt ianua. Iam liber ualebis.

Domitii Calderini Veronenſis Commentarii In.M.Valerium Martialem Ad Clariſſimum Virum Laurentium Medicem Florentiſſimum Petri Medicis.F.

Domitius Calderinus Veronenſis Laurentio Medici Salutem.

N omni ciuitatis admiſtratione præclare actũ arbitrari ſoleo Laurenti:Si quis
cum maiorum ſplendore & opibus tum ſuis laudibus: ita ex omni numero exi-
ſtat:ut ad eum & gratia apud ciues & apud omnes auctoritate publicarum ratio
nũ conſilia deferantur:quod non modo Plato excellẽti doctrina philoſophus:
& diuino ingenio uir in ſua illa republica exquiſitiſſima:quam ſupra mortaliũ
conditionem conſtituebat optare uiſus ē:ſed omnis ãtiquitas immortali ſtudio
& induſtria ſemper eſt proſecuta. Nam in græcorum exercitu quem Ariſtoteles ad ciuita
tis formam præclaro Homeri ingenio & carmine ex omni primum memoria inſtructum
fuiſſe ſcribit:niſi primas tribuiſſent ducibus uel inteſtinis ſeditionibus labefactati: uel di
uturna oppugnatione feſſi rebus infectis in patriam aliquãdo reuertiſſent. Nec iis in locis
in quibus bene inſtitutæ.r.p.ueſtigia poſtea apparuiſſe memoriæ proditum eſt:domeſtica
amplitudo & hæreditarium nomen defuit:quod a cũctis priuata pietate & publico conſẽ
ſu maxime obſeuaretur:Barcinii carthaginẽ:dorii cretam:reges lacedæmonem:Alcmæo-
nii athenas ſublatis ſimultatibus in officio ſæpe inſigni auctoritate continuerunt: atque
ea una re ſuis profuerunt plurimum & communem tutati ſunt utilitatem. Id cum maxie
optandum ſit liberæ ciuitati:tum quenq̃ id dignitatis aſſequi & præſtare ut ſine imperio
ſuorum hominum uoluntate & conſilio ipſe potiſſimũ colatur: diuini cuiuſdã animi &
ſingularis uirtutis eſſe exiſtimo. Nã ut a rege diſcedamus: quẽ Plato tãto præſtãtiorẽ eſſe
humano genere oportere ſcribit:quãto diuina natura ipſe ſit inferior:ut eum optare qui-
dẽ debeant omnes: ſperare poſſit nemo:Quem tandem populus liberatis tuendæ & con-
ſeruandæ ſtudioſus amplectatur potius q̃ qui accepta a maioribus ornamẽta omnia: opes:
gratiam:uirtutis laudem ad æquabilem ſuorum ſocietatẽ conferat. Nihil ſibi aſſumat ſe
orſum:oĩa publica cauſa uelit & cupiat. Hunc quicũque populus nactus fuerit ciuem:eũ
& perbeate agere contenderim:& perpetua libertate fruiturum facile ſuſpicari licet. Hæc
tu oĩa Laurẽti adeo cumulate præſtas populo flarentino: ut minus mirandum ſit: ſi pu-
blica eius commoda:quorum acceſſio maxima facta eſt:intra paucos annos æterna tranq
litate conſtituta in dies ſumma cum laude augentur.Nam cum tibi ſũma omnia contige-
rint quecũque uel ab ampliſſimorum maiorum gloria uel a fortunæ commodis profici-
ſci ſolent:ea animi facilitate:uirtute:ſapientia cũ tuis uiuis:ut non modo priſtinã domus
tuæ dignitatẽ in te reſidere patiãtur:ſed maiorẽ ut optent:& deferant quotidie. Fatentur
enim te Coſmi aui tui cuius nomẽ ĩmortale nullis unq̃ litterarum monumentis ſatis cele
brabitur:& Petri patris uiri præſtãtiſſimi ita hæredem eſſe:ut quũ optandũ eſſet te alteꝝ
imitari:alterũ uix ſperare auderent:utriuſque ingenium & uirtutes clariſſimas ſingulari
moderatione ſuſceptas in te uno intueãtur.Illud uero admirantur plurimũ:ꝙ cũ Coſmi
ſenis grauitatẽ & ſapientiã ſuſtineas:nil tamen de comitate remiſeris:quæ iſta ætate iuue
nili qua es: maxĩe oĩbus iucunda eſſe ſolet:hinc illud nimirũ eſt conſecutus quod ſemper
habitum eſt difficillimum ut idem te ament & colãt.In ſenatu conſiliorum auctorem ſæ
pe retineant. Domi conſuetudinem expectãt tuam:ubique amplectantur & ſuis laudibus
extollant.Omni uero iniuria in tantis opibus ita abſtines:ut aliquãdo tibi ĩferri ob id unũ
doleas uehementer ꝙ ſcilicet uereris:ne propulſando offendas.Omne enim ſtudium co-
gitationem animum ad beneficientiam contuliſti tuorum primum ciuium: quod officii
ratio poſtulat:tum externorum omnium:Omnique orbis emporio homĩes habes non ma
gis qui tua gerant negocia quæ maxima & honeſtiſſima ſunt: q̃ qui multos officiis & libe-
ralitate tibi deuinciãt:ita quos nũq̃ uidiſti hoĩes & principes ex tota europa & magna Aſiæ
parte tibi ſe debere profitent. Nemo unq̃ de te aut tuis benemeritus pauciora accepit q̃ uo
lebat:multi plura tua munificentia q̃ ſperabant. Moderationem uero animi illud maxĩe
declarat:ꝙ cũ ciuium eximia in te beniuolentia & ſtudio ampliſſimo loco ſis: ita te intra
tuũ ordinẽ & dignitatis conditionẽ contines:ut quũ nihil tibi arroges:reiicias ĩ alios q̃plu
rima.Quibus moribus non modo patriæ carus & iucundus ſẽper fuiſti ciuis: Sed uel no-
ſtri uel externi principes aut tuã ineunt amicitiã:aut certe exoptant. Eos ut omittã ſingu-
los Petrus antiſtes diui Xyſti:quem opibus & gratia apud pont.maxi.florentiſſimũ eſſe in
telligis:quũ ſuperioribus diebus pontificum ſuffragiis præſul florẽtinus declaratus eſſet:

nullam in eo rem commodiorem duxit: q̃ ꝙ ea pietatis neceſſitudie & religione tecũ con
iunctus eſſet: cuius uiri & principis iudicium maximi faciendũ eſſe non ignoras. Ná q̃uis í
credibili quodá fauore ígétes diuitias & honores ſit conſecutus: quátos & átea pauciſſimis
in eo genere contigiſſe legimus: & noſtra ætate meminimus: memini tamẽ eum ſe præſtat:
ita omnis bonas artes ad priſtium decus & gloriá reuocare ſtudet: ut quẽ nunq̃ ad eũ locũ
peruenturum cogitauimus: ampliore dignum fateamur: habeamuſque gratias fortunæ ꝙ
tantá ingenii & uirtutis laudẽ noſtra memoria in mediũ & lucem publicam produxerit.
Ego quoque quod ad me attinet ita tua omnia admiror & laudo: ut ea non modo ſépiter
na fore confidam: ſed ſi in his augendi locus eſt cumulatiſſima eſſe cupiam. At tuá enim
beniuolentiam comparandam nec maiorum imagines quæ nullæ ſunt: nec diuitias quaꝝ
iam diu ſpectator potius fui q̃ poſſeſſor: affero: ſed obſeruantiam fidem animi uoluntaté
egregiam quæ tu in his probare ſoles potiſſimum: qui in tuorum numerum & ordiné aſci
ſcuntur. Quũ ita affectus eſſem audiremque ſuperiori áno Romæ ex ſermone qui de te
inſtitutus fuerat inter cæteras laudes tuas: quæ maxime & ferme innumerabiles ſunt: in
genii acumen quoddam & extéporalẽ urbáitaté laudari ſũmopere: nihil tibi maius quod
quidem efficere ualeam præſtari poſſe arbitratus ſũ: quá ſi .M. Valerii Martialis epigrá
mata interpretarer. Qui.n. apud noſtros aut urbanius laudet: aut in eo genere ſcribat ele
gantius: Eſt nemo plane: ut pro certo habeá. M. Ciceroné qui cordubenſes poetas peregri
nũ quiddá ſonare ſcribit: aliquid de ſententia ſua remiſſurum fuiſſe: ſi hũc unum hiſpa
num aliquando ei legere contigiſſet: ita ení linguæ urbanitate eruditus é: ut & ſi illic non
eſt natus: tamen non alibi q̃ in urbe didiciſſe uideatur. Sermo in eo quotidiano uſui ꝓpi
or quam affectatæ ſublimitati: ſed dũ ſuas rebus ſingulis appellationes r̃ddit: & uerba fin
git noua: non nunq̃ & in obſcena incidit ſæpiſſime: ea tamen obiurgatione: ut alienæ poti
us turpitudinis: quá eius uitæ teſtimonium accipias. Vita ení tá aperte noíat q̃ íprudenter
commiſit qui reprehenditur. Sales præterea arguti: Et qui repente moueant plurimum.
In rebus uero uel minimis enarrandis tanta eſt copia quantam uix res ipſa capiat: in quo
ad ingenii uſque oſtentationem uerſatur. Nuſquam obſcurior quá ubi peculiarem ſibi aſ
ſumit elocutionem. Latent uerborum inuolucro plerũque aculei: quos modo admouet
modo emittit. Ambiguitate in primis ſuſpenſum auditorem circũſcribit: quem uni inté
tum parti altera occupat. Denique delectat omnes: alienat neminem. nam eum quoque q
dicto læditur: riſu retinet. Tanta uero in eo eſt rerum cognitio: quantam í nullo apud no
ſtros eſſe contenderim: ut diuus quoque Hieronymus librum hunc in manus aliquádo ſũ
pſerit. In his explicádis multa uel ex græcorum latinorumque diſciplina uel nulla ſtudii í
termiſſione me animaduertiſſe affirmauerim: quæ iam pridem aut incognita habebant
aut certe parum recte tradita fuerant: in quo facile redargui patiar ab æquo iudice qui
opus noſtrum legens aliter ſtatuerit. Idem efficere ſtudui ſuperiore triénio quo Romæ pu
blica mercede docui in Sillio Cicerone: ſiluis Papinii aliiſque: quos ꝓfeſſi ſumus ſcripto
ribus: Quátum uero in eo ſim aſſecutus aliorum ſit iudicium: Illud certe prædicare non
deſiſtam & conſtantiſſime tueri in iis .M. Valerii commentariis: quos olim tuo nomine ſu
ſcepi & nuper dicaui tibi ſi minus ingenii et doctrinæ: laboris certe et íduſtriæ noſtræ lau
dem exiſtere. Quinque habui codices uetuſtiſſimos & eos quidem admodum emédatos:
Sed quædá occurrebát aliquádo adeo uel ábigua uel remota: ut una tátũ dictio ꝑ complu
res dies ſæpe me ſuſpéſũ habuerit. Poſtremo non defuit q lucubrationé noſtrá maledictis
íterpellaret. Quidá.n. in meá de quodá loco ſététiá edita epiſtola grauiſſime inuectus eſt.
cui quid reſponderim: in fine huius operis leges. Multa condonaui familiaritati q̃ mecũ
olí coniunctus fuerat: nihil tamen remiſi de rationibus noſtris q̃s oí ut arbitror ex ꝑte uel
ipſi q reprehéderat ꝓbauimus. In toto uero oꝑe eadé leges aliquádo r̃petita: nulla qdé ob
liuione: ſed conſilio. Nolui.n. ſiqs qd de uno tátũ epigrámate ſétiré fortaſſe quæreret ali
quádo: eũ alibi ſcripta d̃ſideraŕ. Ita nec te offédent: nec lectoré íconſtanté hébũt. Hos igŕ
commétarios ab hoíe tibi d̃ditiſſimo accipies & quũ ꝑ tuas licuerit occupationes uel ſolus
leges: uel una cũ uiro doctiſſimo Gétile Vrbinate. Qui cũ Martialis argutias epigrámate
expríat: non poterit non iis d̃lectari: í qbus tá ſuũ agnoſcet ígéiũ q̃ illius admirabiŕ. ſi q̃ ue
ro aliquádo uel eadé uel his ſimilia í aliquoꝝ manibus eé audies: nihil é cur mireris ma
gnope. Ná auditores quædá huius generis cũ íprudéti mihi quotidiana ſirrupuerũt conſu
etudie: tũ a docéte publica ꝓfeſſione exceperũt: quæ aliquádo í lucé ꝓlatũ iri facile conii
cio: íuerſa qdé illa atque haud ſcio an ét ſub alterius nomíe. Non.n. deſunt qui noſtra ſi
bi uigilias & labores uendicare ſtudeant. Sed in illis complura eé non dubito: quæ caſtiga
tione indigeant. Sunt enim non tam uerbis noſtris tradita q̃ alieni ſtudii calore ſuſcepta.

Itaque hoc uno exemplo & perfici debebunt ſi ĩchoata erũt ac rudia: & facile refelli pote
runt: ſi omnino aliena uidebũtur. Nã tuo iure ad te pertinẽt omnia: cuius unius cauſa hæc
a nobis perueſtigata & eleborata fuerunt. Vale.

Vita Martialis in commentarios: quos Domitius Calderinus edidit.

MArcus Valerius Martialis in hiſpania bilbilim patriam habet: quod ipſe cum ali
bi: tum eo carmine ĩdicat: Nec me mea tacebit bilbilis. Eſt autẽ oppidum non
ignobile in celtiberia & ſtrabonis teſtimonio & ſertorii pugna: qui illic aduerſus
Metellum dimicauit Salone fluuio proximo ex ferri tẽperatura ĩclyto: quod ipſe non tacu
it: uidebis inquit altam liciane Bilbilim Equis & armis nobilem præterea. Quá ſalo ferri
temperatior ambit. celtiberũ ſe profitetur Vir celtiberis non tacende gentibus noſtræque
laus hiſpaniæ. Parentes romana appellatione Frontonem & flacillam nominat: Obſcu
ros quidem ac filii tantum teſtimonio uix cognitos. Litterarum cauſa Romæ cũ ageret: ĩ
gẽium nulli ſtudiorũ generi accommodarĩ potuit: q̃uis alii ad cauſas agẽdas: alii ad carmẽ
heroicũ & iuſtum poema hortarenť: præterq̃ epigrámatis ſcribẽdis ocii & epicureæ ſectæ
q̃ ueram uitam appellat. Supra Horatium Catullũ alioſque poetas ſtudioſus tenui ſupel-
lectile contentus: ſuos hortos in Ianiculo admiratur q̃uis tenues: ac nomentanum iactat:
in prædii donati ab amico exiguitatem feſtiuo carmine iocatur. Cũ iam ætate ad ſenectu-
tem ingraueſcentem rerũ urbanarum tedio affectus rediit in hiſpaniam peragrata prius
gallia ceſalpina. Vnde quartum librum emiſit. Ita. xi. epigrámaton editis triẽnio tacuit.
Demum hortante Priſco amico: qui & ipſe ĩ patriam ab urbe redierat. xii. addidit: In quo
Neruæ & Traiano aſſentatur clam damnatis Domitiani temporibus: quibus ſeruili ferme
adulatione blanditus fuerat non ſuo magis ĩgẽio q̃ ĩpatoris arrogãtia: q diuiná adoratio
nẽ a ſuis exegit. Amicos coluit poetas Stellam ĩ primis & Siliũ italicum. Nec publicis caru
it honoribus equeſtri donatus dignitate: prætura & iure trium liberorum. In hiſpania obi
it non ſine plinii etiam mœrore: qui epiſtola quadam ſua cum poeta familiaritatem teſta
tus eum & deflet & laudat ſummopere. Acri ingenio epigramma compoſuit: Cuius lex eſt
ut iocandi cauillandi deridendi licentia laſciuiat: nudis uerbis prope ſatyricum: urbanita
te ciuile. Denique nihil ſit quod aut felle non aſpergat: aut riſu non condiat. Aſſurgit non
nunq̃ in magnitudinem heroicam ſed praro: ut illud Tanta tibi eſt recti reuerẽtia Cæſar
& æqui. Heroicis tamen numeris abſtinet q̃uis id & ſolere & poſſe fieri contendat. Inſerũ
tur uerba græca imitatione Pytholeonis Rhodii qui primus ita ſcripſit epigramma. Luci-
lius reprehenditur ꝙ in ſatyra idem fecerit. Verba ſunt nec figuris poeticis ſublimia: nec
humilitate quotidiana depreſſa: ita mediam quandam elocutionem ſeruantia: ut propri
um retineãt locũ. Corpus epigrámatis ſua conſtat dimẽſione: q̃ ſi uerſuũ numero præter-
grediaris optatũ amittas leporem. Affectus ſæpe tẽtat quos omnis ultima effũdit periodo.
Nec ita a Martiale ſeruata ſũt: ut & græcos ſuperauerit: q̃uis apud illos uix ſingulis epigrã
matis claruerint pauci & ſolus in hoc ſcribendi genere apud latinos elaboraſſe ac ꝑfeciſſe
uideatur. In laſciuioribus habet auctores Auguſtum Cæſarem: q libello epigrammaton
magna licentia luſit: & Lucanum quem pharſalia ſua intermiſſa in eo laſciuiſſe oſten-
dit: Marſum præterea Pedonem Getulicum & catullum. Ipſe opus ſuum in hũc ordinem
redegit quo legitur præter primum librum: qui totus in ſpectaculis laudandis uerſatur.
Nam nec in antiquis codicibus prima fronte ponitur: nec abſurdum iudicari debet diuer
ſis locis & temporibus edita ſingulis ſpectaculis epigrammata in unũ tandem librum re-
dacta fuiſſe.

·m·u·m· dc

Plinii Secundi Epistola ad Cornelium priscum.

Audio Valerium Martialem decessisse: & moleste fero. Erat homo ingeniosus: acutus acer: & qui plurimum in scribendo: & salis haberet: & fellis: nec candoris minus. prosecutus eram uiatico secedētem: dederam uersiculis quos de me composuit. fuit moris antiqui eos qui uel singulorum laudes: uel urbium scripserant: aut honoribus: aut pecunia ornare. Nostris uero temporibus ut alia speciosa & egregia: ita hoc in primis exoleuit. Nam postquā desiuimus facere laudanda: laudari quoq; ineptum putamus. Quæris qui sint uersiculi quibus gratiam rettulerim remitterē te ad ipsum uolumen: nisi quosdam tenerem. Tu si placuerint: hi cæteros in libro requires. Alloquitur musam. Mandat ut domum meam in exquiliis quærat: adeatq; reuerenter.

Sed ne tempore: non tuo disertam.
Pulses ebria ianuam uideto.
Totos dat tetricæ dies mineruæ.
Dum centum studet auribus uirorum
Hoc quod sæcula posteriq; possint
Arpinis quoq; comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas.
Hæc hora est tua dum furit lyæus:
Dum regnat rosa: dum madent capilli:
Tum me uel rigidi legant Catones.

Merito ne eum qui hæc de me scripsit: & tunc dimisi amicissime: & nūc amicissimum defunctum esse doleo. dedit enim mihi quantum maxime potuit: daturus amplius si potuisset: Tametsi quid homini potest dari maius q̄ gloria: laus: & æternitas? Aeterna quæ scripsit non erunt fortasse. ille tamē scripsit tanquam futura. Vale.

BARBARA Pyramidum. Hoc primo epigrammate aſſentatur Domitiano: cuius amphitheatrum operis magnificētia & dignitate omnibus ædificiis ſcribit anteponendum: quæcūque antiquitas admirata eſt. Id deſtinauerat Auguſtus media urbe: Veſpaſianus extruxit: Titus filius dicauit maximo apparatu uno die quinque milibus ferarum occiſis: ut Euſebius & Tranquillus ſcribunt. Dicauit autem quoniam publica ædificia numinibus conſecrabātur. Cur autem huius laudem tribuit Domitiano: cum illud neque extruxerit neque dicauerit: ratio eſt: ꝗ Domitianus ex quo puer capitolium defendit una cū Sabino patruo putauit ſibi deberi imperium: qđ ab ipſo acceperant. Quare poeta uult quæcunque geſta ſunt uel a Veſpaſiāo uel a Tito ad Domitianū referri: cuius imperiū ut ſupra dictum eſt fuiſſe aſſentando inuit. Præterea imperantibus patre & fratre non deſtitit ſe prīcipē imperii gerere. Ego tamē exiſtimauerim hoc Tito ī peranti ſcriptū fuiſſe: cui uera laude nūc aſſētatur.

IN AMPHITHEATRVM CAESARIS.

BARBARA PYRAMIDVM SILEAT MIRACVLA MEMPHIS:
Aſſiduus iactet: nec babylona labor.
Nec triuiæ templo molles laudentur honores.

Pyramides: Lapides erant erecti miræ magnitudinis in acutum tendentes: dicti ab ipſa figura: quæ flammam imitatur igneam: nam πυρ dicitur ignis: unde Pyramis Reges Aegyptii primi excogitauerunt id genus ædificii: uel ut ne pecuniam ſucceſoribus relinquerēt: uel ne plebs ocioſa eſſet: Cū multæ eſſent in Aegipto: tres maxime impleuerūt orbem fama & admiratione: quæ erant in parte Africæ inter memphim & deltam in monte ſterili: quarum ampliſſimam. lx. hominum milia. xx. annis conſtruxiſſe dicuntur: auctores ſūt Strabo Plinius Solinus. Miracula Pyramidum: ita & a Plinio dicuntur: quoniam ad admirationem potiuſꝗ ad uſum conſtructæ erāt. Strabo in ultimo ſcribit ſe uidiſſe cumulos reliquiarum: quæ remanſerant ex cibis operarum. eodem uerſu poeta utitur alibi: Barbara Pyramidum Cæſar miracula ride. Memphis: regia ægyptiorum ab Ogdoo rege ædificata: Cuius filia Memphis nomen dedit. Puella ea eſt cum qua Nilus ſub imagine tauri dicitur concubuiſſe. Vrbis ambitus erat. c. &. l. ſtadiorum ſeptum apidis habebat: & templum ueneris: auctor eſt Strabo & Diodorus. Babylon: urbs caput caldæarum gentium ambitus. ccc. &. l. ſtadiorum: ædificata a Semiramidæ rgina æmulatione Ninæ urbis: quā Ninus eius uir conſtruxerat. accerſita ſunt teſte Diodoro ex omni regno terdecies centena hominum milia ad opus iuuandum: Clytarchum & Alexandrum ſecuti ſcriptum reliquerunt quolibet anni die ſtadium urbis fuiſſe abſolutum. Aſſiduus labor: multorum annorum. Iactet: extollat & laudet. i. ceſſet laus & oſtētatio babylonis. Triuiæ templo. i. Dianæ. De templo Dianæ epheſiæ intelligit: quod erat in panorio portu ad epheſū ī Aſia. græcæ fuit admirationis & magnificentiæ: ut Plinius. cc. &. xx. annis ſtructum a tota Aſia ī ſolo paluſtri: ne terremotibus quateretur. Colūnas habebat. c. &. xxxvii. ex quibus. xxxvi. erant cælatæ miro artificio. Cteſiphon fuit architectus: ut alii Archiphron. Sunt qui ſcribant primum Dianæ templum fuiſſe minus: ſecundum maius: quo incēſo ab Heroſtrato tertium ædificatum aiunt ornamentis mulierum ad id collatis: Molles honores. i. luxurioſi & aſiatici honores: quoniam præter ædificium multa erant: ut ſcribit Plinius: quæ nihil ad ſpeciem naturæ pertinebant: ſed ad luxum tantū. Quid alii hoc loco ſuſpicentur: non percipio: ego ut dixi molles honores interpretor: quoniam ut dixi erāt in eo multa ornamenta ad luxum & molliciem potius pertinentia: ꝗ ad ædificii ſolidam laudem: ut uerba Plinii indicāt. Molles honores. i. luxurioſa ornamēta: nam āphitheatꝝ ſua ſublimitate & ædificii præſtantia admirādū ē: non propter luxum aliquem reꝝ: qui in eo ſit quēadmodum in templo Dianæ epheſiæ. Erāt præterea in eo eunuchi ſacerdotes: qui Mezabolizi dicebantur: cum quibus uirgines aliquas ſacras eſſe oportebat: ut ſcribit Strabo.

pyramides

Memphis

Babilon

Templū D Ephesie



¶ Ara frequens: De templo Iouis Ammonis intelligit: qđ apud Naſamones populos libyæ
erat. Iuppiter lingua ægyptia ammun dicebaẗ: unde corrupto nomine Ammonem dixe
runt afri: auctor ē Herodotus. Prætermittunẗ opiniones Seruii & Diodori. Pauſanias ſcri
bit Ammonē dictū ab Ammone paſtore: qui primus ei illic templū erexit. Multæ aræ erāt
huic deo dicatæ: auctor eſt Plinius in africa: quod & Virgilius teſtaẗ ī quarto: Tēpla Iouis
centū latis īmania regnis.: Centū aras poſuit. ¶ Mauſolea: mauſoleū ſepulcrū fuit Mauſo
li regis cariæ ī alicarnaſſo:
quæ prius zephira diceba
tur: conditū ab Artemiſia
coniuge: & enumeratum
inter orbis miracula: hac
una de cauſa ꝙ erat colū
na in qua ſculpēda clarue
runt q̄tuor excellētiſſimi
ſculptores. ſ. Scopas Briax
Thimotheus: Leocares: ci
gebāt. xxxvi. colūnis. Cer
tabatur etiā illic a poetis:
unde extabat tragœdia a
Theodecte auctoŕ Gellio
quæ Mauſolus īſcribebaẗ
Mauſoleū & non mauſeo
leū diciẗ. Propertius: Nec
mauſolei diues fortuna ſe
pulchri. ¶ Vacuo aere: qa
aer non habitaẗ. & uacuus
perpetuum epitheton eſt
aeris. ¶ Cares: populi ſub
diti Mauſolo. Mauſoli meminit Demoſthenes in oratione ꝓ libertate rhodiorum.

Diſſimuletque deum cornibus ara frequens.
Aere nec in uacuo pendentia mauſolea
Laudibus immodicis cares in aſtra ferant.
Omnis cæſareo cædat labor amphitheatro.
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Ad eundem Cæſarem.

Hic ubi ſydereus propius uidet aſtra coloſſus:
Et creſcunt media pægmata celſa uia.
Inuidioſa feri radiabant atria regis:
Vnaque iam tota ſtabat in urbe domus.
Hic ubi conſpicui uenerabilis amphitheatri
Erigitur moles: ſtagna Neronis erant.
Hic ubi miramur uelocia munera thermas:

HIC ubi ſydereus. Domitianus urbē diſtinxit: ut alibi a poeta laudaẗ: nūc uero extol
litur: ꝙ plura ædificia erexerit in eo ſolo loco & ſpacio: quod ædes Neronis occupa
uerant: & argute ait romam ſibi redditam eſſe: quam prius tyrannus occupauerat: & nunc
loca patere delitiis populi: quæ olim uni tantum domino ſeruiebant. ¶ Sydereus: altiſſi
mus. Propius aſtris. i. uicinius. hyperbole figura amica poetis: ut ſcribit Quintilianus.
¶ Coloſſus: dicitur ingens ſtatua ἀπο του κολουειν. i. ab hebetando aſpectu: ut Sui
das apud græcos īterprætatur: uel a Coloſſo primo conditore ut Pompeius ſcribit: hic loq
tur de Coloſſo Neronis. Nā Nero accerſito zenodoto ex gallia: eius opera & artificio iuſſit
ſibi ſtrui coloſſum. c. & . xx. pedum: quæ ſtatua eo mortuo dicata eſt ſoli mutato nomine:
& erat in atrio olī eius domus. De hoc īquā loquiẗ: quoniā ut Suetonius ſcribit erat ī atrio
domus neronianæ: ut etiā hic: & quod ī dicat Mar. Inuidioſa feri radiabāt atria regis. Erat
præterea coloſſus Domitiani in urbe equeſtri habitu: de quo alibi loquitur poeta: Inde ſa
cra ueneranda petes palatia cliuo: Plurima qua ſūmi fulget imago ducis. De eodem multa
apud Papinium in prima ſilua. ¶ Pægmata celſa uia: Pægma ſignificat compactum ædi
ficium: quod uel ſtatuis uel alio aliquo ludicro ornatum: interdum pueris conſidentibus
producebatur in ſcænam: hinc eſt ꝙ a Suetonio ſcribitur Claudium conſueuiſſe obiicere
beſtiis etiam illos qui parum diligenter & proſpere pægma in ſcænā ꝓduxiſſēt. C. prīceps
produxit in ſcænam pægma: in quo erant. c. & . l. pondo argenti: ut ſcribit Plinius. Inde il
lud eſt iuuenalis: Et pægma & pueros inde ad uelaria raptos: qđ praue īterpretātes pægma
ꝓ ludo accipiunt: cum machinā ſignificet ut dixi. ¶ Atria feri regis: domus neroniana a pa
lacio tādebat ī æſquilias: quā primo appellauit tranſitoriam: poſtea auream habentē por
ticus triplices miliarias: ſtagnū īſtar maris: arua: uineta: ſiluas cū oī generꝫ pecudū & feraꝝ
phyſtulas ſpargētes flores & ūguēta: cœnationē rotūdā: quæ ī modū cæli mouebaẗ: aues ar
gēteas: ī ſolaris lapidē ſphengitē: quo ꝑpetuus dies illuceſcebat. Tacitus & multi ſēſerūt: &
Suetonius īcēſā fuiſſe urbē: ut tātā domū ædificaret. Inuidioſa: maxima & redūdātia deli
tiis. Radiabāt: ſplēdebāt ornamētis & coloſſo Neronis q in atrio erat occupata: & idē ex di
ſticho: Roma domus fuit ueios migrate q̄rites: Si non & ueios occupat iſta domus. ¶ Velocia
mūera thermas. Titus celeriẗ ſtruxit thermas ꝓpe āphitheatꝝ domitiāi ꝓpea uelocia mūe
ra: emēda đprauatū locū apđ Suetōiū: q ita ſcriptus ē. thermis celebriẗ extructis: ꝓ celeriẗ

Superbus ager: quia domus Neronis complexa erat agros. Porticus claudia: olim & liuia dicta est: sed ædificante Nerone euersa fuit: restituta postea sub noīe prisco a Domitiano. Porticus apud romanos ædificabant umbris & ambulationibus. Sunt qui de neroniana porticu: ego de liuia sentio: cuius meminerūt Cicero & Suetonius. Deficientis: finientis. Reddita sibi roma est: roma romā amiserat: quia non sua erat: sed Neronis: nūc a Domitiano est sibi reddita: & romanis.

Abstulerat miseris tecta superbus ager.
Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras:
Vltima pars aulæ deficientis erat.
Reddita roma sibi est: & sunt te præside cæsar
Deliciæ populi quæ fuerant domini.

Ad eundem.

3 Quæ tam seposita est: quæ gens tā barbara cæsar.
Ex qua spectator non sit in urbe tua?
Venit ab orpheo cultor rhodopeius hæmo.
Venit & epoto sarmata pastus equo.
Et qui prima bibit: deprensi flumina nili.
Et quem supreme tethyos unda ferit.
Festinauit arabs: festinauere sabæi
Et cilices nimbis hic maduere suis.
Crinibus in nodum tortis uenere sicambri:

QVE tam seposita. Domitianus edidit spectacula magnificētissima auctore Tranquillo: quæ ut celebriora uiderentur poeta ait totū orbē confluxisse. Sed edidit epigrāma hac de causa: quoniā cum clamatū esset in spectaculis domino & deo feliciter ea uoce mirū i modū oblectatus ē Domitianus: Propterea poeta principi blandiēs ait diuersos fuisse populos in theatro: sed unā & eandē uocē extitisse: cū Domitianus dominus & pater patriæ appellaretur quasi dicat omnes illos fuisse subditos Domitiano: & multa merita consecutos: ut cū Domitianus pater patriæ appellaret: non ab diuersis populis: sed q̄si ab una & eadē uoce id testimonium accepit. Quod multi romanorū confluxerint ad spectacula: indicat Trāquillus in Cæsare: ubi scribit tot conuenisse ad spectandum: ut plurimi aduenæ inter uicos & uias manserint: Plurimi præterea elisi inter quos duos fuisse senatores. Seposita: a regione nostra remota. Barbara: moribus. Rhodopeius: thracius. rhodope mons thraciæ. i. accola thraciæ. Sarmatæ: populi septentrionis pascunt pulte e milio: ut Plinius: aut lacte equino sanguine admixto. Epoto equo: id est sanguine equi cum pulte e milio. Deprensi nili: Nilus incerti ortus est: propterea poeta ait deprensi nili: nam deprehendunt ea quæ sunt occulta. Sunt qui putent Nilū oriri ab ultimis æthiopiæ finibus: longa est Plinii ex Iubæ testimonio disceptatio. Deprensi: tandem inuenti. Et quē supremæ tethyos unda ferit: De britannis potes intelligere: qui extremi hominū abluunt Oceano. Potes & de morinis qui sunt ad Oceanum gallicum. Virgilius: Extremique hominum morini. Ferit: abluit. Arabs: arabia diuidit iudæā ab ægypto: quæ triplex est auctore Ptholæmeo felix petrea: & deserta. Arabs & arabus dicitur. Festinauit: ostēdit magnā famam fuisse ludorum. Sabæi: populi sunt in felici arabia: qui thus mittunt e regione appellata saba: quod significat mysterium. Cilices: populi asiæ minoris ad taurum montem crocum habent præstantissimum ad id antrum maxime quod coricum appellant: unde crocus coricius: Pli. & Strabo testes. Nimbis suis. i. croco: Nā croco trito & mixto uino dulci perfundebātur theatra: uase quod nimbū appellabant. Martialis in distichis de nimbo: A Ioue q̄ ueniet miscenda ad pocula largas Fundet nimbus aquas: hic tibi uina dabit: ītellige uinū dulce croco trito immixto. Cū. n. bonus odor croco esset: & romani herba uti non possēt: ad coronas est enim apta: hoc quod diximus excogitarūt. Quod autē theatra spargebantur croco: testat Martialis alibi. Propertius: pulpita solēnes non oluere crocos. Ouidius: & Salustius i historiis: q de Metello scribens: & illius luxuriā designās: cū in hispaniā inqt prætor accipet ita scænis ad ostentationē structis: simul croco sparsa humus. Nibis suis. i. croceis. Sicambri populi ad Oceanū i germania sūt: qui & colorare crines: & calamistrare romanos impulerunt: oblectatos capillorum pulchritudine quæ sicābris erat natiua.

Aethiopes: duo genera æthiopum sunt. Aethiopes hesperii: & æthiopes ad meridiem: ut ex uersu Homeri in primo odyseæ cosmographi tradiderunt. Poeta: ut puto: loquitur de hesperiis qui remotiores sunt: & desertam magna ex parte regioné incolũt: dicti ab Aethiope Vulcani filio: ut Pli. tradit.

Aq; aliter tortis crinibus æthiopes.
Vox diuersa sonat populorũ: est urbs tamẽ una
Cum uerus patriæ diceris esse pater.

Ad Cæsaré q̄ expulerit delatores.

Turba grauis paci: placidæq; inimica quieti
Quæ semper miseras sollicitabat opes.
Tradita gætulis: nec cepit harena nocentes:
Et delator habet: quod dabat exilium.
Exulat ausonia: profugus delator ab urbe
Impensis uitam principis annumeres.

Blanditur Cæsari.

Iunctam pasiphaen dictæo credite tauro
Vidimus: accepit fabula prisca fidem.
Nec se miretur Cæsar longæua uetustas.
Quicquid fama canit: donat harena tibi.

Blanditur Cæsari.

TVRBa grauis paci: Initio principatus Domitiãus delatores grauissima pœna affecit: solitus dicere: Delatores qui non castigat iritat. Multi autem erant qui leuissima de causa & non nunq̄ ficta accusabant: cum ex fisco eis daretur pars pecuniæ: qua mulctabãt accusati: ꝓpterea Trãq̃llus appellat calũnias fiscales. Conuersus postea prĩceps ad auaritiã & crudelitaté non modo non pũiebat d̄latores: sed etiam fouebat: Nunc laudatur q̄ eos expulerit: & ĩter cætera mũera data populo romano: ait etiam uitam hominum esse ascribendam principi: quã sublatis d̄latoribus dedisse uidebatur. Turba: delatorum. Grauis: molesta: q̄ paci aduersabatur & quieti. Placidæ: epitheton q̄etis. Miseras opes. i. opes miserorum ciuium: nã opulẽti timebãt delatores. Gætulis: gætuli Africæ populi: nam nocentes grauiore exilio mittebantur ĩ Africam: mitiore tibur: preneste: & in insulas campaniæ. Nec cepit harena nocentes. i. qui puniendi erant: in theatro puniebantur: ut harena. i. theatrum accipias. Cum autem mittendi essent in exilium pari. s. supplicio: quo ciues olim afficiebant: non sunt puniti in theatro: sed in nauigia impositi eiecti in exilium: quod Plinius multis uersibus in pagyrico testatur. Impensis uitã principis annumeres: Impensis. i. muneribus: nam præter alia munera: quæ tibi dedit prĩceps: dedit uitam: quoniam eiecit delatores: qui te uita priuabant. Malo tamen sentire hoc ẽt epigrãma scriptum ĩ gratiam Titi imperatoris: nã is delatores primum cæsos fustibus ĩ harena: in asperrima insularum aduehi iussit. Suetonius in Tito: Inter aduersa temporum & delatores mandatoresque erant & licentia ueteri: hos assidue ĩ foro flagellis ac fustibus cæsos: ac nouissime traductos: per amphitheatri harenam: partim subiici in seruos: ac uenire imperauit: partim in asperrima insularum aduehi. Inde ait poeta: Nec cepit harena nocentes.

IVnctam Pasiphaen. Pasiphæ filia Solis & uxor Minois regis cræte amauit taurũ: quoniam cum Minos pulcherrimum taurum consueuisset sacrificare Neptuno: mactauit deteriorem iratum numen Pasiphaen in turpem tauri amorem compulit: cum uellet concumbere cum belua: habuit bouem ligneam arte Dædali fabricatam: sub qua latẽs coitu tauri potita est. Hoc spectaculum editum est a Domitiano: quod & si historia non tradidit: non potest tamen non uideri uerisimile: quoniam Tranquillus scribit Neronem hoc spectaculi genus edidisse. Accepit fabula prisca fidem idest facta est uerisimilis: & creditur uera. Longæua uetustas: id est antiquitas: quæ fabulas finxit. Non miretur: non extollat: quoniam tu omnia repræsentas: & facis esse uera spectaculis. Quicquid fama canit donat harena tibi. idest quæcunque fabulæ finxerunt & canunt: tu repræsentas in theatris uera actione.

BElliger. Domitianus: ut Tranquillus refert: edidit pugnas non modo uirorum: sed etiam mulierum: & uenationes: cum nuper esset prostratus leo a muliere. Martialis blandiens principi ait prostratum leonem ab Hercule non esse amplius dignum admiratione: cum in theatro Domitiani fœmina idem peregerit. Hãc uenationem mulierum carpens Iuuenalis ait: Cum meuia tuscum Figat aprum: & nuda teneat uenabula mamma. De eadem pugna Papinius in siluis: Stat sexus rudis insciusque ferri: Vt pugnas capit improbus uiriles: Credas ad tanaim ferumque phasim Thermodoontiacas calere turmas: ¶ Sæuit & ipsa Venus: non satis est: ꝙ tu edideris pugnas uirorum in spectaculis: sed edidisti pugnas mulierum. ¶ Nemea silua: inter philontẽ & agros iuxta Cleonas: ubi primo certamine leo ab Hercule est prostratus. Strabo. ¶ Fama: fabula. Prisca fides: i. prisca monumenta sileant. ¶ Munera: postquã tu edis spectacula.

Belliger inuictis quod mars tibi sæuit in armis
Non satis est Cæsar: sæuit & ipsa Venus.
Prostratum nemees: & uasta in ualle leonem
Nobile & herculeum fama canebat opus.
Prisca fides taceat: nam post tua munera cæsar
Hæc iam fœminea uidimus acta manu.

Pœna Laureoli.

Qualiter in scythia religatus rupe Prometheus
Assiduam nimio pectore pauit auem.
Nuda calidonio sic pectora præbuit urso:
Non falsa pendens in cruce laureolus.
Viuebant laceri membris stillantibus artus:
Inq; omni nusquã corpore corpus erat.
Deniq; supplicium dederat necis ille paternæ:
Vel domini iugulum foderat ense nocens.
Templa uel arcano demens spoliauerat auro:
Subdiderat sæuas uel tibi roma faces.
Vicerat antiquæ sceleratus crimina famæ:
In quo: quæ fuerat fabula: pœna fuit.

De Dædalo.

QValiter in scythia. In spectaculis comœdiæ & nonnunq̃ tragœdiæ recitabãtur: ut Tranquillus est auctor: qui cũ alias de hoc traditum: scribit Caligulã egisse laureatũ mimum: in quo actor ruina se proripiens sanguinem uomit. Tragœdia erat quĩ inscribebatur laureolus a Laureolo: qui in eo introducebatur sublatus in crucem. Domitianus cũ multos afficeret supplicio: uoluit nõ sine uoluptate spectatorum eos interire: iussitque recitati uera repræsentatione ĩter cæteras tragœdias Orpheum & Laureolum: ita ut damnati repræsentantes personam Laureoli non ficta cruce sed uera penderent: & personam Orphei: ita ut non fictis mulierum manibus: sed a ueris lacerarentur. Cum hæc olim recitata esset a Lentulo ciue Romano in theatro: subeunte personam Laureoli: non ueram ut nunc: sed fictam: clamat Iuuenalis debuisse illum interire uero supplicio quo scilicet histrionicam exerceat: Laureolum uelox bene lentulus egit Iudice me dignus uera cruce. Ait igitur hunc qui nuper sub persona Laureoli pendebat uera cruce: iussu Domitiani superasse scelera Laureoli fabulosi: quoniam scilicet id supplicium quod in Laureolo fuit fabula: in ipso fuerit uerum. ¶ Laureolus: damnatus qui subibat personam Laureoli iussu Domitiani recitans tragœdiam. Neuius poeta scripsit in carcere Laureolum & Leontem ut Gellius scripsit. ¶ Vrso calidonio: idest britannico. Calidonia silua britanniæ: ad quam arma romana processerunt: unde sæui ursi mittebantur. ¶ Scythica rupe: idest caucasea. Prometheus enim religatus in caucaso monte fuit. ¶ Nimio pectore: idest renascenti. ¶ Auem assiduam: idest aquilam: Nota fabula extat de Prometheo: tragœdia Aeschili quæ inscribitur Prometheus. ¶ Viuebant. i. palpitabant. ¶ Stillantibus membris: manantibus cruore. ¶ Inque omni nusq̃ corpore corpus erat: & nulla facies corporis erat in toto corpore.

DAedale Lucano: Hic Dædalus obiectus fuit feris & laniatus: alludens ad nomen poeta ait Dædalum nunc optasse habere pennas ut fabulæ finxerūt Dædalū habuisse: Nā Dædalus mitionis filius fuit atheniensis: præclarus architectura & statuaria: Talaum sororis filium interfecit inuidia īgenii: quoniā īuenerat figuli rotā: & serā: dānatus ab areopagitis dicit̃ adhibitis alis euolasse in cretā: inde Δαιδαλοσ ingeniosus. Lucano urso: ex lucania ursi mittebantur in theatrum: ut Varro scribit feritate & magnitudine.

5 Dædale lucano cum sic lacereris ab urso
Quam cuperes pēnas nunc habuisse tuas.

De Rhinocerote

9 Præstitit exhibitus tota tibi cæsar harena
Quæ non promisit prælia rhinoceros.
O quam terribilis exarsit pronus in iras
Quantus erat cornu: cui pila taurus erat.

De leone qui gubernatorem offendit.

10 Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum:
Ausus tam notas contemerare manus.
Sed dignas tanto persoluit crimine pœnas:
Et qui non tulerat uerbera: tela tulit.
Quos decet esse hominū tali sub principe mores:
Qui iubet ingenium mitius esse feris.

De urso.

11 Præceps sanguinea dum se rotat ursus harena:
Implicitam uisco perdidit ille fugam.
Splendida iam tecto cessent uenabula ferro:
Nec uolet excussa lancea torta manu.
Deprehendat uacuo uenator in aere prædam:
Sic captare feras aucupis arte placet.

De sue quæ ex uulnere peperit.

12 Inter cæsareæ discrimina sæua dianæ

PRæstitit exhibitus. Rhinocerotē primus ostēdit ī spectaculis Pompeius: tum Augustus: nūc Domitianus. animal ē buxei coloris inimicum elephanto: cuius aluū elimato cornu petit: ī pugna nuper fuerat ī theatro: & diu stupens ad pugnā non poterat iritari: quod ægre ferebat Domitianus: tandē facto impetu ī taurū: illū non secus extulit in altū: q̃ si fuisset pila. Exhibitus: datus in spectaculum: nam exhibere est ī spectaculū dare. Quæ non ꝓmisit prælia rhinoceros: uel quia tantū pugnat cū elephanto: nunc autē cū tauro pugnauit: uel quoniam non uidebat̃ posse iritari ī pugnā: quod placet. Pronus: inclinato cornu quod habet in naribus. Cui pila taurus erat: Pilæ dicebant̃ uestes in globū & speciē pilæ collectæ quæ obiiciebant̃ cornibus taurorū: ut iritarent̃. Rudis antiquitas homines e stramine formabat ad id opus: teste Pediano: postea luxus in tātū auctus est: ut uestes purpureæ obiicerentur. Ouidius: Haud secus exarsit q̃ circo taurus apto: Cū sua terribili petit iritamīa cornu Phœnicias uestes: elusaque uulnera sētit. locāsigit̃ pœta ait taurꝫ cui pilæ solēt obiici: nūc fuisse pilā rhioceroti

LAeserat ingrato. Leo masuefactus ductus est in theatrū: reuersus in pristinā feritatē lacerauit magistrū. Iussu Domitiani telis confossus est. Laudat̃ princeps ꝙ humanos mores non modo uelit eē in homīe: sed etiā in fera. Contemerare: uiolare. Tā notas manus .i. fāiliares. Tulit tela .i. passus est tela: qa confossus fuit telis iussu Domitiani ꝙ magr̃m uiolauerit. Quos: q̃les .i. mitissimos: cū uelit feras hr̄e mitius īgeniū: & mores humanos.

PRæceps sāguinea: Nouitate uenationis oblectatus ē Domitianus captis feris uisco. Iubet poeta ī asētationē uenatores peteř aerē: & uolucres: qđ aucupis ē: q̃ aucupes petāt feras. Implicitā uisco ꝑdidit ille fugā: qa non potuit fugere: ursus īplicitus uisco. Harena sanguinea .i. theatro sāguineo conspso sāguīe multarꝫ ferarꝫ. Tecto ferro cessēt uenabula .i. reponant̃ & recondāt̃ uenabula in uagina: quoniā iis opus non est: nam uisco feræ capiunt̃.

INter Cæsareæ. Sus grauida icta ī uēationibus editis a prīcipe emisit filios īcolumes: ipsa mortua: nūc ait poeta non esse mirādum ꝙ canunt fabulæ Bacchum deū natum mortua matre: quoniam iam fera ita nata est. Cæsareæ Dianæ idest. cæsareæ uenationis.

¶ Hasta leuis: quia si grauis fuisset percussisset filios. ¶ Exiliit partus. i. exilierunt filii. ¶ Lucina: dea quæ præest parturientibus & uenientibus in lucē. ¶ Triste iter. i. uulnerum. ¶ Bacchus natus fuit Semele fulminata nutritus intra femora Iouis. nota fabula.

ICta graui telo. Idem argumentum de sue grauida: ¶ Perdidit: & dedit uitā: perdidit qa mortua ē. ¶ Dedit: qa pepit filios: Certa dextra: qa pcussit ut uoluit. ¶ Lucina: dea quæ præest parturiētibus: & uēiētibus i lucē: dictā siue a luco quē habebat i æsqliis romæ:

Fixisset grauidam cum leuis hasta suem:
Exiliit partus miseræ de uulnere matris.
O lucina ferox hoc peperisse fuit.
Pluribus illa mori uoluisset saucia tælis:
Omnibus ut natis triste pateret iter.
Quis negat esse satum materno funere bacchum?
Sic genitum numen credite: nata fera est.

De eadem.

13 ICTA graui tælo: confossaq; uulnere mater
Sus pariter uitam: perdidit atq; dedit.
O quam certa fuit librato dextera ferro.
Hanc ego lucinæ credo fuisse manum.
Experta est numen: moriens utriusq; dianæ?
Quaq; soluta parens: quaq; perempta fera est.

De sue pregnante.

14 Sus fera iam grauior maturi pignora uentris
Emisit fœtum uulnere facta parens.
Nec iacuit partus: sed matre cadēte cucurrit.
O quantum est subitis casibus ingenium.

De carpophoro.

15 Summa tuæ meleagre fuit quæ gloria famæ.
Quantum est carpophori portio fusus aper.
Ille & præcipiti uenabula condidit urso.

siue a luce: auctores Varro & Plinius. ¶ Numē utriusque Dianæ. i. Lucinæ: quæ præest parturientibus: & Dianæ quæ præest uenātibus. Et q̄ est soluta i. facta parēs. Et qua pēpta .i. mortua: nam Diana uenātibus ferarum dat cædē.

SVs Fera. Idē argumētū. Maturi uentris: quia erat ,ppe partū: & tps pariēdi: iccirco maturi. Pignora. i. filios. ¶ O quantū est subitis casibus ingeniū: Poeta ait i rebus quæ celeritate indigent: & subitæ sūt: quandā excellentē & peculiarē ui ingenii existere: sententia est Thucydidis. Subita ingeniū experiunť & indicant. Ita laudať uenator: qui suem ut supra dictum ē tam commode uulnerauit: ut uno momento & suem feram strauerit: & produxerit in lucem fœtum.

SVmma tuæ. Duo Carpophori temporibus Domitiani fuisse leguntur: alter mango .i. puerorum diuenditor: alter iunior fortitudine clarus. Hunc Domitianus non parum amauit & fouit: q̄ eius dextra in feris conficiēdis oblectareť. nā & prīceps eodē studio tenebať: adeo ut i secessu albāo cēteas aliquando feras ,pstrauerit. In Carpophoro igiť laudando poeta Domitiāo assētať. Ita. n. nuper peregerat uenationem in spectaculo: ut multis feris occisis: & accepto præmio fortitudinis adhuc uigeret: & recens uideretur: quod præter aliorum morem contigit: nam qui perfecto certamine præmium acceperunt: fessi sunt: nec integras habent uires. Duo Meleagri fuerunt: alter de quo hic Martialis: alter qui secutus argonautas: Aeetam regem in littore interfecit. Sunt qui eundem putent. Appollonius alium. ¶ Fusus aper: idest interfectus: o Meleager aper fusus a te fuit summa tua gloria idest tu tantam ex apro consecutus es laudem: sed aper est portio idest pars laudis Carpophori: quoniam non solum interemit aprum: sed ursum leonem & pardum: & quod maius est post confectam uenationem: nam adhuc poterat: non erat defatigatus. ¶ Tres apri in portentis numerantur: erymantheus quem Hercules sustulit: Aper in olympo mysiæ in cuius uenatione cecidit filius Crœsi uulneratus ab Adrasto ut Herodotus: & aper Calidonius: quē iterfecit hic Meleager: ¶ Condidit uenabula. i. misit & abscondit: In urso præcipiti. i. irruēti contra se

m

Primus.i.qui principatum & feritate & magnitudine obtinebat. In arce poli arctoi: i sil uis septentrionis. Nā septentrio maiores feras mittit & sæueriores q̃ aliæ partes orbis: Hispania etiā dedit ursum i spectacula: sed eius feræ caput apud illos comburebatur: quoniam rabiem inesse putabāt. Molle ignota.i.incredibili magnitudine. Decuisse Herculē .i.parem esse: quia a nullo magis uidebatur posse superari: nisi q̃ ab Hercule: nam Hercules accersebat ad ea monstra: quæ ab aliis supari non poterāt. Poterat.i. adhuc hēbat integras uires absoluta uenatione & præmio donatus.

Primus in arctoi: qui fuit arce poli.
Strauit & ignota spectandum molle leonem
Herculeas potuit: qui decuisse manus.
Et uolucrem longo porrexit uulnere pardum
Præmia cum laudis ferret adhuc pateram. poterat

De tauro.

16 Raptus abit media quod ad ethera taurus harena:
Non fuit hoc artis: sed pietatis opus.
Vexerat europen fraterna per æquora taurus:
At nunc Alciden taurus in astra colit.
Cæsaris atq; Iouis confer nunc stēma iuuentus.
Par onus ut tulerint: altius iste tulit.

De supplice elephante.

17 Quod pius & supplex elephas te cæsar adorat:
Hic modo qui tauro tam metuendus erat.
Non facit hoc iussus nulloq; docente magistro.
Crede mihi numen sentit & ille tuum.

De tigride & leone.

18 Lambere securi dextram consueta magistri
Tigris: ab hyrcano gloria rara iugo:
Sæua ferum rapido lacerauit dente leonem:
Res noua non ullis cognita temporibus.

Raptus abit. Taurus q per machinam uexit Domitianū in altū: ut cælo īpositus uideref: nam cum futurū cælū: & imortalitatem sibi ipsi uellet repræsentare tauro insidens superiores scænæ partes i speciem cæli confectas petiit æmulatione Herculis: cuius nomen etiā sibi īdiderat: nā Alcides appellabaf: qui taurū ex creta i attticam ducēs eius dorso insedisse dicif. Cum autem olim Iuppiter in formam tauri conuersus: Europē i cretā uexisse feraf: Poeta ait maiorē laudē tauri qui nuper Alciden.i.Domitianū in cælū uexerit: q̃ illius qui uexit Europē: quoniā & si pars onus utrique fuisse uideaf: tamē hic altius tulit. Opus artis.i. non fuit hoc artificiū nō scænicū & fabulosum: sed opus pietatis: qa pie & uer factū fuit. Raptus: ex oculis spectatorū. Alcidē.i. Domitianū qui uoluit appellari Alcides. Duæ laudes tauri: altera ꝙ tulerit Europē: altera ꝙ tulerit Alcidē. Stema: nobilitatē. Confer: adæq: compa. Alf sēsus ē & hic placet: ut itelligas Domitianū p mimmū æmulatione Iouis q olī se in tauꝝ conuertit: sūpta forma tauri p machinā extulisse Herculē cuius nomē īposuerat i cælū: quēadmodū Iuppiter taurus factus uexerat Europē: ut sit sēsus poetæ maiorē laudē esse Domitiani q tulerit Herculē in cælū: quē altius tulit q̃ Iouis: q uexit Europē in cretā per æquora.

Quod pius. Elephas nup in spectaculo adorauerat Domitianū: nam elephanti ut Plinius scribit: tantæ sūt docilitatis ut non modo submittere genua: & adorare: sed etiā regi porrigere coronas discant. Poeta uult uideri hoc factum esse non domitoris industria sed numine Domitiani: cuius sensu elephas submiserit genua.

Lambere securi. Tigris data est in spectaculis ab Augusto Cæsare: & nuper a Domitiano mansuefacta: sed cum leonem inspexisset eum lacerauit: uult hoc poeta factum uideri numine Domitiani: cuius uicinitate ausa sit id quod in siluis non audebat. Securi magistri: non metuentis feritatem beluæ domitæ. Hircano iugo: hircania scythiæ pars est: quæ pantheris: pardis: tigribus abundat: Lucanus: quas nemore hircano matrum dum lustra sequuntur: Altus cæsorum pauit cruor armentorum. Rara gloria.i. maxīa gloria ferarū quæ prima erat inter tigres magnitudine. Sæua: reuersa ad feritatē.

L1 5

Tale nihil.i.congredi cum leone. ¶Inter nos:ĩ theatro. ¶Plus feritatis:numine Domitiaĩ.
QVi Modo:Ex ſuperioribus Ouidii uerſibus:quos adduximus: planum eſt tauros iritari:& cum petunt aliquem deuitari eorum uulnera obiectis pilis: & ueſtibus: nuper taurus in theatro petiit elephantum cornu:a quo proſtratus eſt. Inſultat poeta tauro mortuo:ꝙ tandem potitus certo obſtaculo:quod cum pilas peteret:maxime quærere uidebatᷣ occubuerit. ¶Flāmis:iracundia & iritatione:nam iſlāmatum ira dicimus. ¶Ardore cornuto potitus.i.potitus ardoꝛ & uehementia cornuum: nam inuenit obſtaculum appellat cornutum ardorem uehementiam tauri. ¶Sic:ut pilæ tollebantur. ¶Occubuit:extictus ab elephanto. ¶Dum putat elephanta tolli:iactari poſſe. ¶Sic:ueluti pilas obiectas:
DVm peteret. Domitianus iter cætera ſpectacula reuocauit ĩ uſum mūera quæſtoria: ubi ſua liberalitate fecit poteſtaté populi eligédi duo gladiatorum paria ex ſuo ludo quæ nouiſſime introducebátur aulico apparatu. Cū auté pronúciaſſet ſe unū par daturum quod populus uellet:aliique poſcerét Mirinum gladtatoré: alii triumphū ipſe ductis manibus in partes diſſidétes promiſit duo. Non potuit inquit poeta melius finire litem iocoſam: ꝗ tanta liberalitate & magnificentia.alibi d' mirino:Nuper cum Mirio peteretur miſſio læſo.
QVicquid in orpheo: Recitata eſt Orpheus tragœdia:ut ſupra Laureolus:ita ut damnatus repræſentaret perſonam Orphei: qui dicitur laceratus fuiſſe cyconum mulierū manibus. Deſcribit actioné huius tragœdiæ poeta:& ait ita ueram fuiſſe laniationem in eo:qui nuper repræſentauit pſonam Orphei:ut de Orpheo fictum eſt. Orpheum ſcripſit etiam Lucanus:de quo Papinius in Neronem:Et noſter tibi præferetur Orpheus. ¶Exhibuit: repræſentauit. ¶Rhodope: thraciæ mons. Miranda ſilua:ideſt pulcherrima:uel miranda ꝙ artificio ueniret ipſe qui ſub perſona Orphei erat. ¶Ingrato urſo: quia eius cantu non lenitus eſt. ¶Hæc res: de hoc Orpheo ita ut uera eſt: ita ficta alia.
SOllicitant. De Rhinocerote & urſo. ¶Dum ira feræ colligit ſe.i.dum inflammabatᷣ: deſperabantur prælia a magiſtris;quia non ſperabāt poſſe iritari ad pugnā rhinocerotem.

Auſa eſt tale nihil:ſiluis dum uixit in altis:
Poſtquā inter nos eſt:plus feritatis habet.

De elephante.

19 Qui modo per totam flammis ſtimulatus harenam
Subſtulerat raptas taurus in aſtra pilas:
Occubuit tandem cornuto ardore petitus:
Dum facilem tolli ſic elephanta putat.

Aſſentatur Cæſari.

20 Dum peteret pars hæc myrinum:pars illa triumphū:
Promiſit pariter Cæſar utraq; manu.
Non potuit melius litem finire iocoſam.
O dulce inuicti principis ingenium.

Ad Cæſarem.

21 Quicquid in orpheo rhodope ſpectaſſe theatro
Dicitur:exhibuit cæſar harena tibi.
Reſperunt ſcopuli:mirandaq; ſilua cucurrit.
Quale fuiſſe nemus creditur heſperidum.
Affuit immixtum pecudum genus omne ferarum:
Et ſupra uatem multa pependit auis.
Ipſe ſed ingrato iacuit laceratus ab urſo.
Hæc tamen ut res eſt facta:ita ficta alia.

De rhinocerote.

22 Sollicitant pauidi dum rhinocerota magiſtri:
Se que diu magnæ colligit ira feræ:
Deſperabantur promiſſi prælia martis.
Sed tamen is rediit cognitus ante furor.

Gemino ictu.i.forti & uehementi. Virgilius: Gemino dentalia dorso: uel quoniam rhinoceros habet duo cornua: ut apud Pausaniam solum legi: quorum alterum insigni magnitudine ex naribus extat: alterum superne erumpit exiguum quidem: sed ualidissimū.
DOrica: Laudatur Carpophorus: ꝙ ita stantes feras supauerit ut nup leo perterefactus eius dextram fugiens: coniecerit se in uenabula aliorum potius q̄ uoluerit eum expectare. Dorica: dorienses Althemene duce in cretam uenerūt per tempora troiana. & condiderūt.x.urbes. tertium genus hominum fuit: qui cretā habitarūt: unde cretenses dorici. Dorica uenabula.i.sagittas cretēses: nā e creta optimi calāi ad sagittarum usum. Et teneri Carpophori.i.adhuc iuuenis. Facili: facile succisa. Bison: animal quod mittit germania deforme quidem prolixitate iubarum & reliquo corpore: sed ferum. Bubalus: urum intelligit: nā ex hercinia silua mittuntur uri specie & colorē similes bobus magna uelocitate: & magnitudine paulo infra elephantum: neque homini neque feræ īspectæ parcunt. foueis capiūtur. Idē bubali dicuntur: q̄uis Plinius accuset imperitū uulgus: ꝙ bubalos appellet cū in Africa uri reperiantur: aut nulla aut exigua similitudie cum bubus. Corripe: tolle lentas moras. Turba: spectatores consueuerunt pugnantem feram plausu excitare ad fugam: monet eos poeta nullū esse remediū feræ Carpophoro pugnāte: nā & stātē sternit fugiētē adeo pterret:: ut ruat ī tela aliorū.

Nāq; grauem gemino cornu sic extulit ursum:
Iactat ut impositas taurus in astra pilas.

De Carpoforo.

23 Dorica quam certo uenabula dirigit ictu
Fortis adhuc teneri dextera carpofori.
Ille tulit geminos facili ceruice iuuencos.
Illi cessit atrox bubalus atq; bison.
Hunc leo cum fugeret præceps in tæla cucurrit.
I nunc & lentas corripe turba moras.

Quid Cæsar in aqua.

24 Siquis adest longis serus spectator ab oris
Cui lux prima sacri muneris ipsa fuit.
Nec te decipiat ratibus naualis enio
Et par unda fretis: hic modo terra fuit.
Non credis: spectes dum laxent æquora martem.
Parua mora est dices: hic modo pontus erat.

De leandro.

25 Quod nocturna tibi leandre pepercerit unda
Desine mirari: cæsaris unda fuit.
Cum peteret dulces audax leandrus amores:
Et fessus tumidis iam premeretur aquis:
Sic miser instantes affatus dicitur undas:
Parcite dum propero: mergite dum redeo.

SI Quis ades. Inť cætera tehatri mūera Domitiāus edidit naumachiā: ut scribit Trāqllus effosso lacu iuxta tiberī: q̄ spectauit īter ībres & niues. ūde exiit illđ epigrāma: Aspice q̄ dēsū tacitaꝝ uellus aquaꝝ Defluat in uultus Cæsaris inque sinus. pugna fuit prope iustaꝝ classiū excitatis undis in speciē pene fluctuū maris. Mouet aduenam spectatorē: ubi ūdæ tantope concitātur fuisse pauloāte terrā: quod si ei credibile non sit: expectet tātisp dum cesset naumachia. Videbit enim ita quiescere fluctus: ut ēt sit miraturus quo pacto in tā exiguo lacu tantæ essent procellæ pauloante: & utrūque tandē crediturus miraculū. Si quis serus spectator incepta iā pugna & inceptis ludis. Lux: dies naumachiæ. Fuit prima ī urbe.i.si āte hūc diē non fuisti ī urbe. Enio: furor belli. Ratibus classe. Par fretis i.pellago.i.ne putaueris hic eē mare. Aequora laxēt.i.dū pugna naualis absoluit. Cū uidebis sedatos fluctus dices hic pauloante erat pelagus & ita credes utrūque miraculum.
QVod nocturna. Fabulæ Læādri natātis ad Hero amicā ēpræsētata ē ī theatro: sed tamē hic q repræsētabat fabulā euasit: q̄uis ī ea sit Læādꝝ submersū esse fluctibus. Nocturna ūda.i.aq̄ q̄ natasti nocturno tpe. Cæsaris ūda fuit: ppea pepcit. At ūda Neptūi non pepcit Læandro.

SAecula Carpophorꝝ. Laudatur iterꝝ Carpophorus: q solus plures feras iterfecerit q̃ oēs q monstra domuisse dicūt. Nullū opus. i. nullus labor fuisset hoībus ī monstris. Tulisset: natus eēt. Marathon: urbs est non pcul ab Athenis: ad quā Hercules abegit taurꝝ ex creta amatū a Pasiphae: quem taurū illic postea domuit Theseus. Plutarchus & Diodorus testes: marathon non timuisset: quia eum aprum Carpophorus interfecisset. Arcas menaliū: de apro erimantheo intelligit: quem Hercules interfecit. Menalus mons Arcadiæ. Nec armata manus hydræ: de hydra lernæ intelligit: quam octo capita habenté Hercules oppressit. Vna mors. i. uno certamine superasset hydrā: quod Hercules nō potuit. Chymera monstrum qđ Solinus montem iterpratatur fuisse: domitū a Bellorophonte filio Glauci. Semel: uno ictu. Ignipedes: tauri euomentes ignem: custodiebāt uellus aureū: eos supauit Iason: ope Medeæ. Sine colchide. i. sine ope Medeæ: qđ non potuit Iason. Hesionem: filiā Laomedontis: obiectā monstro marino: & deuinctā saxo liberauit Hercules: cū illac nauigaret una cum argonautis. Andromede: Cephei filia fuit regis æthiopū mōstro data eā liberauit Perseus pactus eius nuptias. Hæc erat ī Iope portu: Plinius: Ouidius: Propertius Exoluit duris cātibus Andromedā. Pariter: eodé certamine. Hercules. xii. pdormuit. At Carpophorus. xx. plus ergo egit.

Blanditur Cæsari.

26 Sæcula carpophorum cæsar si prisca tulissent
Iam nullum in monstris orbe fuisset opus.
Non marathon taurum. nemeæ frondosa leonem
Arcas mænalium non timuisset aprum.
Hæc armata manus hydræ mors una fuisset
Huic percussa foret tota chimæra semel.
Ignipedes posset sine colchide uincere tauros
Soluere & hesionem: solus & andromeden.
Herculeæ laudis numeretur gloria plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.

De Natatoribus.

27 Lusit nereidum docilis chorus æquore toto:
Et uario faciles ordine pinxit aquas.
Fuscina: dente minax. nexu fuit ancora curuo
Credidimus remum: credidimusque ratem.
Et gratum nautis sydus fulgere laconum:
Lataque perspicuo uela tumere sinu.
Quis tantas liquidis artes inuenit in undis:
Aut docuit lusus hos thetis: aut didicit.

Laus Augusti.

28 Augusti laudes fuerant committere classes:
Et freta nauali sollicitare tuba.

LVsit nereidū: Assentat principi. nā cū Domitiāus maxie studuerit ut eius naumachia classes iustæ & ueræ uiderēt: scribit oia ita repræsētata ac si ī mari res gesta eēt ueris classibus: tātique artificii fuisse hoc spectaculū: ut ipsa Thetis aut docuerit hāc pugnā aut didicerit: q̈si īnuat ope mortali nō potuisse pfici. Docilis chorus nereidū. i. doctæ puellæ repræsentātes nereides magna docilitate & īgenio. Toto æquor̄. i. tota naumachia. Pīxit. i. distīxit & circūscripsit īcessu. Fuscina: tridens Neptuni & ancorā & remos credidimus eē ueros adeo oīa fuerūt bene repræsētata. Sydus laco: significat Castoré & Pollucé: q pspera signa sunt nauigantibus: Ioue concedēte eoꝝ meritis ut Diodorus & Hyginius scribūt. Eoꝝ ortu occidit Helena sydus tēpestuosū & minax: ua scribit Pli. Ora. Sic fr̄es Helenæ: lucida sydera: Conspicuo: apto: aut docuit aut didicit.

AVgusti laudes. Anteponitur naumachia Domitiani classi Augusti qua supatus ē Antonius: quoniā non mō sit pugnatū: sed etiā nymphæ & alia maris numina repræsētata: & præterea ludi editi q ī terra solēt spectari. Iubet igit̄ poeta omissa naumachia Claudii q olī erat celebris: & Neronis unā hāc celebrari. Placet ut potius ītelligas đ uera pugnt aduersus Anto. q̄ đ naumachia quā edidit Augustus: uel certe đ exercitatione classiū Augusti ī lucrino lacu ītelligit ubi tota hyeme copias ad bellū siculū auctor̄ Trāquillo exercuit.

Quota pars est: hæc quasi dicat minima pars eorum quæ uidimus admiratione digna. Triton: Salaciæ & Neptuni filius: & eiusdē numinis tubicen. Feras: quia in mari edidit lusus ferarum: & uenationes. Domini: Neptuni. solum erat in mari: in quo ludi & uenationes exercebantur. Ire pedester: placet tamen ut intelligas illas feras natasse: quoniam Tranquillus scribit ita factum esse in naumachia Neronis. Sæuis ratibus: quæ illic erāt. Diues: plena ludorum. In circo aliquando dabantur ludi. Fucinus: Claudius edidit pugnam naualem in fucino marsorum lacu: ita ut renuentes pugnare ex littore: nunc adhortationibus: nunc minis in certamine impulerit: repræsentato etiam Tritone tubicine emergente ex medio lacu per machinā. Classis rhodia & sicula congressæ sunt auctor Suetonius. Fucinus: naumachia Claudii. Pigri Neronis: Nero dedit naumachiam aqua marina inducta: in qua natarunt feræ. Pigri: quia nulla exercitatio ferme in illis fuit: præsertim si conferātur naumachiæ Domitiani.

Cæsaris hæc nostri pars est quota. uidit in undis
Et thetis ignotas: & galathea feras.
Vidit in æquoreo feruentes puluere currus:
Et domini triton ipse putauit equos.
Dumq; parat sæuis ratibus fera prælia nereus
Abnuit in liquidis ire pedester aquis.
Quicquid & in circo spectatur & amphitheatro:
Diues cæsarea præstitit unda tibi.
Fucinus & pigri taceantur stagna neronis.
Hanc norīt unam sæcula naumachiam.

~~Liber secundus~~

PERO ME SECVTVRVM in libellis meis tale temperamentum: ut de illis queri non possit: quisquis de se bene senserit cum salua infimarum quoq; personarum reuerentia ludāt: quæ adeo antiquis auctoribus defuit: ut nominibus non tantum ueris abusi sint: sed etiam magnis. at mihi fama uilius constet: & probetur in me nouissimum ingenium. Absit a iocorum nostrorum simplicitate malignus interpres. nec epigrammata mea scribat. Improbe facit: qui in alieno libro ingeniosus est. Lasciuam uerborum licentiam Id est Epigrammaton linguam excusarem si meum esset exemplū: sic scripsit Catulus: sic Marsus: sic Pedo: sic Gætulicus. sic quicunq; perlegitur. Si quis tamen tam ambitiose tristis est: ut apud illum in nulla pagina latine loqui fas sit: potest epistola: uel potius titulo cōtentus eē. Epigrāmata illis scribuntur: q solēt spectarī florales.

PERO Me Secuturū. Scribit hoc nūc: ut demum sit editurus librum. & hæc epistola apposita est libro confecto. Quisquis de se bene sē serit: id est quicunque sibi conscius non sit: & sit uir bonus: non poterit de me conqueri. Veris nominibus: idest nudis nominibus. Constet mihi fama uilius: idest detur mihi fama uiliore genere scribendi. Nouissimum: id est hoc ultimum scribēdi genus: & infimum: quia tantum in iocis uersat. Malignus interpres: id est absit qui omnia interpretatur in malam partem. Si meum esset exemplum: id est si ego essem primus: qui ĩ hoc genere scriberē: & essem exēplū posteris.

¶ Non itret Cato theatrũ meũ: reprehendiẗ sub pſona Catoĩs ille q̃ cepit legere epigrãmata: & ſtatĩ dãnet ꝓpter laſciuiã. nã q̃ accedit ad ea legenda: ait eũ oportere eſſe certi & conſtãtis aĩ eoꝝ laſciuia. Immo ĩquit allectus es: ad hæc legẽda propter laſciuiam: perſta igiẗ.

NOſſes: alloquitur ſæueros hoĩes ſub pſona Catonis: ut hunc ſuum librum non aperiant: ſi ipſum plegere noluerint: ut Cato fecit: qui ex theatro receſſit: ne meretricibus nudis impedimento eſſet quo minus ludi florales fierent. Legitur de Catone: qui cum ludi in honorẽ floræ deæ celebrarẽtur ab meretricibus nudis: ingreſſus ẽ theatrum: quem cum mulieres uiderunt ſe nudare noluerunt: tanti uiri auctoritate pmotæ. Cato tũc admonitus ab Cotta: r̃ceſſit ex ipſo theatro: cui mulieres nudæ probari non poterant. Martialis igiẗ uult ſuum librum ſi aperiẗ etiam ab ſeueris hominibus perlegi conſtanter: cum ĩ eo permulta bona ſint.

Non intret Cato theatrum meum: aut ſi intrauerit ſpectet. Videor mihi meo iure facturus ſi epiſtolam uerſibus clauſero.

AD Catonem.

29 Noſſes iocoſæ dulce cum ſacrum floræ:
Feſtoſq; luſus: & licentiam uulgi
Cur in theatrum Cato ſæuere ueniſti?
An ideo tantum ueneras: ut exires.

Ad Lectorem de ſe arrogãter.

30 Hic eſt: quem legis ille: quem requiris
Toto notus in orbe Martialis:
Argutis epigrammaton libellis
Cui lector ſtudioſe quod dediſti
Viuenti decus atq; ſentiẽti
Rari poſt cineres habẽt poetæ.

Ad Lectorem ubi libri.

31 Qui tecum cupis eſſe meos ubicunq; libellos:
Et comites longæ quæris haberẽ uiæ.
Hos eme: quos artat breuibus membrana tabellis.
Scrinia da magnis. me manus una capit.
Ne tamen ignores ubi ſim uenalis: & erres
Vrbe uagus tota me duce certus eris.
Libertum docti lucencis quære ſecundum
Limina poſt pacis: palladiumq; forum.

¶ Iocoſæ: propter meretrices nudas: quarum iocis plurimi riſus excitabanẗ.

HIc ẽ quẽ legis: lectori idicat qs ſit: ſimul ei agit gr̃as: ꝙ ſe uiuo legat epigrãmata cũ nõ niſi mortuoꝝ poetaꝝ libri legi ſolent. carmẽ ẽ faleuciũ a Faleuco ĩuentor̃: auctore Auſonio. Faleucũ auctorẽ fuiſſe huius carmĩs. ¶ Argutis libellis. i. acutis carmĩbus. ¶ Epigrãmaton: ẽ genitiuus græcus. ¶ Id decus. i. famã: ꝙ legit epigrãmata mea ãte mortẽ. ¶ Rari uel præſtãtes uel pauci: quoniam & ſi multi: ſcribunt tamen paucorum ſcripta leguntur poſt cineres.

QVi tecũ: Docet hos ubi ſũt libelli ſui uenales. ¶ Quos libellos. ¶ Mẽbrana arctat. i. q̃ exiguo uolumĩe ſunt compacti. ¶ Scriniũ: uetuſtiſſimũ uerbũ. i. capſa erat in q̃ res precioſiores ſeruabãtur: & Mithridates epiſtolas grauiores: & Darius unguẽta ſeruarũt. ¶ Da magnis. i. repone magnos libellos in ſcriniis. ¶ Me manus una capit: libri q̃ poſſũt capĩ una manu enchiridia dicuntur. ¶ Vbi ſim uenalis. i. ubi ſint uenales libri mei. ¶ Secundũ ſecundus ſcriba fuit Othonis: auctore Plutarco: qui mortuo principe cum ad tẽpora Domitiani ſuperuixiſſet: iuncta familiaritate cum Martiale eius carmina priuſquam ederentur legebat: tãquam cenſor. Alibi. Martialis: Quod ſi legeris iſta cum diſerto ſed nũquid ſumus improbi ſecundo. Quod autẽ dicat ſe uenalem apud ſecundum: non mirum: nam bibliopollæ erant apud antiquos doctiſſimi: libroſque nouos ab auctoribus rogabant: ut non minus cenſores eſſent q̃ uenditores. non placet intelligas de Plinio ſecundo. ¶ Libertum: Grammatice in libertis maxime floruit. ¶ Limina pacis: id eſt poſt templum pacis. quod condidit Domitianus prope porticum Liuiæ. ¶ Palladiumque forum: id eſt poſt forum iuxta quod erat templum Palladis: ut inquit Papinius. potes & de foro nuper condito a Domitiano intelligere: quod poſtea Neruæ eſt appellatum.

ARgiletanas:Librum alloquitur iam exiturum:monetque eum peruenturum ad cenſuram multorum:nullamque eſſe cauſam cur exeat: niſi quod forte cupit lituras & crebras emendationes domini euitare. Argiletum: prope palatium erat locus dictus uel a morte Argi: ut Virgilio placet: uel ab archilla quæ eſt terræ genus: quæ illic fodiebatur: ut Varro addit: Ibi erant tabernæ bibliopollarum: ut in ſuburra tonſorum. De his Oratius hæc ait: Nulla taberna meos habeat uel pila libellos. Dominæ Romæ: epithetum Romæ eſt. Turba martia: id eſt turba romanorum: qui habuere originem a Marte. Nimium ſapit: nimium acris eſt cēſuræ. Ronchi: dicuntur ſtrepitus: qui fiunt & oriũtur ex corrugatione nariũ fictitio nomine ab ipſo ſono: eo autem utimur deridentes. Sunt qui putant a uerbo græco trahi: quoniam illi roſtrum appellant ρογχοσ. Maiores nuſq̃ ronchi: id ē nuſquã ſunt maiores deteriores quã romæ. Et pueri naſum rhinocerotis habent: hoc eſt producunt mentum & roſtrum in tantam longitudinem ac ſi eēt cornu rhinocerotis. Baſia iactas: id eſt dum iactas te haberẽ baſia. Audieris cũ grande ſophos: id eſt cum uerbis laudatus fueris. nam illi dicuntur audire grãde ſophos: qui laudantur: ut alibi: Quod tam grãde ſophos clamet tibi turba togata. non tu Pomponi cœna diſerta tua eſt: Tractũ ab adulatione græca. Græci enim cum primum alicuius ſcripta: uel legerint: uel audierint: ſtatim aſſentando ſubiiciunt σοφοσ id eſt doctus eſt. Perſius quoque genere neutro protulit Pegaſeum melos. Audieris grande ſophos: id eſt cum illa ſimulata & deriſoria adulatio ſecuta fuerit. Sagum: eſt ueſtis militaris & groſſioris uili. Romæ iuuenes per laſciuiam: quod Tranquillus: & Iuuenalis indicant quos contemnebant ſuppoſita ueſte in aerem iaculabantur. Id Nero & Otho aliquando egerunt. Excuſſo: iactatione. & maiorem exprimit agitantium & tollentium aliquem.

Ad Librum ſuum.

Argiletanas mauis habitarẽ tabernas:
Cum tibi parue liber ſcrinia noſtra uacẽt.
Neſcis: heu neſcis dominæ faſtidia Romæ.
Crede mihi nimium martia turba ſapit.
Maiores nuſquam ronchi iuueneſq; ſeneſq;.
Et pueri naſum rhinocerotis habẽt.
Audieris cum grande ſophos: dũ baſia captas:
Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.
Sed tu ne totiẽs domini patiare lituras:
Ne ue notet luſus triſtis arũdo tuos.
Aethereas laſciue cupis uolitare per auras.
I fuge: ſed poteras tutior eſſe domi.

Ad Cæſarem.

Contigeris noſtros cæſar ſi forte libellos:
Terrarum dominum pone ſupercilium.
Conſueuere iocos ueſtri quoq; ferre triumphi.
Materiam dictis nec pudet eſſe ducem.
Qua thymelem ſpectas deriſoremq; latinum:

COntigeris: Primo epigrammate Cæſarem alloquitur: ne uideatur conſcius morum illius ſcripſiſſe laſciua: rogatque ut & hilari fronte legat: cum ſoleat minimos ſpectare: & ut ne talem auctorem iudicet qualis eſt pagina. Supercilium: id eſt grauitatem: & ſuperbiam. Conſueuere iocos ueſtri quoque fere triumphi: Non debes damnare iocos noſtros laſciuos: quoniam in ueſtris triumphis eſt iocorum licentia. Nam milites triumphantẽ ſequentes incondito carmine multa ilocalariter canere ſolebant: Non modo in alios: ſed in ipſum principem: ut cæſariani in Cæſarem: Gallias ſubegit cæſar: Nicomedes Cæſarem: & ferre æquo animo. Materiam dictis: id eſt argumentum iocis: nam de ipſo duce aliquãdo iocanẽ. Ducẽ: pricipẽ. Thymele: mulier fuit quæ prima ſaltationem docuit: unde & Thymele apud græcos latiẽ ſignificat hiſtrionicam: ĩde datũ nomen uxori latini mimi. Latinus fuit mimus Domitiãi: q aut recitãdis diei fabulis ut ſcribit Tranqllus: cœnãti pricipi: aut iocis: & nonnũq̃ pulſatiõe Thymeles riſum ꝓuocabat.

Illa fronte:id eſt libera& ſoluta curis. Innocuos:non ſcelerati auctoris. Vita enim uerecunda eſt.

Illa fronte precor carmina noſtra legas.
Innocuos cenſura poteſt permittere luſus:
Laſciua eſt nobis pagina.uita proba eſt.

Ad Marcum.

34 Do tibi naumachiam:tu das epigrammata nobis:
Vis puto cum libro marce natare tuo.

Quid Leo Cæſaris.

35 Aethereas aquila puerum portare per auras:
Illeſum timidis unguibus hæſit:onus.
Nunc ſua cæſareos exorat præda leones:
Tutus & ingenti:ludit in ore lepus.
Quæ maiora putas miracula:ſummus utriſq;:
Auctor adeſt.hæc ſunt cæſaris.illa iouis.

De Columba ſtellæ.

36 Stellæ delicium mei columba
Verona licet audiente dicam.
Vicit maxime paſſerem catulli.
Tanto ſtella meus tuo catullo
Quanto paſſere maior eſt columba.

Deciani dogma laudat.

37 Quod magni traſeæ conſumatiq; catonis:
Dogmata ſic ſequeris.ſaluus ut eſſe uelis.
Pectore nec nudo ſtrictos incurris in enſes:
Quod feciſſe uelim te:deciane facis.

DO tibi naumachiam:Diſtichon eſt fictum ex perſona Cæſaris reſpondentis Martiali mittenti libꝝ:& dicentis eſſe intépeſtiuū:cum occupatus ſit in edéda naumachia: niſi forte uelit carmina aquis mandari.hoc enim ſæpe dicitur a Martiale:cum uult oſtendere carmina ſua non eſſe legenda.In tertio:Curſorem ſexta tibi Ruffe remiſimus hora Carmina:quem madidū noſtra tuliſſe reor.Non aliter mitti debuit:iſte liber. Do tibi naumachiam.i.edo naumachiam. Vis natare cū tuo libro tu inquit uis hic mergi una cum tuo carmine:quū ſis intempeſtiuus.

AEthereas aqla:ludebát lepores í ore leonis illeſi.Compat aquilá leoni:& Ganymedē leporibus: Onus:Ganymedes. Vnguibus timidis:ne lederét Ganymedé. Exorat leones.i.orádo ípetrat ueniā & uitá. Quæ maiora miracula putas aqlæ:an leonis?qſi dicat utrūque potuit fieri qa hæc ſūt miracula Cæſaris:illa ſunt Iouis:& uterque deus eſt:nā Domitiáus deus uoluit appellari:auctor Tráqllus.

STellæ delitium:Stella poeta patauinus amauit Violentillá neapolitaná:quæ cū amiſiſſet colūbá:quā habebat in delitiis & fleret:præbuit argumétū ſtellæ conficiendi opis de morte colūbæ qđ opus colūba íſcribitur.Teſtat̃ hoc uenus apđ Papinium de ſtella loqués:Hic nr̃æ defleuit fata colūbæ.antepomit Martialis columbá ſtellæ.i.opus Paſſeri Catulli.Nam Catullus defleuit paſſerem amicæ mortuum carmíe:quod paſſer inſcribitur. Verona:patria Catulli. Meus:mihi amicus.

QVod magni Thraſeæ:Decianus laudatur qui grauitatem ſtoicam ſecutus:& uirtutem ſummum bonum iudicans exitus Thraſeæ & Catonis non probat:quorú uterque ſtoicum ſe profeſſus morte laudem quæſiuit.Pulchrius inquit eſt laudari ob uitam:quam ob mortem. Thraſeas:temporibus Neronis ex libro:quem Munacius edidit de rebus Catonis:incenſus eſt ſtudio ſtoicæ diſciplinæ:adeo ut cum damnatus a Nerone:ſolutis uenis moreretur:magna conſtantia ſuorum fletum compeſcuerit:libaritque ſanguinem Ioui liberatori.Patauinus fuit:poſtea Iunius Ruſticus:quoniam eius laudem ediderat:& appellauerat ſanctiſſimum damnatus eſt a Domiciano.Cato Antipatro Tyrio præceptore uſus:ſtoicam diſciplinam hauſit:uticæ ne in poteſtatem Cæſaris ueniret:ſibi morté conſciuit. Sic:ea moderatione. Sequeris dogmata.i.diſciplinā. Conſumati.Catonis.i.pfecti. Vt uelis eē ſaluus.i.ut uelis laudé ex bene acta uita;& non ex morte.

Facili sanguine: facilitate mortis. plus enim est bene agere in uita: q̃ se interficere: nam hoc cuiuis licet: & in promptu est.

Ellus homo: Bellus diminutiuum a bono. magnus & bellus non conueniunt. Deridet Cottam qui uolebat dici bellus: cum magnus esset. cum magno enim minimũ non conuenit.

Etit Venustus: Damnat & carpit Venustum auariciæ: quod uellet ducere Maronillã uetulam propter diuitias.

Nolo uirum facili redimit qui sanguine famam:
Hunc uolo laudari: qui sine morte potest.

Iocatur in Cottam.

38 Bellus homo & magnus uis idem Cotta uideri:
Sed qui bellus homo ẽ Cotta. pusillus homo est.

De Gemello & maronilla.

39 Petit gemellus nuptias maronillæ.
Et cupit: & instat: & precatur: & donat.
Adeo ne pulchra est: immo fedius nihil.
Quid ergo in illa appetitur: & placet. tussit.

Ad Sextilianum potorem.

40 Cũ data sint equiti: bis quinq̃ numismata: Quare
Bis decies solus sextiliane bibis?
Iam defecisset portantis calda ministros:
Si non potares sextiliane merum.

De Regulo.

41 Itur ad herculei gelidas qua tyburis arces:
Canaq̃ sulphureis albula fumat aquis.
Rura nemusq̃ sacrum dilectaq̃ iugera musis:
Signat uicina quartus ab urbe lapis.
Hic rudis æstiuas præstabat porticus umbras:
Heu quam pene nouum porticus ausa nefas.
Nam subito collapsa ruit cum molle sub illa:
Gestatus biiugis regulus esset equis.
Ni mirum timuit nostras fortuna querelas:
Quæ par tam magnæ non erat inuidiæ.
Nunc & damna iuuant: sunt ipsa pericula tanti:
Stantia non poterant tecta probare deos.

Tussit: id est cito moritura est. Tussit: uerbum respondentis Martialis.

Vm data: Ebrietatẽ Sextiliani equitis accusat. de quo paulo post: Sextiliane bibis. Equites ĩter iudices numerabãtur: lege cornelia. Legibus primum cautum fuit: ne supra .c. in conuiuiis consumere liceret: inde priuatĩ præscriptũ est equitibus: cum chiũ & falernũ & reliqua uina reiecta moderatione Cæsaris & Crassi in magnum precium prouenissent: ne supra .x. numismata equestri epulo ĩpendere possent. nũc Sextilianus bis decies numismata solus bibebat. Calda. antiq utebãt̃ in mensa & gelida & calida aqua. Iuuenalis: Gelidæ calidæque minister.

Tur ad Herculei: De hoc Regulo multa apud Pliniũ in epistolis: & nonnũq̃ cũ eius reprehensione. hic causidicus habebat ad quartũ lapidem & nemus & porticũ: in q̃ cũ gestaret̃ paulo post statim eo egresso corruit: unde ĩ qt Regulum fuisse: curæ diis. Gelidas arces: nã tibur est cæli frigidissimi.

Herculei: qa Hercules tiburi colebat̃. Cana albula: albulæ aquæ sũt ĩ agro tiburtino: quæ maxĩe uulneribus medẽt̃ ut Plinius & Strabo. đ his Papinius: Iũctis fornacibus amnis ridet anhelãtes uicĩo flumĩe Iĩphas. q albulã hoc loco ꝓ tyberi accipiũt fallũt̃. Rudis: nõ elaborata & polita. Antiq̃s ũbras. i. tẽpora antiq̃. Quã pene: q̃ q̃si. Nimirꝝ: si non corruit: dũ illic erat Regulus. Timuit fortũa querelas: qa fortuna non potuisset sustinere nr̃am ĩuidiã & querelas nr̃as q amamus te. Sũt tãti picula: sensus ẽ: placet factã esse iacturã in porticu collapsa: nam periculũ ipsum quod Regulus euaserit aperto testimonio: quod sit curæ diis: tãti est faciendum: ut iactura porticus placer̃ debeat. Stantia tecta probare: id est si tecta porticus stetissent: non poterat ostendere deos esse: quibus curæ erat Regulus.

CAsta suo: Duæ Ariæ fuerunt: altera mater: altera filia: mater damnato Peto marito fodit corpus gladio: eundemque ipsa tradens hac uoce memorabili usa dicitur. Vulnus quod feci non dolet: sed dolet quod tu facies: quod uerbum & fortis & pii animi mandatū est monumentis & epistola Plinii: & hoc carmine. Filia uxor fuit Peti Thraseæ quæ morituro marito exemplum matris meditabatur: ut Tacitus scribit: sed Thraseæ uerbis destitit. de matre nunc loquitur. Si qua fides. i. si mihi credere potes.

De Aria & pæto.

42 Casta suo gladium cum traderet aria Pæto:
Quem de uisceribus traxerat ipse suis.
Si qua fides: uulnus quod feci non dolet inquit:
Sed quod tu facies hoc mihi. Pæte dolet.

Ad Cæsarem.

43 Delitias cæsar lususq; iocosq; leonum:
Vidimus hoc etiam præstat harena tibi.
Cum prensus blando totiens a dente rediret:
Et per aperta uagus curreret ora lepus.
Vnde potest: auidus captæ leo parcere prædæ:
Sed tamen esse tuus dicitur: ergo potest.

Ad Iulium.

44 O mihi post nullos Iuli memorande sodales:
Si quid longa fides: canaq; iura ualent.
Bis iam pene tibi consul trigesimus instat:
Et numerat paucos uix tua uita dies.
Non bene distuleris: uideas quod posse negari:
Et solum hoc ducas: quod fuit esse tuum:
Expectant curæq; catænatiq; labores:
Gaudia non remanent: sed fugitiua uolant.
Hæc utraq; manu complexuq; assere toto:
Sæpe fluunt imo sic quoq; lapsa sinu.
Non est crede mihi sapiētis dicere uiuam:
Sera nimis uita est crastina: uiue hodie.

Ad Auitum.

45 Sunt bona: sunt quædā mediocria: sunt mala plura:
Quæ legis. hic aliter non fit auite liber.

Elicias Cæsar: Laudatur clementia Cæsaris ī leone: qui cum Cæsaris sit parcit lepori. Lusus & iocos: quoniam feræ non cedebantur a leone.
Blando dente: non lædēti. Vagus: liber & solutus. Vnde potest: id est quomodo potest parcerē leporibus? Potest parcerē: quia refert clementiā tuā Cæsar.
Mihi post nullos: Iuliū sodalē ætate īgrauescentē hortatr̄ ad ocium & uirtutē cū uoluptate. nā uera uita apud Martialē: nihil aliud est q̄ dare operā uirtuti cum honesta uoluptate: neque expectandū esse ait: cū labant dies & incertū sit quid uesper uehat: ut Varro scribit.
O mihi post nullos. i. O Iuli inter primos meos sodales. Longa fides: id ē longa amicitia. Iura cana. i. antiq̄ familiaritas. Iā tibi īstat bis tricesimus cōsul. i. iā nactus sis. lx. ānū. antiqui terminabant uitā lx. annis. Tua uita numerat paucos dies. i. parū dedisti operā ocio: & uirtuti: & relaxationi aī. i. paucis diebus uixisti. Non bene distuleris. i. non sapienter facis & differs. Catenati labores: id est in speciē catenæ coniuncti: & ppetui. Expectant: non abeunt. Assere: uendica tibi. Sæpe fluūt sic. i. afferta: & uēdicata gaudia sæpe fluunt: adeo gaudia sunt inconstātia. Viuā: differre uitam. Immo sic quoque lapsa sinu. i. dū loquor amisimus tēpus uitæ & uoluptates. Persius: Hora fugit: hoc quod loquor inde est: quasi. d. poteramus has horas non perdere.
Vnt bona: Dicit se nullo genere epigrammatis abstinere ut librum expleat: in quem sensum dixit: Edita ne breuibus pereat mihi charta libellis. aliter enim liber in iustā magnitudinem non uenit. Aliter: id est nisi omni genere epigrammatum congesto. Non fit liber: non crescit iusta libri magnitudo.

Ogit me :Reſpondet Tito hortanti ut declamaret potius :q̃ ſcriberet epigrammata: quoniam declamare eſſet res magna:negat hoc Martialis:cum etiam coloni ſciāt agere cauſas:quaſi uelit oſtendere pauciores ſcribere epigrammata q̃ agere cauſas. Res magna eſt quam facit colonus:quia coloni ſciunt agere cauſas ut interrogando legas: nam qđ affirmando legunt alii:non placet.

Vid te Tucca: Auaritiam Tuccæ carpit:qui cum falernum haberet:miſcebat id uinū uaticano uiliſſīo: & ī hoc iocatur. Vinū uaticanū eſt uappa:uallis uaticanæ iuxta ædē Petri. De nobis facile eſt.i. iugulare nos quos fortaſſe odiſti facile eſt & ferendū. Amphora :uas eſt in hoc loco: alibi ē genus menſuræ :ut dicit Cæſar centū falerni amphoras die ſui triūphi dediſſe conuiuis. Cadus: eodē modo ut & idē dr̃ dediſſe cētū cados uini chii.

Ic mihi in Domitiū cecilianū ſcribit : eiuſdē nominis fuit uir amiciſſimus Thraſeæ.hic uocatis conuiuis boletos ſolus edebat : eius ī hoſpitalitatem carpit poeta: imprecaturque ut par eſt tanto uētri & gulæ: ut talē edat boletū:qualem edit Claudius quo uenenatus extinctus fuit.đ quo Iuuenalis:poſt quem nil Claudius edit. Boletus in gulæ iritamenta uenit nouiſſimis tēporibus.propterea alibi ſcribit Martialis boletos mittere difficile . Plinius appellat nouiſſimum iritamentū gulæ . Quod autē dicit de Claudio : ſequit̃ hiſtoriā etiā editā a Tranquillo : qui Claudiū ſcribit uenenato boleto eē extinctū. Tacitus tradit ueneno necatum ab Agrippina opera locuſtæ & miſterio Aloti prægustatoris: Demū auxilio Xenophontis medici. Turba uocata ſpectante:id eſt ſpectantibus conuiuis. Imprecabor ut edas talem boletum : qualem edit Claudius quo periit.

Ad Titum.

46 Cogit me titus actitare cauſas.
Et dicit mihi ſæpe magna res eſt.
Res magna eſt tite : quam facit colonus.

Ad Tuccam.

47 Quid te tucca iuuat uetulo miſcere falerno :
In uaticanis condita muſta cadis.
Quid tantum fecere boni tibi peſſima uina :
Aut quid fecerunt optima uina mali.
De nobis facile eſt :ſcelus eſt iugulare falernum:
Et dare campano toxica ſæua mero.
Conuiuæ meruere tui fortaſſe perire:
Amphora non meruit tam precioſa mori.

Ad Aeliam.

48 Si memini fuerant tibi quattuor ælia dentes:
Expuit una duos : tuſſis & una duos.
Iam ſecura potes totis tuſſire diebus:
Nil iſtic quod agat. tertia tuſſis habet.

Ad Cecilianum.

49 Dic mihi quis furor eſt : turba ſpectante uocata:
Solus boletos ceciliane uoras.
Quid dignum tanto uentriq; gulæq; precabor:
Boletum clauem claudius edit edas.

De Porſena & Mutio ſcæuola.

50 Dum peteret Regem decepta ſatellite dextra:
Iniecit ſacris ſe peritura focis.
Sed tam ſæua pius miracula non tulit hoſtis:
Et raptum flammis iuſſit abire uirum.

Vm peteret regem: Tangit hiſtoriam Porſenæ & Scæuolæ quæ nota eſt. Regē:Porſenam. Satellite:id eſt ſcriba:nam Scæuola credidit ſe percuſſiſſe Porſenam. Iniecit ſe ſacris focis:id eſt iniecit ſe igni qui ad aras ſacras erat. Hoſtis pius:Porſena. Satellite:id eſt ſcriba occiſo.Dionyſius neſcio quid addit noſtrorum monumentis : ſed nihil ad hunc locum.Hæc hiſtoria repræſentata eſt in theatro : & propterea ſcribiť epigrā-

ma. Alibi idem apertius de hac eadem historia repræsentata.

Vid nunc sæua: Idem argumentum quod supra de leone & lepore. Non timeat sensus est leones non sæuire in uilem prædam & imbecillam exemplo Cæsaris Domitiani: qui generosi & alti animi ne in hostem quidem paruum & infirmũ arma mouet. Dacus puer: id est hostis puer. nam dacos domuit. q. d. in hostes debiles Cæsar non sæuit.

Nuitas nullum: Cotta habebat balnea & eos inuitabat: quos in balneis mentulatos inspexerat. Volebat enim subagitari. hi autem iuuenes mentulati: qui alios subagitabant drauci dicebantur uerbo græco quasi agentes Δραω latine ago. Neque mirandum est in his seruatam esse uocé græcam: quoniam & in his qui patiuntur seruata est: nam pathici appellantur a πασχω quod é patior. Mentulati autem ab his qui uolebant subagitari ex balneis eligebantur: ut alibi: Oculis deuorantibus draucos: hoc est: qui auidissime intuebať: & optabat. Scio me nudum displicuisse tibi quoniam uidisti me non satis mentulatum: ut tibi præstare operam possim.

Vrere quam potuit contempto mutius igne:
Hanc spectare manum porsena non potuit.
Maior deceptæ fama est & gloria dextræ:
Si non errasset: fecerat illa minus.

De Leone & lepore.

51 Quid nunc sæua fugis placidi lepus ora leonis:
Frangere tam paruas non didicere feras.
Seruantur magnis isti ceruicibus ungues:
Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.
Præda canum lepus est: uastos non implet hiatus
Non timeat dacus cæsaris arma puer.

Ad Cottam.

52 Inuitas nullum nisi cum quo cotta lauaris:
Et dant conuiuam balnea sola tibi.
Mirabar quare nunquam me cotta uocasses:
Iam scio me nudum displicuisse tibi.

Ad Decianum.

53 Aspicis incomptis illum deciane capillis:
Cuius & ipse times triste supercilium.
Qui loquitur curios assertoresq; camillos:
Nolito fronti credere. nupsit heri.

Ad Faustinum.

54 Ede tuos tandem populo faustine libellos:
Et cultum docto pectore profer opus:
Quod nec cecropiæ damnent pandionis arces:
Nec sileant nostri prætereantq; senes.
Ante fores stantem dubitas admittere famam:
Teq; piget curæ præmia ferre tuæ.
Post te uicturæ per te quoq; uiuere chartæ:
Incipiant. cineri gloria sera uenit.

Spicis incomptis: notat barbatum Cynædum: qui cum socraticus uellet uideri & asper: subagitabatur. hoc genus hominum carpit Iuuenalis: & socraticos Cynædos appellat: quo loco interpretando. nescio quid multi garriant. Supercilium: id est grauitatem. Et ipse qui es stoicæ disciplinæ ut alibi ad eundem: quod magni Thraseæ. & cætera.

De tuos: Hortať Faustinũ: ut edat suos libros compositos: & asseqẽť laudem: cũ possit uiuens eam assequi. Opus cultum docto pectore: id est ingenio tuo. Quod: opus nec damnent arces cecropiæ: nec nostri: nec græci: hoc est opus a græcis: & a latinis laudandum. Cineri gloria sera: ex sententia Epicuri: qui omnia soli uitæ tribuit. Quicquid inquit expectamus in uita est accipiendum.

Extiliane bibis: In Sextilianum bibacem: in quem etiam supra scripsit. Subsellia: sedes erant: & ad id alludit quoniam erat iudex. nam equites inter iudices numerabãtur. Bibis: quantum quinque subsellia. i. quãtum quinque tui collegæ. Cuneus: multitudo in spectaculo quæ ordine non sedeat. Iuuenalis: Cuneis an habeat spectacula totis. Quod securus ames. Hic accipit cuneum pro ea multitudine quæ stat ante subsellia iudicum. Prelis pelignis: id est non habes: nec petis uinum pelignũ: quod pessimum est: alibi. Massica peligni mittũt turbata coloni: Non tu libertus sed bibat illa tuus. Vini opimi: id est uini opimiani. Vinũ opimianũ dictũ est a. L. Opimio consule: q eo anno gessit consulatũ: quo Gracchi seditionibus popularibus interierunt: nam eo anno cæli temperie: quæ coctura dicitur: magna uini copia & præstantia: quod uinum ĩ cc. annos seruatum est: redactũ in speciẽ mellis: tantæ æstimatiõis ut amphora centenis nummis ueniret. Adhibebãtur aliis medicamenta: ut opimiana uiderentur. Alibi Martialis: Felix autũnus opimi. Cicero in oratore: & Plinius auctores. Massica cella: de falerno intelligit: quod nigrum est: qđ massicum: alibi a poeta. De sinuessanis uenerunt massica prelis. Laletaia: ꝓuincia est hispaniæ: quæ uinũ turbidum: & uappã mittit: quãuis non procul sit a Tarracone: quæ habet optimum uinum: uel Fex laletana: hoc est pete uinum laletanum: nã eius erat magna copia: quod Plinius scribit. laletana inquit copia: Tarraconensia elegantia superant. Mendosa est dictio in codice Plinii recentiore Lusitana pro laletana.

Ad Sextilianum.

55 Sextiliane bibis quantum subsellia quinq̨:
Solus aqua totiens ebrius esse potes.
Nec consessorum uicina numismata tantum:
Aera sed a cuneis ulteriora petis.
Non hæc pelignis agitur uindemia prælis:
Vua nec in tuscis nascitur ista iugis.
Testa sed antiqui fælix siccatur opimi:
Egerit & nigros massica cella cados.
A caupone tibi fex laletana petatur:
Si plusquam decies sextiliane bibis.

Ad Procillum.

56 Hesterna tibi nocte dixeramus
Quincunces puto post decem peractos
Cœnares hodie procille mecum.
Tu factam tibi rem statim putasti
Et non sobria uerba subnotasti
Exemplo nimium periculoso.
μισω μνήμονα συμποτην πρόκιλλ

De Acerra.

57 Hesterno fetere mero qui credit acerram:
Fallitur. in lucem semper acerra bibit.

Esterna nocte: Incaluerat mero Martialis hesterna nocte: inuitauitque Procillum ad cœnam sequentis diei: Procillus uenerat cœnaturus: dimittitur: hoc epigrammate ait enim poeta nimium periculosum esse exemplum: si ebriorum uerba pondus habeant & auctoritatem. denique uersu græco ait se odisse compotorem memorem uerborũ: quæ inter pocula exciderint: notans figurate scelus tẽpoꝝ suorũ: nã poculo & uino nonnũquã extorquebant hæreditates: & testamentoꝝ falsæ signationes: qđ alibi aptius indicat. Post x. pactos quincũces: quincũx ẽ genus mẽsuræ. Peractos: exhaustos. i. postq̃ biberamus. x. quincũces. Tu factã rẽ tibi statĩ putasti. i. tu statĩ putasti eẽ factã & paratã cœnã. Verba non sobria. i. ebria. Subnotasti: tractũ a notariis: q in fidẽ & obsignationem uerba aliena scribũt. Exẽplo nimiũ periculoso. i. hoc eẽt nimiũ periculosũ exẽplũ: si quæ ab ebrio excidũt essent notãda μισω μνημονα συμπο την Procille. i. o Procille odi memorẽ compotorem: hoc est qui tenet memoria quæ medio uini calore iactantur.

Esterno: Carpit Acerram: qui semper in lucem biberet. Vnde inquit qui putat Acerram fetere mero hesterno errat: nam semper bibit in lucem.

Ama referι:Fidētinus uersibus Martialis uolebat uideri poeta: quos recitabat tāquā suos. Martialis eum monet ut eos emat ne sint sui. Iocatur alibi: Nam quod emas pos sis dicere iure tuum.

Hirurgus fuerat: Chirurgus est medicus uulnerarius. Vespillo: est ille qui effert corpora ad sepulturam: a uespere dictus: quoniam maiores ea hora sepeliebantur.

Distichon a quo sit intellectum: non uideo: ut alia multa: sed puto hunc esse uerum sē sum. Hippocrates incen/so templo Aesculapii isti/tuit medicinam quæ clini ce uocatur: ut Varro in re bus diuinis scribit. Qui e/am exercebāt clinici dice bantur. alibi Martialis: So tæ clinici filia labula: ea medicina sumpsit nomē: απο τησ κλινησ qd̄ ē le/ctus: & quoniam lectus tā cadauerum est: q̄ ægrotan tium: non inepte dicitur: qui effert cadauera clini/cus. Clinici medici erant ī maiore precio: q̄ chirurgi Diaulus prius erat chirur gus: nunc factus erat ues/pillo: iocans Martialis ait. ex chirurgo Diaulum fa/ctum esse clinicum: Sed non potuisset aliter eē cli/nicus quam elatione cada uerum: ut ridendo dicat Diaulum factum esse ues pillonem: ut se quoque cli nicum profiteatur: Nam qui efferunt cadauera cli/nici quoque possūt appel lari. Cœpit quod pote rat clinicus esse modo: qa aliter non poterat: cum ca reret doctrina medici cli/nici.

Os tibi phœbe: Encol pus puer erat Auli pu dentis centurionis. Cen turiones autem proxima dignitate primipilares creabant. Vouerat puer crines suos phœbo: cum primum domi nus factus eēt primipilaris: rogat phœbū poeta: ut auditis pueri precibus cito faciat primi pilarē Aulū pudentē: ut puer iā tenera ætate tonsus colla cādida domīo seruet & ostendat sed tamē faciat eū sero uirℽ. Ita fiet ut Aulus utat muneȓ phœbi diu & ipse etiā puer: quo niā & hic fiet stati primipilaris: ille sero uir. Ita Aulus erit diu primipilaris: puer diu mol lis. Encolpus: nomen fictū κόλποσ latine sinus. i. āplectendus. Vouet: antiqui uouebāt crines & barbā phœbo: & postea in pixide mittebant: ita egit Nero: ita Earinus apud Papi nium Aesculapio. Pudens: id est Aulus pudens. Grata premia: id est primipilatū: qđ erat uotum Encolpi pueri. Fac cito tonsum: ut Pudens fiat primipilaris. Sero uirum: id est sero adultum ut Pudens optat.

Missum: Gellia lugebat patrem tantum quum aderant testes: Martialis inquit eam non lugere sed esse studium laudis & uelle laudari. Iussæ lachrymæ: iussæ ab Gel lia. Iuuenalis: In statione paratæ quo iubeant manare loco.

Ad Fidentinum.

58 Fama refert nostros te fidentine libellos:
Non aliter populo quam recitare tuos.
Si mea uis dici: gratis tibi carmina mittam:
Si dici tua uis: hæc eme: ne mea sint.

De Diaulo medico.

59 Chirurgus fuerat: nunc est uespillo diaulus:
Cœpit quod poterat clinicus esse modo.

De Encolpo.

60 Hos tibi phœbe uouet totos a uertice crines:
Encolpus domini centurionis amor.
Grata pudens meriti tulerit cum præmia pili:
Quamprimum longas phœbe recide comas.
Dum nulla teneri sordent lanugine uultus:
Dumq; decent fusæ lactea colla iubæ:
Vtq; tuis longum dominusq; puerq; fruatur:
Muneribus: tonsum fac cito: sero uirum.

Ad Sabidium.

61 Non amo te sabidi. nec possum dicere quare:
Hoc tantum possum dicere. non amo te.

De Gellia.

62 Amissum non flet cum sola est gellia: patrem:
Si quis adest: iussæ prosiliunt lachrymæ.

Non luget quiſquis: inquit Martialis is non luget qui cupit laudari: ſed is uere luget & dolet qui luget clam & ſine teſte.

Ncuſtoditis: Accuſat Leſbiam: quod uellet ſpectari dum futueretur. Peccas: futueris. Tua furta: ſtupra: & adulteria. Tibullus: Celari uult ſua furta uenus. Latent: abſcondita ſũt. Meretrix: quæ ẽ turpior mœcha remouet ſpectãtes. Sera: qa hoſtiũ claudit. Summenii: ſummeniũ locus ĩ urbe ad circũ lupanaria: ũde meretrices dicebãt uxores ſũmenianæ. plura ĩ commentariis in Iuuenalem diximus eo loco: Et ad circum iuſſas proſtrãt puellas. Meniani autem dicebantur qui ex loco edito: quem Menianum dicebant: ſpectabant. Tranquillus: Pauci ex proximis menianis. Laide: lais nobile græciæ ſcortum: cuius coitum ob precii magnitudinẽ: Demoſthenes recuſauit: nota illa uoce: non emo tanti pœnitere: reliquis nomen dedit. Laidis autem antiquitus tumulus erat corinthi: ĩſcupta læna arietem prioribus pedibus ſuſtinente: alterum eiuſdem monumẽtum ĩ Theſſalia: quo Hippoſtratum eſt: ſecuta eius amore capta a ſiccariis patria in Siciliã abducta fuit cũ puella eẽt: capta inſula ab athenieẽ. duce Nitia diuendita corinthi: meretrices oẽs forma ſupauit. auctor Pauſanias. Chione: nomẽ meretricis a cãdore ſumptũ: nã χιον ſignificat niuem. Hæc tamen nigra erat: ut alibi Iuuenalis Et dubitas alta chionẽ deducere ſella. Monumenta: cellulæ: inſtar monumentorum: Deprehendi: in adulterio non uero te futui.

Non luget quiſquis laudari gellia quærit:
Ille dolet uere: qui ſine teſte dolet.

Ad Leſbiam.

63 Incuſtoditis & apertis leſbia ſemper:
Liminibus peccas: nec tua furta tegis.
Et plus ſpectator: quam te delectat adulter:
Nec ſunt grata tibi gaudia: ſiqua latẽt.
At meretrix abigit teſtem: ueloq; ſeraq;:
Raraq; ſummeni fornice rima patet.
A chione ſaltem: uel ab laide diſce pudorem:
Abſcondunt ſpurcas hæc monumenta lupas.
Nunquid dura tibi nimium cenſura uidetur:
Deprendi ueto te leſbia: non futui.

Ad Cornelium.

64 Verſus ſcribere me parum ſeueros
Nec quos perlegat ĩ ſchola magiſter
Corneli queris: ſed ii libelli
Tanquam cõiugibus ſuis mariti
Non poſſunt ſine mentula placere.
Quid ſi me iubeas thalaſſionem.
Verbis dicere non thalaſſionis.
Quis floralia ueſtit: & ſtolatum:
Permittit meretricibus pudorem.
Lex hæc carminibus data eſt iocoſis

Erſus ſcribere: Cornelius conquerebatur Martialem ſcribere uerſus parum ſeueros & impudicos: qui non poſſent legi in ſcholis. Parũ ſeueros: hoc eſt impudicos. hi libelli huiuſmodi quales ego ſcribo non poſſunt placere ſine pruritu. Thalaſſio: deus nuptiarum: q ita a romanis ẽ appellatus: apud græcos Hymenæus: cuius laudes canebantur uerſu laſciuo. Ait Martialis eiuſdẽ laudes non poſſe cantari: niſi uerſibus ſuis eique numini dicatis: qđ ſi iubeas me dicere Thalaſſionẽ. i. celebrare epithalamion. Florales ludi celebrabãt a nudis magna licentia: de quibus ſupra. Quis floralia ueſtit: id eſt quis petit ut ludi florales fiant a nudis: quaſi dicat nemo. Stolatum pudorem: ſtola ut Porphyrio: & Marcellus ſcribunt matronæ utebantur ad imos pedes: quam inſtita aſſuta ambibat. de matronis Papinius: Stola mixta laborat: Oratius: Sunt qui nolint tetigiſſe niſi illas: Quarum ſubſuta talos tegit inſtita ueſte. Ouidius: Ecquid ab hac omnes rigida ſubmouimus artes: Quas ſtola contingi: ſumptaque uitta uetat. Stolatum pudorem: id eſt pudorem conuenientem matronæ: ita nec tu debes aliquid præſcribere iocis meis.

Pruriant:id est libidine lasciuiant:nã pruritus libidinis proprie est. Castrare:id est auferre uerba libidinosa:nam ut priapum decet esse bene mentulatum:& non castratum in quo sola mentula est in admiratione:ita libelli huiusmodi debent habere pruritum & lasciuiam qua sola placent. Gallo priapo.i.castrato:nam galli sacerdotes erant castrati.

I Lucane tibi:laudat amorem Lucani & Tulli fratrum : qué anteponit amicitiæ Pollucis & Castoris. Castor & Pollux interierũt:cum Lynceus & Idas spartam oppugnarent. Alii scribunt Castorem tantum extinctum ĩ bello lacedæmoniorũ aduersus athenienses. Aliam fabulam tangit Ouidius ĩ fastis. Illud autem Homero auctore iter omnes conuenit:Pollucé concessisse uitam dimidiam frĩ mortuo:ut alternis diebus uiuerent:ut alii tradunt:ut senis mensibus uicissĩ:Hyginius quod scribit Castoris & Pollucis sydera alternis diebus lucere. Lædæi:Castor & Pollux filii Lædæ quæ lacæna fuit.

Entris onus:Aureo uase usos eé romanos nõ tã frequens est historia:q̃ argenteo. Conqueriť eni Plinius fœmĩas lauari uase argéteo:& eandé metalli materié seruire cibis & sordibus. Messala autem orator scribit Antonium aureis uasis ad probra etiam usum eé. Bassa purgabat uentré:& demittebat aluũ uase aureo:& uitreo bibebat. Iocať Martialis:& carpit Bassá carius cacař q̃ bibere. Onus uétris.i.stercus. Misero auro:qa stercori seruiebat.

Vé recitas:Fidẽtinus recitabat uersus Martialis:sed cũ recitabat ꝓpter raucitatem:& qđ male recitabat incipiebant esse eius uersus:& libellus:quoniam ipse malos solebat facere.

I quis erit:Laudat Decianum de quo supra. Doctus artibus Cecropiæ & latiæ Mineruæ:id est doctus artibus græcis & latinis. Ore arcano:qui clá precanť deos mala imprecantur. Persius:Dic clare ut audiat hospes. Dispereã:adiurantis est.

Vi ducis uultus:In inuidũ:cui imprecatur ut nunquam inuidiæ causa desit. Idé ĩprecatur Ouidius in ibide. Inuideat nemo tibi:ná cui nemo inuidet:is miserrimus est.

Nec possunt nisi pruriant iuuare.
Quare deposita seueritate
Parcas lusibus & iocis rogamus.
Nec castrare uelis meos libellos:
Gallo turpius est nihil priapo.

Ad Lucanum & Tullium.

65 Si Lucane tibi:uel si tibi tulle darentur
Qualia ledæi fata lacones habent.
Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus:
Quod pro fratre mori uellet uterq; prior.
Diceret infernas si quis prior isset ad umbras:
Viue tuo frater tempore:uiue meo.

Bd Bassam.

66 Vẽtris onus misero:nec te pudet:excipis auro:
Bassa bibis uitro:carius ergo cacas.

Ad Fidentinum.

67 Quem recitas meus est o fidentine libellus:
Sed male cum recitas:incipit esse tuus.

Ad Decianum.

68 Si quis erit raros inter numerandus amicos:
Quales prisca fides famaq; nouit auos.
Si quis cecropiæ madidus latiæq; mineruæ
Artibus & uera simplicitate bonus.
Si quis erit recti custos:imitator honesti:
Et nihil arcano qui roget ore deos.
Si quis erit magnæ subnixus robore mentis:
Dispeream:si non hic decianus erit.

Ad Liuidum.

69 Qui ducis uultus & non legis ista libenter:
Omnibus inuideas Liuide:nemo tibi.

In Cecilium.

70 Vrbanus tibi cecili uideris.
Non es: crede mihi: quid ergo? uerna es.
Hoc quod trāstiberinus ambulator
Qui pallentia sulphurata fractis
Permutat uitreis: quod ociosæ
Vendit qui madidum cicer coronæ.
Quod custos dominusq; uiperarum:
Quod uiles pueri salariorum.
Quod fumantia qui tomacla raucis
Circunfert tepidis cocus popinis
Quod non optimus urbicus poeta.
Quod de gadibus improbus magister.
Quod bucca est uetuli loquax cinædi.
Quare desine iam tibi uideri:
Quod soli tibi cecili uideris.
Qui galbam salibus tuis & ipsum
Posses uincere Sestium caballum.
Non cuicunq; datum est habere nasum
Ludit qui stolida procacitate
Non ē Sestius ille: sed caballus.

Rbanus nimium. Cecilium qui urbanus uolebat uideri insulsis iocis carpit. ostendit que quidem iocari: sed non urbanius quam qui seruili dicacitate ludunt: quare non debet is sibi uideri quod ipsi soli uidetur & aliis minime. Vrbani dicuntur faceti ciuili ioco ab urbe. Ambulator: nam uiliores personæ transtiberim habitabant. Verna ambulator transtiberinus: Manlius Verna: Scurra transtiberinus fuit: auctore Porphyrione: ut accipias uerna pro cognomine: sed magis placet distinguas & dicas. Verna es: similis uernæ: ut alibi. Vernaculorum dicta sordidū dentem: Et fœda linguæ probra circulatricis. In quo aduertendum quod dixit hic ambulatorem dixisse illic circulatricem: nam uernæ solent scurriliter iocari. Sulphurata uasa: de huius permutatione meminit Iuuenalis: Et iam rupto poscentem sulphura uitro: nam qd nonnulli de glutinio in uersū Iuuenalis aiunt falsum ē. & Papinius. Quique cōminutis commutat uitreis gregale sulphur. Cicer: de lupino potes intelligere. q aqua calida madidus uendebatur: quod genus leguminis & pueris & ociosis emitur. Coronæ: multitudini. Salarii: dicuntur qui salsamēta uendunt. Tomacla: pro tomacula. Iuuenalis: Candiduli diuina tomacula porci. Dicuntur a frequenti incisione: nā τεμω significat incido. Hoc genus cibi seruile habebat. In luxu autem ex porcis: erant abdomina: testiculi uuluæ. Sincipitia uerna: quæ censoriis legibus aliquando fuerunt interdicta. Magister: id est mango gaditanarum puellarum. Alibi: Nec de gadibus improbis puellæ uibrabant sine fine prurientes Lasciuo docili tremore lumbos. Harum etiam meminit Papinius in saturnalibus.

Dicax uetuli: id est exoleti. Nam exoleti dicatiores esse solent actæ ætatis impudētia.

Galbam: Galba temporibus Augusti urbanitate cum Sarmento certauit: Sarmenti Oratius in satyra: & Plutarcus in Antonio meminerīt scurræ ambo erant. Alibi: Ille suo felix Cæsare Galba. Iuuenalis. Quod nec sarmentus iniquas Cæsaris ad mensas nec uilis Galba tulisset. Caballus: scurra peritissimus fuit: gratusque iocorum urbanitate. hi tamen scilicet Galba & Tectius Caballus scurrilitate potius quam dignitate urbanitatis placuerunt. Nasum: ad iudicandum. Stolida procacitate: ille qui impudenter iocatur non est Tectius: sed Caballus: alludit cum nomie Caballi: Brutumque hic accipit

Tectius: ita habet codex antiquus. Testius alii. Afferreque posse uidentur illud Iuuenalis: Quamuis iurato metuam tibi credere testi. Nam Testius Trebius is est dictus: alii legunt testi ut sit dandi. Testii præterea oratoris meminit Eusebius.

Da Portia.

71 Coniugis audiſſet fatum cum portia bruti
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor.
Non dum ſcitis ait mortem non poſſe negari
Crediderā ſatis hoc uos docuiſſe patrem.
Dixit: & ardentes auido bibit ore fauillas.
I nunc & ferrum turba moleſta nega.

In Mancinum.

72 Bis tibi triceni fuimus mancine uocati:
Et poſitum eſt nobis nil here: præter aprum.
Non quæ de tardis ſeruantur uitibus uuæ
Dulcibus aut certant: quæ melimella fauis.
Non pira: quæ lenta pendent religata geneſta:
Aut imitata breues punica mala roſas.
Ruſtica lactātes nec miſit fiſcina metas:
Nec de picenis uenit oliua cadis.
Nudus aper ſed: & hic minimus: qualiſq; necari
A non armato pumilione poteſt.

Oniugis audiſſet: Portia uxor Bruti: qui Cæſarē interfecit filia Catonis audita morte uiri Bruti: popoſcit ferrum ut ſibi mortem conſciſceret: quod cum ab amicis prohiberetur: ipſa clam ſumptis carbonibus: & obſtructo ore extīcta eſt. hoc genus mortis tradiderunt: auctore Plutarco Nicolaus philoſophus: & Valerius: quāuis alii aliter mortuā ſcribant: & īuſitatum leti genus carmine proſequitur poeta. Bruti: qui cecidit in Philippicis. Mortē non poſſe negari: cuipiā. Idem dixit Cato pater huius moriturus. ſi caput inquit parieti illiſero: aut ſpiritum præcluſero: facile mori poſſum. Et docuit: quoniam deceptis cuſtodibus ſe interemit. E docuiſſe hoc: ſcilicet mortem non poſſe negari alicui. Nunc: deridet Martialis eos qui putant tantū poſſe mori ferro.

Is tibi triceni: Mancinus. lx. conuiuas ī hoſpitali oſtētatione eluſit. nam his uocatis aprū appoſuit nullo alio ferculorum generē addito: neque quicquam inde diſtribuit: ait Martialis: qui inter conuiuas fuerat: ſpectatū aprum fuiſſe in menſa: ut in harena ſolet ſpectari. nam & harenæ ſpectatores: præter oculorum uoluptatem nihil ex feris habēt. Imprecatur igitur ne ipſi unquam aper apponatur: ſed ipſe apponatur tali apro: a quali fuit laniatus Caridemus. Here: antique ꝑ heri. Vuæ duracinæ: quæ a duricie acini dictæ ſunt. hæ ut Columella & Plinius docent: aut ſuſpēſæ aſſeruantur: aut ollis conditæ uinaceis circunfumantibus. De his in diſtichis: Non utilis cyathis & inutilis uua lyæo: Sed non potanti me tibi nectar ero. Melimella: poma quædam muſtea dicebantur: q; celeriter miteſcerent. Eadem nouiſſimis temporibus dicta ſūt melimella a mellis ſapore. Certant fauis: ſapore & dulcedine. Non pira: pira ampullacea potes intelligere. nam hæc optime ſeruabantur. Longa religata geneſta: id eſt longis uinculis. Geneſta: geneſta uirgulta dicuntur: unde pendentes fructus ſeruabantur. ut hic. Punica mala: id eſt granata mala. Imitata breues roſas: quæ cito occidunt. uel breues: quoniam minores roſæ maioris coloris ſunt. an a ſimilitudine magis: quia ut roſæ erumpunt ex foliis: ita mala punica: quæ optima ſunt: cum miteſcunt aperiuntur. Fiſcina a ferendo dicta eſt: ut placet Varroni. notum inſtrumentum. Meta: pro lacte coagulato accepit a forma: ut puto metarum: nam meta in ludis inſtar rotundæ columnæ ſurgebat: in quam ſpeciem lac coagulatum mitti uidemus. Oliua de cadis picenis: picenæ oliuæ & ſidicinæ cibis optime ſeruabantur: tamen tranſmarinæ præſtant. In diſtichis: Hæc quæ picenis uenit ſubducta trapetis: Incohat atque eadem finit oliua dapes. Nudus aper: aper menſis romanis appoſitus eſt exemplo Rulli: qui primus aprum integrum dedit conuiuis: pater Rulli fuit: in quem inuectus Cicero pro lege agraria. Iuuenalis: Quāta eſt gula: quæ ſibi totos ponit apros. Poſtea & bini & terni onerarunt menſas. Nudus: ſine aliis rebus. Pumilione: nanos græci: latini dixerunt pumiliones. Pumiliones nani dicuntur in delitias romanorum: quorum pugnam edidit Domitianus in ſpectaculis. Papinius in ſaturnalibus: Hic audax ſubit ordo pumilionum.

Inde datum: ex apro quia tantum est appositũ. Talia facta.i.tale scelus. Caridemus damnatus a Domitiano: dentibus apri discerptus est.

Asciuos: iocaẽ cũ stella: ait enim si multis uersibus & paucis scripsi lusus leonum: & idẽ bis feci: potes me punire ut apponas mihi bis leporẽ. Maior charta.i. multa carmina. Bis idẽ: repetitis epigrãmatibus: nã hoc argumento sæpe scripserat.

Dita ne breuibus: Breuibus libellis.i. paucis carmibus. nã liber paucorũ uersuũ facile interit. Dicaẽ potius τον Δαπαμειβόμενοσ certum ĩquit est non modo bis eadẽ scribere: aliis uersibus queãdmodũ feci de lepore: sed etiã uti iisdem uersibus si opus fuerit: ut Homerus inculcat. τον Δαπαμειβομεν οσ decretum mihi est agere hoc ut iustã & integram libri magnitudinẽ absoluã in quẽ ferme sensũ: illud distichon exiit: sunt bona &.c. puto hos duos uersus debere hærere superioribus τον Δαπαμειβομεν οσ significat huic autem respondens: qđ Virgilius interpretatus: quẽ contra.

Vm dicis propero. Edili cinædi consilium & morem reprehẽdit: & impudentiam: qui ĩ coitu iubebat pædiconem properare: consulit Martialis si cito cupit absolui rẽ hortetur potius ne properet: quia ita peraget uelocius. Languet: cadit mẽtula. Propero: id est habeo negocium. Fac si facis: uerba Edili increpantis frigidum pædiconem .i. si uis facer̃ fac & ꝑpera.

Ictibus his tauros. domitores leonum non potuere tauros: & lepores eunt & redeunt libere.

Hoste: ex or̃ leonis. Nec nihil .i. aliquid refert ex nobilitate leonis: cũ celerior inde exeat. nam uidetur inde sumpsisse uires.

Sola harena: ubi non sũt feræ. Fide: securitate & numĩe.i. non ẽ tutior ĩ cauea ubi seruabaẽ q̃ ĩ ore leoĩs: qđ cũ mirꝵ sit dedit acumẽ uersui.

IR Celtiberis. Licianum uirum celtiberum proficiscentem in hispaniam: tedioque urbis se referentem ad ocium carmine prosequitur trimetro iambico: & dimetro: repetitaque locorũ illorꝵ amœnitate fastus urbanos accusat & ꝓbat Liciani consiliũ. Non tacende.i. celebrãde a me: q celtiber sũ: & a tuis popularibus. Nostræ: patriæ Hispaniæ.

Et nihil inde datum est: tantum spectauimus oẽs
Ponere aprum nobis: sic & harena solet.
Ponatur tibi nullus aper post talia facta
Sed tu ponaris cui caridemus: apro.

Ad Stellam.

73 Lasciuos leporum cursus: lususq; leonum
Quod maior nobis charta: minorq; gerit.
Et bis idem facimus nimium si stella uidetur
Hoc tibi: bis leporem tu quoq; pone mihi.

De Libro suo.

74 Edita ne breuibus pereat mihi charta libellis
Dicatur potius τον Δαπαμειβομενοσ.

Ad Edilum.

75 Cum dicis propero: fac si facis edile: languet
Protinus: & cessat debilitata uenus.
Expectare iube. uelocius ibo retentus.
Edile si properas dic mihi ne properem.

De Leone & lepore.

76 Rictibus his tauros non eripuere magistri:
Per quos præda fugax itq; reditq; lepus.
Quodq; magis mirum: uelocior exit ab hoste:
Nec nihil a tanta nobilitate refert.
Tutior in sola non est: cum currit harena
Nec caueæ tanta conditur ille fide.
Si uitare canum morsus lepus improbe quæris
Ad quæ confugias ora leonis habes.

Ad licianum de hispaniæ locis.

77 Vir çeltiberis non tacende gentibus
Nostræq; laus hispaniæ.

L L

Bilbilim altã: edito loco conditã & bellicosam. Sacrũ uada: habentẽ aquas sacras & multas. Veronem: fluuium. Vero fluuius est celtiberiæ ut Ptholomeus: & uerones populi: ut Strabo. Inepti homines legerunt uadauero coniuncta dictione: quum duo sint. Vade nota significatione: & Vero fluuius. Effractis niuibus. i. deliquatis niuibus. Botrodum oppidum est pascuis & siluis amœnũ. Pomona: dea fructuũ ꝑpter ubertatem pomorum quæ illic sunt. Tepida lene cogedi uada: Lene leniter. Cogedus flu. Remissum corpus. i. resolutum. Salone: salo fluuius est cuius tẽperatũ ferrum optimum est. Corpus relaxatur aquis calidis: frigidis astringitur. Voberta: silua & uilla. Franges: arcebis. Ilece: fons nobilis nomine prouinciæ: unde portus illecetanus. Nemeta: fons q frigiditate superat niues. Mugiet: insonabit. Tarraco: nobile oppidum est uino & præstantia uirorum: portu tamẽ caret. Laletania: prouintia est corrupto uerbo apud Strabonem. Apros uernas: natos illic & ante ianuá. Rumpes: superabis laxando equo. Forti: idest ueloci. Lunata nusquá pellis: idest nusquam uidebis nobiles: nam calceis lunatis utebantur nobiles. Iuuenalis: Nobilis & generosus: Appositam nigræ lunam subtexit alutæ Formam autem lunæ gestabant nobiles: ut Castor scribit: Indicantes post mortem lunam fore sub pedibus: præterea multæ causæ afferuntur: sed hæc maxime placet: quá Plutarchus exponit in quæstionibus ꝙ scilicet fuerit id institutum Euandri & arcadum: qui cum a luna se oriundos dicant: & lunares appellentur: ortum indicant calcei figura: quem morem nobiliores romani secuti sunt: declarantes se ab Euandro recta stirpe oriundos. Liburnum: genus uehiculi erat: & præco Liburnus: hic pro præcone. Iuuenalis: Primus clamáte Liburno Currite iã sedit: rapta ꝑperabat abolla. Cliens querulus: qa semp queruntᷓ clientes.

Videbis altam liciniane bilbilim
　Equis & armis nobilem.
Sterilemq; canum niuibus effractis sacrum
　Vada ueronem montibus.
Et delicati dulce boterdi nemus
　Pomona quod felix amat.
Tepida natabis lene congedi uada
　Mollesque nympharum lacus.
Quibus remissum corpus astringens breui
　Salone qui ferrum gelat.
Præstabit illic ipsa figendas prope
　Voberca prandenti feras.
Aestus serenos aureo franges tago
　Obscurus umbris arborum.
Auidam rigens dircenna placabit sitim
　Et nemeta quæ uincit niues.
At cum december canus & bruma impotens
　Aquilone rauco mugiet.
Aprica repetes tarraconis littora
　Tuamq; laletaneam.
Ibi illigatas mollibus damas plagis
　Mactabis & uernas apros.
Leporemq; forti callidum rumpes equo
　Ceruos relinques uillico.
Vicina in ipsum silua descendet focum
　Infante cinctus sordido.
Vocabitur uenator: & ueniet tibi
　Conuiua clamatus prope.
Lunata nusquam pellis: & nusquam toga
　Olidæque uestes murice.
Procul horridus liburnus & querulus cliens
　Imperia uiduarum procul.

Pallidus: timore. Mercetur. i. emat alius laudem & ſapiētiā. Miſerere felicium. i. iſtorū qui ſe putant felices. Surra: cauſidicus fuit: & amicus Martialis. Palphurius Surra diceba tur cuius meminit Tranquillus in uita Domitiani: & Plinius in epiſtolis: & Martialis alibi non īpudēter: ſēſus ē non īmerito ociū debet ſuas ptes uēdicar̄: cū fama ſuas ptes ē aſſecu ta: & ita laud at Licianum: qui cum ſit famam aſſecutus: merito ocium & quietem petit.

I tibi miſtyllus: Aemilianus coquum ſuum appellauerat Miſtyllum a μιςυλλω quod ē tenuiter īcido. Verſus ē Homeri in iliade: cuius initium eſt μιςυλλον ταρατάλλα: quē locum ita trāſtulit Virgilius: Pars in fruſta ſecant. Alludens igit̄ ad initiū carmīs Homerici ait ſi tu appellas coquum Miſtylon: ego deinceps appellabo Taratalla: quod ī carmine ſequitur. ſecabant autem alia: hoc ē ſecabāt ī fruſta alia: ſed iocus eſt ex uoce dictionum Homeri: qa ita ſubſequūtur Miſtylon Taratalla: In iliade & odyſſea idem eſt carmen.

Non rumpet altum pallidus ſomnum reus:
Sed mane totum dormies.
Mercetur alius grande & inſanum ſophos
Miſerere tu felicium.
Veroque fruere non ſuperbus gaudio
Dum ſurra laudatur tuus.
Non impudenter uita: quod reliquum eſt petit
Quam fama: quod ſatis eſt: habet.

Iocus ex homero in cocum.

Si tibi miſtyllus cocus æmiliane uocatur
Dicetur quare nō taratalla mihi.

On facit: De lepore iterum: ambitioſe q quæris laudē ex pugna & fuga cum leone. Non facit: non conuēit & placet. Niſi prima. i. maxima. Ingētis fati. i. mortis a leone.

Ad Leporem.

Non facit ad ſæuos ceruix niſi prima leones
Quid fugis hos dētes ambitioſe lepus?
Scilicet a magnis ad te deſcēdere tauris
Et quæ non cernunt: frangere colla uelint.
Deſperanda tibi eſt ingentis gloria fati
Non potes hoc tenuis præda ſub hoſte mori.

Ommēdo: Ad Quītianum conqueritur de recitatione ſuorū carminū qua Fidētinus uolebat uideri poeta: quem appellat plagiarium qui liberos libellos: & emiſſos pro ſuis tanq̄ ſeruos uendat. Plagiarius: ē qui hominem liberum pro ſeruo uendit: cuius rei pœna erat ſācita lege fania. Præſtes: defēdas & tueraris: eſt uerbū legis. Plagiarius: qui liberos libellos a nobis manu miſſos pro ſuis tenet: & q̄ſi in ſeruitutem trahit.

Quintianum facit aſſertorem.

Commendo tibi quintiane noſtros
Noſtros dicere ſi tamen libellos.
Poſſum quos recitat tuus poeta.
Si de ſeruitio graui querūntur:
Aſſertor uenias: ſatiſque præſtes.
Et cum ſe dominum uocabit ille:
Dicas eſſe meos: manuque miſſos.
Hoc ſi terq; quaterque clamitaris:
Impones plagiario pudorem.

Ad Fidentinum.

Vna eſt in noſtris tua fidentine libellis

Na eſt in noſtris: Fidentinus inſertis carminibus Martialis uerſus edebat: uolebatque uidri poeta: ut ſupra. Ait autem poeta dignoſci uerſus Fidentini: peioreſque uideri uicinitate carminis Martialis: quod per multas ſimilitudines et exēpla oſtēdit.

Signata:quasi stigmate. Domini:quia uersus tui cognoscuntur iter meos: nam peiores sunt:tractum ab opificibus:quorum opera signo impresso dominum profitentur. Traducit:accusat. Bardocucullus:uestis erat gallica grossioris fili facta: compositione ex bardis.qui poetæ sunt gallicani:& cucullo.Cucullus enim uestis grossior capiti etiam tegendo apta.Bardi item dicuntur stulti apud gallos:ut possit accipere bardocucullum uestem gallicam fuisse plebis:& uiliorum hominum:ut in distichis:Gallia sanctonico uestit te bardocucullo: Cercopithecorū penula nuper erat. Lyngonicus:gallicus. nam lyngones sunt populi galliæ.

Tyrianthinæ: uestes preciosissimi erant coloris: compositum est a tyriis: quæ purpureæ erāt: & ianthinus. Ianthinæ autē dicebantur uiolaceæ:ut uno uerbo dixerit Martialis tyrianthinas: quas Plinius purpura uiolacea tinctas scribit. Vrbica tyrianthina.i.urbanas uestes. Aretinæ testæ:aretium in italia testis:Surrentum calicibus terram aptā habebāt: ut Samus uasis cibariis: auctor est Pli. Alibi in distichis:Aretia nimis ne spernas uasa monemus. Lætus erat tuscis porsena fictilibus. Sic: ridetur ut derideantur tua carmina inter mea. Caister:fluuius asiæ qui multas aues deferens præter asiam paludem labitur: & ephesum abluit: Illic multi sunt cygni. Virgi. Atque asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata caistri.

Pagina: sed certa domini signata figura:
Quæ tua traducit manifesto carmina furto.
Sic interposito uilis contaminat unco
Vrbica ligonicus tyrianthina bardocucullus.
Sic arretinæ uiolant crystalina teste:
Sic niger in ripis errat cum forte caystri:
Inter ledæos ridetur coruus olores:
Sic ubi multisona feruet sacer atthide lucus:
Improba cecropias offendit pica querelas:
Indice non opus est nostris nec uindice libris
Stat contra: dicitq; tibi tua pagina: fur es.

De amicorum iudicio.

81 Si quid fusce uacas adhuc amari:
Nam sunt hinc tibi sunt & hinc amici:
Vnum: si superest: locum rogamus
Nec me quod tibi sum nouus recuses.
Omnes hoc ueteres tui fuerunt.
Tu tantum inspice qui nouus paratur
An possit fieri uetus sodalis.

Lædæos olores: lædæos quoniam Iuppiter in forma cygni cum Læda concubuit: Papinius amiclæos dixit. Amiclæos ad frena citauit olores. Querelas cecropias:Philomelæ lugentis filium. Atthide Philomela:quæ attica & tragœdia est apud græcos Philochori: cuius meminit Macrobius: ea complexa Philomelæ fabulam Atthis inscribitur: hoc est Philomela filia Pandionis atheniensis. Feruet: celebratur. Indice: tu non eges accusatore aliquo: quoniam uersus tui coniuncti meis indicant te furem. Index: conscius rei socios accusat:atque id clam: accipitur non nunq̄ pro delatore. Vindice: uindices qui uindicant idest asserunt aliquem e seruitute: ut hic de carmine quod Fidentinus pro suo possidebat: quum esset liberum: unde supra Plagiarius est dictus.

I quid fusce. Puto ad Cornelium Fuscum hoc scriptum epigramma: qui prefectus cohortium prætoriarum in dacis occubuit: magna erat apud Domitianum auctoritate. alibi: Ille sacri lateris custos: martisque togati. & Iuuenalis: Qui uulturibus seruabat uiscera dacis Fuscus. Hunc rogat ut se ascribat numero suorum amicorum: neque aspernetur quāuis nouus sit: nam in parando amico inspiciendum est non an sit nouus: sed an fieri possit uetus amicus: hoc est an sit permāsurus in fide: quasi uelit indicare multos qui Fuscum amare uidebantur sequi fortunam potius q̄ officium. Vnum locum in amicicia: in tanta amicorum multitudine. Si qua parte uacas amari idest si in aliqua parte tibi locus uacuus est ut ameris & a me. Hoc: quia.s. noui fuerunt.

Ota tui: Fastus urbanos damnat laudansque ocium: infelicesque putat: qui urbis tedia possunt ferre. Fronto: huius meminit Tacitus: quem non modo Domitiãi temporibus: sed & Neronis fuisse testatur: & apud Iuuenalem: Frontonius platani. Clarũ militiæ & togæ. i. Fronto uir præclarus & domi & foris. Vota hæc sunt: optat habere rus paruum quod ipse amet. Iuuenalis: Viue bidentis amans & culti uillicus horti. Ocia sordida: carentia luxu & splendore. Frigora saxi spartani. i. ædes potentiorũ ornatas marmor̃ laconico quod & præciosissimum & uiriditate cũctis Hilarius scribit Plinius. Picta: nã uena perinde ac pictura distiguitur.

Marmur laconicum: uel certe quoniam cum phrygio coniũgebatur ad colorum & picturæ uarietaté. Papinius: Vixque locum eurotæ uiridi quũ regula longa Sinada distinctá uariat. Et Pli. xxxv. na. hist. scribit inuentum etiá esse ut marmora pingerétur: de quo is loquit̃ poeta ita itelligens de omnibus ædibus potentiorum: potes & de porticu Octauiæ intelligere: in qua Batracus & Saurus lacones tépla struxerunt magna spe: & eorũ nominibus porticus dicaretur: quod non sunt assecuti: sed tamen se artifices fuisse declarantes ranam & lacertá in epistolis sculpserunt: ut rana græce Batracum indicaret. At lacerta Saurum. Aue. i. summo mane salutat: nam romãi sũmo mane salutabátur a clientibus: & uilioribus personis. Iuuenalis: Sollicitus ne Tota salutatrix iá turba peregerit orbem. Quisq̃: est ne aliqs qui hæc præferat idest domos frigidissimas marmoribus. Cui licet. i. q potest. Cado rubro a colore testæ: & cadi in distichis: si spumet rubra conchis tibi pallida testa. Pinguis: sine curis. Inæquales mensas sine ordine. Et cui nos emptus cinis. i. focus non emptus: nam ligna emebantur: ut Iuuenalis meminit: Et panis fumusque domi. Albus: sollicitus & anxius. Alibi timentem & anxium album dixit.

Ad Frontonem de uoto uitæ suæ.

82 Vota tui breuiter si uis cognoscere marci
Clarum militiæ fronto togæq; decus.
Hoc petit esse sui nec magni ruris arator:
Sordidaq; in paruis otia rebus amat.
Quisquam picta colit spartani frigora saxi
Et matutinum portat ineptus aue.
Cui licet exigui nemoris rurisq; beati
Ante focum plenas explicuisse plagas.
Et piscem tremula salientem ducere seta:
Flauaq; de rubro promere mella cado.
Pinguis inæquales onerat cui uillica mensas:
Et sua non emptus præparat oua cinis.
Non amet hanc uitam: quisquis me non amat: opto
Viuat & urbanis albus in officiis.

Ad Cauponem.

83 Continuis uexata madet uindemia nimbis.
Non potes ut cuperes uendere caupo merum.

Ad Flaccum qualem puellam.

84 Qualem flacce uelim quæris: nolim ue puellam:
Nolo nimis facilem: difficilemq; nimis.
Illud quod medium est: atq; inter utrũq; probamus.
Nec uolo quod cruciat: nec uolo quod satiat.

Ontinuis: Hoc epigráma scribit autũnali tpe íter multos ĩbres iocás: ait. n. uinũ ita iá mixtũ eé: ut caupo q nũq̃ uédit me℞: sed sẽp miscet ét si uelit non possit me℞. i. purũ uẽdere exponas ipse. Vt cupes. i. ét si cupes: ut alibi idé ut uelit. i. si ét uelit: uel qđ magis placet hoc distichon dr̃ í cauponé rauenanté: í qué alibi Callidus imposuit nup mihi caupo rauénæ. Cũ peterem mixtũ uendidit ille me℞. & subiiciatur hoc distichon post illud: & insultet poeta cauponi: qui iam non poterit uendere merum ut cuperet.

Valem: Laudat mediocritatem. uult. n. puellam quæ non sit nimis facilis nec nimis difficilis. Cruciet: negando idest retinendo me.

Ilia pro puero: In phœbum draucum: qui conductus ad hispidos rem fecerat: nuper emerat magno precio puerꝝ: quē Martialis ob æstiationis magnitudinē non ausus est mercari. Mangones: custodes & uenditores puerorum a græcis hippocomi ab equis tantum ornandis nos mangones a manu & ago: id enim est polire: quod & rbus oibus conuenit: & mangones faciunt: ut carius uendant. Plato in gorgia & Quint. auctor est unde mangonisare expolire dicimus: & proprie in rebus quas uēdibiliores facere uolumus. Plinius fundum mangonisatū dixit: & Varro piscias. Sed Phœbus: & Phœbi cuiusdā liberti mēinit Tacitus: sed alius hic est. Hoc ꝙ non emerim. Secū: tacite conqueritur. In inuidiā meam. i. meū contemptū & odium. uerba Martialis ad mentulam. Da tu hoc ut acquiram .xx. sestertia opa tua: ut ego pluris emā ꝙ non erat bene mentulatus poeta. Alibi iā scio me nudum displicuisse tibi.

De pueri pretio.

85 Milia pro puero centum me mango poposcit.
Risi ego: sed phœbus protinus illa dedit.
Hoc dolet & querit: dolet hoc mea mentula meum.
Laudaturq; meam phœbus in inuidiā.
Sed sestertiolum donauit mentula phœbo
Bis decies: hoc da tu mihi: pluris emam.

Ad Flaccum de sportula.

86 Dat baiana mihi quadrantes sportula centū.
Inter delicias quid facit ista fames.
Redde lupi nobis: tenebrosaque balnea grilli:
Tam male cum cœnē: cur bene flacce lauor?

De Lepore & leone.

87 Intres ampla licet torui lepus ora leonis:
Esse tamē uacuo se leo dente putat.
Quod ruet in tergum: uel quos ꝓcumbet in armos:
Alta iuuēcorum uulnera figet ubi?
Quid frustra nemorum dominum regemq; fatigas?
Nō nisi delecta pascitur ille fera.

Ad Licinianum scriptores unde.

88 Verona docti syllabas amat uatis.
Marone felix mantua est

At baiana: Dabantur sportulæ a diuitibus cum aliis clientibus: tum his qui una lauabant quas sustulit Domitianus: & iussit non sportulā cliētibus: sed cœnam eadem mensa dari. Suetonius de Domitiano: Sportulā publicā sustulit reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Nero autem sublatis cœnis olim sportulam instituerat: sed scribente hic poeta nondū Domitianus eas sustulerat: sportula hæc ex balneis .c. q̄drantes. Sublatis sportulis balneorum clamat Martialis præ læticia: Cētum miselli iā ualete quadrantes Anteambulonis congiarium lassi Quos balneator diuidebat Elixus Regis superbi sportulæ recesserunt. Sportula baiana idest sportula quæ in balneis dabatur. Baiana: quasi optima lauatione. Nam baiis optime aquæ ad lauandum. Ista fames idest centum quadrātes & parua ista sportula: quæ me non satiat esurientem. Inter delicias idest inter delicatas lauationes. Lupus & Grillus balnea hēbāt meritoria & publica paupibus accommodata.

Ntres ampla: Vacuo dente: quia nihil haberet intra dentes: tu neque armos neque tergum habes in quæ ruat. Vbi figet uulnera iuuencorum: idest quæ solet figere in iuuencis & tauris.

Erona: Trimeter & dimeter iambicus. Assignat suam patriā poetis: ut Caniū: Decianū: Licianū: & se hispāos celebret. Docti uatis: Catulli. Syllabas: nūeros & uersus. Catullus Veronæ natus ē: ut Eusebius. Ipse tamē dicit sermionē penisulā lacus bēaci ī agro ueronēsi eē sibi pṗiā. Virgilius natus ī ādeuico: ut Eusebius testat̃ iuxta mātuā. Vnde emendauimus deprauatū Silii carmē ī octauo: Mātua musaꝝ domus: atque ad sidera cātu Eueсta ādio. nā achiuo & aonio mēdose erat scriptū: ꝓ ādio: ita. n. carmē uirgilianū ādinū dixit Silius ab āde pṗia poetæ ut Virgilius chalcidicū Euphorionis: & siculū Theocriti cecis

Aponum: locus iuxta patauium ubi nunc balnea: meminit Hostius Claudianus. Censetur: in precio est: nam qui erant in censu nobiles: qui non ignobiles: unde censeri in precio esse. Stella: non parthenopeus ut quidã male interpretati Papiniũ aiunt: sed patauinus poeta fuit: nam uersus de neapoli ad uiolantillam refert Papinius queẽadmodũ docuimus cum siluas interpretaremur At te. i. uiolantilla nascentem gremio mea prima recepit Parthenope. Flacco: Valerio flacco. alibi: Flacce ãtenorei spes & alũne laris. Apollodori. vi. fuerunt: primus atheniensis comicus: alter gelous: cuius comœdiæ erant Philadelphi: Sysyphus: Tertius tarsẽsis tragicus. Quartus atheniensis item grammaticus discipulus Aristarchi. Quintus pergameũs rhetor præceptor Calidii & hic Augusti. & sit sextus quem nominat Martialis Naso: natus ĩ pelignis. Nasonis item meminit alterius Cor. Tacitus: Emerita: Augusta dicebat̃ oppidũ hispãiæ. Bilbilis: ciuitas ĩ celtiberia patria Martialis

Censetur apona liuio suo tellus.
Stellaque nec flacco minus.
Appollodoro plaudit imbrifer nilus.
Nasone peligni sonant.
Duosque senecas: unicũque lucanum
Facunda loquitur corduba.
Gaudent iocosæ canio suo gades.
Emerita deciano meo.
Te liciniane gloriabitur nostra.
Nec me tacebit bilbilis.

De Leuina casta & ad baias adultera.

89 Casta nec antiquis cedens leuina sabinis:
Et quãuis tetrico tristior ipsa uiro.
Dum modo lucrino: modo se permittit auerno:
Et dum baianis sæpe fouetur aquis.
Incidit in flammas: iuuenemque secuta relicto
Coniuge: penelope uenit: abit helene.

Ad Celerem.

90 Vt recitem tibi nostra rogas epigrammata: nolo.
Non audire celer: sed recitare cupis.

Ad sabullam ambitiosam in laude.

91 Bella es: nouimus: & puella: uerum est.
Et diues. quis enim potest negare?
Sed dum te nimium fabulla laudas:
Nec diues: neque bella: nec puella es.

Ad Cecilianum de. g. &. d. ficus.

92 Cum dixi ficos rides quasi barbara uerba:
Et dici ficus ceciliane iubes.
Dicemus ficus quas scimus in arbore nasci
Dicemus ficos ceciliane tuos.

Aasta nec: Leuina uenerat castissima uxor sed dũ uagat̃ modo bais: modo ad lucrinũ: ĩ adulteri amorẽ incidit: quẽ secuta est relicto coniuge: ait ergo poeta Leuinam uenisse castissimã: sed abiisse meretricẽ: atque ita ridet urbis mores: quos satyra insectatur Iuuenalis ubi ait: Et rusticã mulierem theatralibus ludis facile corrũpi posse: Sabinæ & patauinæ mulieres habitæ sũt exempla castitatis. de patauinis Plinius in epistolis. Penelope: uxor Vlyxis: quæ castissima: cuius pudicicia a procis non potuit corrũpi Helena: meretrix.

Cætera duo epigrãmata sunt clara de se.

Vm dixi ficos. Ostendit ficum duo significare & morbum: qui nascitur ex nimio pruritu: & fructum: sed tantum genere differre: quoniam pro fructu sit generis fœminini: pro morbo masculini. Hoc epigrammate utitur testimonio Priscianus. licet a nostris redarguatur.

Rras. In Celerem & Findentinum hoc potest dictum uideri: quorum uterque poetæ carmía pro suis usurpabat: ut supra questus est poeta. Tomus: grossior papyrus é ut & ex lino uel farciendũ tomentũ appellamus: cũ enim conficeret papyrus deligebátur subtiliores partes: quæ preciosæ modo augustanæ: modo fanianæ modo aliter dictæ sunt grossiores ptes abscissas tomos appellabant: ná τεύω latíe incido. Sophos: laus doctríæ: ná græci doctũ eo uerbo laudant σοφοσ .i. doctus est: hác uocé nétro genere ꝑtulit Mart.

Ad furem de libro suo.

93 Erras meorum fur auare librorum
Fieri poetam posse qui putas tanti?
Scriptura quanti constet: & Tomus uilis
Non sex paratur: aut decem sophos nummis?
Secreta quære carmina & rudes curas:
Quas nouit unus scrinioque signatas
Custodit ipse uirginis pater chartæ:
Quæ trita duro non inhorruit mento.
Mutare dominum non potest liber notus:
Sed pumicata fronte: si quis est nondum
Nec umbilicis cultus atque membrana:
Mercare tales ab eo nec sciet quisquam.
Aliena quisquis recitat & quærit famam
Non emere librum: sed silentium debet.

Ad Chærulum.

94 Liber homo es nimium: dicis mihi chærule semper.
In te qui dicit chærule liber homo est.

De Ruffo & næuia.

95 Quicquid agit Ruffus: nihil est nisi næuia ruffo.
Si gaudet: si flet: si tacet: hanc loquitur.
Cœnat. propinat. poscit. negat innuit: una est
Næuia: si non sit næuia: mutus erit.
Scriberet hesterna patri cum luce salutem
Næuia lux inquit: næuia lumé aue.
96 Hæc legit: & ridet demisso næuia uultu.
Næuia non una est: quid uir inepte furis?

Quare carmina secreta: quæ non cognoscunt non mea. ná deprehenderis.

Curas rudes. i. nouos uersus. Pater chartæ uirginis. i. auctor: Charta uirgo dicebat quæ nondum edita erat: ut uirgo quæ nondũ peperit. Chartæ uirginis. i. noui libelli nõ dũ editi. Méto duro: hoc alibi Martialis ubi indicat chartá quæ a frequenti lectore habetur in manibus horridá fieri mento: hoc é effici pilosá: & barbatá dũ usu atteritur. In distichis ne toga barbatos faciat uel penula libros. Quæ non dũ inhorruit méto. i. quæ nondum usu attrita barbá emisit: ná horrere pilis dicimus & horrere mento. i. emittere barbam.

Iber. liber significat hominé liberi animi: q nemini parcit: & liber significat hominé sine negociis. Hac uerbi allusione deridet Cherulũ. Nimium liber homo. i. nimiũ liberi animi: q nemini parcis. In te qui dicit Cherule liber homo é: id est sine negociis: qa non é dignus reprehensione alicuius: sed omnino contemnendus.

Vicquid agit. Ruffus meretrico amore ardebat. Næuia erat quæ amabatur torquebatque Ruffũ: dum precio corrupta modo húc modo illũ sequebat: deridet poeta Ruffũ: q non aliter de Næuia loquebat: & cogitabat q̃ si sparet se uoto potitur. Ait ení non é una: sed é multiplex: dũ multis seruit: ut non possit ipare se unũ habitur illá i potestate. Eodé arguméto ífra epigráma ubi Ruffũ frustra expectanté Næuiá deridet. Quicqd agebat Ruffus loquebat de Næuia. Propinat ꝑpinabát amico cũ ad poculũ conuiuá íuitabát: ut illud Iuuenalis: Quãdo ꝑpinat uiro tibi ꝑpiabát. Ité cũ amico absẽte noíato bibebát. Socrates apud Platoné hoc poculũ Criciæ ꝑpino. Vna: é i ore Ruffi. Demisso uultu: id est conniuentibus oculis. Non una est: sed publica & multiplex: conducitur enim a multis.

Coepit Maxime. Terentos locus in campo martio dictus q ara Ditis patris & Proserpinæ ibi terra conderetur. historiā habes apud Valerium maximum quomodo sit dicatus Loci meminit Papinius Aut instaurati peccauerit ara terenti. alibi etiam Martialis. Terrestria numina ut Bacchus Pan Satyri Fauni in delubro Plutonis collocabantur: qui terræ deus est: quemadmodum cælestia in templo Iouis: marina ī templo Neptuni. Statua itaque pan-os erat ad terentum iuxta aram Ditis. Canius perpetuo risu agitabatur: quod Martialis alibi iocando indicat: ubi post longas interrogationes quid ageret Canius subdidit: ridet. pan & satyri risu perpetuo lasciuiunt. cum uelit itaque ridentem Canium deridere ait: non ostendi amplius ī terrento statuam panos: quæ ut dixi habitu ridētis figurabatur: sed Canium qui æque ridet ac Pan.

Ad Maximum.

96 Cæpit Maxime Pana quæ solebat:
Nunc ostendere canium terētos.

Ad Librum.

97 Vade salutatū ꝑ me liber ire iuberis
Ad proculi nitidos officiose lares.
Quæris iter: dicam: uicinum castora canæ
Transibis uestæ: uirgineamque domum.
Inde sacro uenerāda petes palatia cliuo
Plurima qua summi fulget imago ducis.
Nec te detineat miri radiata colossi
Quæ Rhodiū moles uincere gaudet opus.
Flecte uias hac: qua madidi sūt tecta lyei:
Et cybeles picto stat coribāte tholus.
Protinus a læua clari sub fronte penates
Atriaque excelsæ sunt adeunda domus.
Hanc pete ne metuas fastus limēque superbum.
Nulla magis toto ianua poste patet.
Nec propior quā phœbus amat: doctæque sorores.
Si dicet quare: non tamen ipse uenit.
Sic licet excuses: quia qualiacunque leguntur
Ista: salutator scribere nō potuit.

Vade salutatū. Tedio lustrandæ urbis ad ꝑagendas salutationes mittit librū: quē suo nomine iubet salutare Proculum amicum: simul nunciare causam quare ipse non salutet. Pro me: meo loco Lares: ædes proculi. Castora. i. templum Castoris & pollucis: quod in foro erat & q̄uis geminis fratribus esset dicatum: unius tantum Castoris dicebatur. Vestæ: templū Vestæ non ꝑcul erat a palatio quod ex uerbis Papinii cognoscitur loco illo: Pulchrius antacita uigilet face troicus ignis: atque exploratas iā laudat uesta ministras. Domum uirgineam idest templum Palladis: quod erat iuxta palatium. Papinius de statua Domitiani: Leuam tritonia uirgo Non grauat. Sacro cliuo: colle. Summi ducis: Domitiani: de statua equestri intelligit: de qua Papinius in prima silua: Mirus colossus radians & splendens. Quæ moles gaudet: gloriatur. Opus rhodium: idest colossum: qui erat. lxx. cubitorum altitudine: opus Charis. multa Plinius de hoc.
Lyæi: idest Bacchi. Picto stat coribante tolus idest templum Cibelis. Stat erectum est. Coribante: sacerdote. Puro: castrato: uel picto uarietate uestium.
Ianua patet: apertis foribus: nulla ianua benignior & hospitalior est & præsertim doctis. Propior: nulla est uicinior. Quam: domum phœbus & musæ ament. Sic licet excuses: idest sic potes me excusare. Salutator: quia si Martialis esset occupatus in salutandis amicis non scriberet hæc. .X. qualiacunque sunt: quasi dicat melius putat scribere carmina in ocio q̄ salutare.

NAeuia ſex. Sodalitium eſt & ſolutus potus: quem antiqui agebant coronati numeratis litteris nominum amicorum: tot cyathos hauriebant. Papinius hũc morē tetigit: Oratius apertius in carminibus: porphyrio interpres cumulatiſſime: Nũc cauillatur ĩ meretrices: quarũ pfidiã indicat. Ita enim bibit: ac ſi aliqua pollicita eſſet ſe uẽturã cũ nulla ueniat multis trientibus ſiccatis ſomnum petit. Næuia habet ſex litteras ex diphthongo. bibamus ſex cyathos in honorẽ Næuiæ. Tu mihi ſomne: poetæ ſomnum aliquando carmine aduocant: ut Ouidius & Papinius.

Ad ſomnum.

98 Næuia ſex cyathis ſeptem iuſtina bibatur
Quinque lycas: lyde quattuor: ida tribus.
Omnis ab infuſo numeretur amica falerno
Et quia nulla uenit: tu mihi ſomne ueni.

Ad Fidentinum.

99 Noſtris uerſibus eſſe te poetam
Fidentine putas: cupiſque credi?
Sic dentata ſibi uidetur ægle
Emptis oſſibus indicoque cornu
Sic quæ nigrior eſt cadente moro
Ceruſſata ſibi placet licoris
Hac etiam ratione qua poeta es
Caluus cum fueris: eris comatus.

Ad Cecilianum.

100 Nullus in urbe fuit tota qui tangere uellet
Vxorem gratis ceciliane tuam.
Dum licuit: ſed nunc poſitis cuſtodibus: ingens
Turba fututorum eſt: ingenioſus homo es.

Ad Paulam.

101 Mœchus erat: poteras tamẽ hoc tu paula negare.
Ecce uir eſt: nunquid paula negare potes?

De lino.

102 Dimidium donare lino: quam credere totum
Qui mauult: mauult perdere dimidium.

NOſtris uerſibus. Egle caret dentibus & dentata uidebatur: emptis dẽtibus eburneis. Indico cornu .i. ebore & elephãte indo. Moro cadente .i. moro præmaturo. Ceruſſata .i. candidata: ceruſſa & ochra inter colores fictitios ponunt a Plinio: hic pallor & cãdor uel ſtatuis uel mulieribus parabat.
Placet ſibi .i. uidetur candida. Alienis crinibus: emptis: poteris uideri comatus.

NVllus. Cecilianus habebat uxorem quam nollebat ab ullo tangi: & erat turpis: adhibuit cuſtodes ac ſi eſſet pulchra: Eũ deridet: quia conduxit fututores: cum adhibuit cuſtodes: nam a cuſtodibus conductis futuebatur. Idẽ cuſtodes. Dum licuit .i. dum poterãt. Idem notat Iuuenalis: Pone ſeram cohibe: ſed quis cuſtodiet ipſos: cauta eſt & ab illis incipit uxor. Gratis: hoc uerbum ĩdicat de cuſtodibus conductis intelligendum: qui iam non gratis fututũt quum ſint mercede conducti: alter ſenſus non placet: ut dicas illud Nitimur in uetitum: & cætera.

MOechus erat. Paula cum olim haberet uirum faciebat ſui copiam adultero: nunc ſublato uiro nupſit ei qui olim erat adulter. Accuſat Martialis utrunque Paule factum & ꝙ olim adulterum haberet: & ꝙ nunc necato coniuge eum habeat uirum: mœchus erat qui tibi eſt nunc uir. Nunq̃ potes hoc negare: quaſi uelit innuere ꝙ interemerit uirum: ut mœcho nuberet: ut infra de Proculina: Non nubis ꝓculina: ſed fateris uel potius. Nũquid potes negare: te ſcilicet futui ab iſto: quod olim quum eſſes mœcha negabas.
DImidium. Iocatur in Linum non reſtituentem mutuum: Credere mutuo .q.d. idẽ eſt donare Lino quod credere: quando id non reddit.

Mos bibendi … amicos
Cerussa Ochra

O Mihi curarũ: Ad Valeriũ Flaccũ scribit ingemiscens nullum esse premiũ musis: sed in iudiciis tantũ & causidicis pecuniã uersari. Non uile.i.magnũ. Curarũ: cogitationũ & uersuũ. Alumne: qui nutritus es. Laris antenorei.i.urbis antenoreæ: patauii: fuit enĩ patauinus.alibi: Censet apona liuio suo tellus: Stellaque nec flacco minus. Quintilianus: Multũ inquit nup in Flacco amisimus. Huius extãt octo argonauticorũ libri ad reditum usque heroũ: reliquis uel amissis uetustate: uel poetæ morte interceptis: totũ effinxit: In his Apolloniũ rhodiũ non modo argumẽto: sed singulis interdũ uersibus: ut ego ex Appollonii oper̃ quattuor libris facile aĩad uerti Differ: intermitte.
Ex istis: musis. Aes: pecuniã. Arca Mineruæ: loquit̃ nunc de causidicis q in foro uersant̃: & lucrant̃ ingentẽ pecuniã: quod alibi repetit: Nã si falciferi d̃fẽdere tẽpla tonantis: Sollicitisque reis uẽdere uerba uelis: An de foro palladio: quod supra dixit conditum a Domitiano: hoc magis placet q̃ qđ alii dixerũt Mineruã tulisse leges: & ꝑpterea noĩari hic a poeta in iudiciis. Vna uero sẽtentia mihi ꝓbatur ut alludat ad arcã pallatinã.i.imꝑatoris. Nã pallas numen erat Domitiani: ut dicat poeta eos tãtũ q assentãdo pallatia frequẽtãt: nũmos hr̃e. Arca Mineruæ.i.arca Domitiani. Fœnerat oẽs deos.i. a deo diues ẽ ut possit dar̃ nũmos ĩ fœnus oĩbus diis. Arbor Palladis nigra: a fructu. Inclinat comas: fructu suo. Sophos: laudẽ sapiẽtiæ. Sẽper inane.i.sine fructu. Permessus: fluuius & Olmeus ex Elicone ĩ unũ permixti ĩ copaidẽ lacũ delabunt̃: ut Strabo. Basia.i.laudes ĩanes: de quo supra: Dũ basia iactas. Crepãt: strepũt: tractũ ẽ a meretricibus: ꝙ cathedras dixit. Steriles: nullũ fructũ afferẽtes: nã cathedræ & ĩ schola poetarũ erãt & modulator: & huiusmodi ludis. Oratius. Discipularꝫ inter iubeo plorare cathedras: quasi dicat libri nr̃i tantũ basiant̃. In quẽ sensũ uidetur superius locutus: Dum basia iactas.i. dum gloriabundus basia uenaris.

Ad Flaccum.

O mihi curarum pretium nõ uile mearum 103
Flacce Anthenorei spes & alũne laris.
Pierios differ cantusque chorosque sororũ
Aes dabit ex istis nulla puella tibi.
Quid petis a phœbo: nummos habet arca mineruæ
Hæc sapit: hæc omnis fœnerat una deos.
Quid possũt ederæ bachi dare: palladis arbor
Inclinat uarias ponder̃ nigra comas.
Præter aquas elycon & serta lyrasque deorum
Nil habet. & magnum semper inane sophos.
Quid tibi cum cirrha? quid cum ꝑmessidos unda?
Romanũ propius diuitiusque forum est.
Illic æra sonãt: at circum pulpita nostra
Et steriles cathedras: basia sola crepãt.

De Carino.

Pulchre ualet Carinus & tamen pallet. 104
Parce bibit Carinus: & tamẽ pallet.
Bene concoquit Carinus: & tamen pallet.
Tingit cutem Carinus: & tamẽ pallet.
Cũnum Carinus linguit: & tamen pallet.

De Festo.

Indignas premeret pestis cum tabida fauces 105
Inque ipsos uultus serperet atra lues.

PVlchre. De Carino cunnilingo. Parce bibit: temperate. Concoquit: digerit. Et tamen pallet: quasi uelit ostendere Carinum affectantem noua remedia ad colorandã faciem tẽtatis omnibus aliis lingere cunnum: atque ita poeta in ea cauillatur.

INdignas. Laudat̃ mors Festi: qui cũ morbo insanabili laboraret correptis etiã faucibus decreuit mori. prius autem amicos consolatus: mortem sibi consciuit. gratus erat Domitiano: ut nullo metu imperatoris uideatur se interfecisse: propterea maiore laude dignus sit q̃ fuerit Cato: qui cum se interfecerit uidetur id egisse metu Cæsaris: cuius erat hostis. Pestis tabida: contagiosa: morbus ille fuit quem Plinius mentagram appellat.

Siccis genis:non flens. Nec tamen.i.non sumpsit uenenum:ut multi affecti tedio aduersæ ualitudinis. Lenta fame.i.inedia : ut Silius tedio morbi:& Portius latro declamator: tedio quartanæ. Sancta morte.i.sanctitate mortis se romanū præstitit. Via nobiliore: idest ferro q̃ ueneno aut inedia. Cæsar huius amicus erat:iccirco præferenda mors huius morti Catonis:qui inimicus Cæsaris erat.

SEmper agis.Iucuriosum & semper aliquid agentem Attalum. Agis causam: idest declamas. Agis res:idest obis negocia. Agis mulas: idest ducis mulas.Oratius Festinat caliolum: mulis: gerulisque redemptor.

Agas animam:idest morere:& expira.nam Gelius scribit his uerbis: Hortensius cum has scripsi animā agebat idest moriebatur. Liuius de ueneno senatus campani : Hi cum animā egissent:omnes tamen priusq̃ hostibus aperirentur portæ expirarunt. hic Liuius accepit ac si diceret anxie animam diu agitauerunt.

E Seruo.Reprehēdit Sosibianum: q̄ prēm appellaret dominum : & hic Sosibianus erat libertus. seruus: & dominus correlatiua:sed tamen Sosibianus id agebat:uolens.blandiri patri quēadmodum dominum & regem apud hūc poetā sæpe legimus.

HAec quæ puluere:De porticu reguli quæ cecidit stati:cū ide Regulus discessisset. Post metum id est post q̃ diu ostenderunt querelas hominum se metuere si mortuus esses.

OS Et labra. In mammeiā cuius os fetidū obsellationē erat. Esse:comedere. Sequens epigrāma est clarum.

Siccis ipsis genis flentes hortatus amicos
Decreuit stigios festus adire lacus.
Nec tamen obscuro pia polluit ora ueneno:
Aut torsit lenta tristia fata fame.
Sanctam romana uitam sed morte peregit:
Dimisitque animam nobiliore rogo.
Hanc mortem fatis magni præferre Catonis
Fama potest:huius Cæsar amicus erat.

Ad Attalum.

Semper agis causas: & res agis attale semper 106
Est non est:quod agas:attale semper agis.
Si res & causæ desunt:agis attale mulos
Attale:ne quod agas desit:agas animam.

Ad Canum.

Sportula Cane tibi suprema nocte petita est 107
Occidit puto te Cane:quod una fuit.

Ad Sosibianum.

E seruo scis te genitum:blandeque fateris 108
Cum dicis dominum sosibiane patrem.

De regulo.

Hæc quæ puluere dissipata multo 109
Longas porticus explicat ruinas
En quāto iacet absoluta casu.
Tectis nam modo regulus sub illis
Gestatus fuerat:recesseratque
Victa est pondere cum suo repente
Et postquam dominum nihil timebat
Securo ruit incruenta damno.
Tantæ Regule post metum querelæ
Quis curam neget esse te deorum:
Propter quem fuit innocens ruina.

De Mammeia.

Os & labra tibi linguit mammeia catellus 110
Non miror merdas si libet esse cani.

VEnderet excultos. Faceti præconis ingenium laudat: qui cum nuper uenderet agrum Marii: ne ille uideretur ob inopiam uendere: attulit cauſam quare uenderet: & eam cauſam ut nemo fecerit pretium. ¶ Inde: ob eam cauſam. ¶ Faceret pretium: offerret aliquid. ¶ Hæret mario: non emitur ab ullo.

VIcinus. Nouius nomen eſt fœneratoris: in annalibus nomẽ diuitis: & amici apud Martialem: cui cum nunc uicinus eſſet: eius conſuetudine uti non poterat: ait ergo qui ſit uicinus Nouio oporterẽ migrare ſi eum uelit uidere: ſi nolit oportere eſſe uicinum: & contubernalem. duorum Nouiorum meminit Porphirio. ¶ Cui liceat: qui poſſit. ¶ Terentianus: ſodalis Martialis gerebat conſulatum ĩ ægypto. ¶ Tam procul: conſuetudine. ¶ Eſt migrandum: ideſt oportet me uel illum longius abire ſi uolo uidere. ¶ Inquilinus: eſt qui in aliena domo conducta cũ domino habitat.

NE grauis. Feſceniæ imprudentiam excuſat: quæ ut celaret odorem uini deuorabat odores Coſmi: ſed ita mixtus fetor uini odoribus largius olebat cõſulit ergo ut omiſſis medicamentis ſimpliciter fateatur ebrietatem. ¶ Luxurioſa: prodiga quæ oblectaris luxu Coſmi: paſtilli dicuntur grandiores pillulæ: atque id præſertim in re unguentaria. Plinius cũ de ſcabie loquitur ita ait: Et de eius medicamentis teritur ĩ mortario: deinde in paſtillos diuiditur: ¶ Fragres: ne emittas malũ odorem. ¶ Ientacula: leuiora prandia dicta ſunt: & quæcunque in paratis mẽſis apponebantur ganeata: Martialis uſus ẽ pro pane dulciario apto ientaculis ĩ diſtichis: Surgite: iam uendit pueris ientacula piſtor ¶ Extremo baratro: ideſt ab infimo ſtomacho.

De quirinali.

Vxorem habendam non putat quirinalis: 111
Cum uult habere filios & inuenit.
Quo poſſit iſtud more. futuit ancillas.
Domumq; & agros implet equitibus uernis.
Pater familiæ uerus eſt quirinalis.

De Mario.

Venderet excultos colles cum præco facetus 112
 Atq; ſuburbani iugera pulchra ſoli.
Errat ait: ſi quis Mario putat eſſe neceſſe.
 Vendere nil debet. fœnerat immo magis.
Quæ ratio eſt igitur. ſeruos ubi perdidit omnis:
 Et pecus: & fructus. non amat inde locum.
Quis faceret precium: niſi qui ſũa perdere uellet
 Omnia? ſic mario noxius hæret ager.

De Nouio micorſpico.

Vicinus meus eſt: manuque tangi 113
De noſtris Nouius poteſt feneſtris.
Quis non inuideat mihi: putetque
Horis omnibus eſſe me beatum
Iuncto cui liceat frui ſodale.
Tam longe eſt mihi: quam terentianus:
Qui nunc niliacam regit ſyenem.
Non conuiuere. non uidere ſaltem
Non audire licet nec urbe tota
Quiſquam eſt tam prope: tam proculque nobis.
Migrandum eſt mihi longius uel illi.
Vicinus nouio uel inquilinus
Sit: ſi quis nouium uidere non uult.

Ad feſceniam.

Ne grauis heſterno fragres ueſcenia uino 114
 Paſtillos coſmi luxurioſa uoras.
Iſta linunt dentes ientacula. ſed nihil obſtat
 Extremo ructus cum uenit a barathro.

Diapasmata & malagmata differunt: ut Plinius auctor est: q diapasmata dicunt unguēta ex siccis odoribus: Malagmata dicunt feces unguentorum. Virus: uenenū: & malus odor. Grauius: idest peius olet: uel uirus idest uitiū: quia ut apud Silium exposuimus in epistola ad Alex. uenenum pro uitio accipitur. Animæ: idest spiritus.

ALcime. Epitaphium Alcimi pueri: cui tumulum consecrat inter buxos uineas: & ī mediis pratis: optatque sibi tales sepulchri honores: cū moriet. Labicū: erat ī uia latina non procul ab urbe oppidum uetustum: ut scribit Strabo finitimum erat pictis: & picti populi de quibus mihi uidetur Virgilius locutus cum ait: Et picta scuta labici: quod refert Seruius: de labico nusq̄ extat. Via labicana a porta æsquilina auctore Strabone incipit: ubi Alcimus erat sepultus. Accipe non phario saxo. Phario: ita codex habet antiquus: & ita legendum est: nam de simite lapide ægyptio: qui postea pyropecilos ē dictus itelligit: unde obelisci tumulis regū erigebantur: obelisci lapides acuti in speciem radii solaris: unde obelisci dicti: οβελισκος radiū & sagittā significat. Pario: non legendum est: quoniā nec scriptio probat: nec ullus est usus. non enim e marmore pario erigebantur lapides sepulchris: de quibus uidetur sen sisse poeta. Saxa micantia: idest obeliscum: qui uidetur micare in aere. Faciles: non prementes grauiter tumulum & terram. Accipe: hæc loca & pignora nostri doloris. Viuet perpetuo: quia finientur hæc: ut obeliscus. Peruenerit: idest cum expleuerit fatalem cursum.

Quid quod olet grauius mixtum diapasmate uirus.
Atq; duplex animæ longius exit odor.
Notas ergo nimis fraudes deprensaq; furta
Iam tollas: & sis ebria simpliciter.

Ad Alcimum.

Alcime quem raptum domino crescentibus annis 115
Labicana leui cespite uelat humus
Accipe non phario nutantia pondera saxo:
Quæ cineri uanus dat ruitura labor.
Sed fragiles buxos: & opacas palmitis umbras:
Quæq; uirent lachrymis humida prata meis.
Accipe care puer nostri monumenta doloris.
Hic tibi perpetuo tempore uiuit honor.
Cum mihi supremos lachesis peruenerit annos:
Non aliter cineres mando iacere meos.

Ad Cinnam.

Garris in aurem semper omnibus cinna 116
Garris & illud: teste quod licet turba.
Rides in aurem quereris arguis ploras:
Cantas in aurem: iudicas: taces: clamas.
Adeo nec penitus sedit hic tibi morbus:
Vt sæpe in aurem cinna cæsarem laudes.

Ad Bassam tribadē

Quod nunquam marib; iunctam te Bassa uidebā: 117
Quodq; tibi mæchum fabula nulla dabat.
Omnis & officium circa te semper obibat
Turba tui sexus non adeunte uiro.
Esse uidebaris fateor lucrecia nobis.

GArris. In Cinnam cui detrahendi morbus adeo insederat: ut ne Cæsarem: quod aperte posset laudaret: id autem clam agebat: & in aurem alterius non modo maledicētia: sed omne uerborum genus admonebat. Turba teste: idest præsentibis aliis. Morbus: garriendi. Sedit: fixus est.

Vod nunq̄. In Bassam tribadem. Tribades dicebantur mulieres quæ alias fricabant: de his plura infra dicemus. Iuuenalis illarum libidinem accusat: Frictum crissantis adorat. Turba tui sexus. i. mulieres. Obibat: omne officiū perficiebat.

Fututor: erat tribas. Prodigiosa: portentosa libido. Commenta. i. fecisti dignum monstrum. Enigmate thebano. i. par monstrum thebano enigmati. Enigma thebanũ proposuit Sphynx Oedipo: quis esset: qui prius quattuor pedibus mox duobus: postremo tribus: respondit Oedipus esse hominem: auctor est Diodorus. Vt dicatur: adulteriũ ubi non ẽ uir: hoc est mirandum. Sequens epigramma est clarum.

SAepe mihi: in Mamurianum pauperem captum amore Cesti pueri Martialis. Grabatum lectum uilissimũ. Curtum: mutilatũ & fractũ. Chione & anthiope meretrices: quarũ calices sunt semper immundi. Cærea: flaua colore amisso. Gallica palla: non tamen galli oẽs utebant̃ brevioribus uestibus: ut Strabo. Non culũ fodiã: quoniã adeo paup ut cũ non edas: culus non faciat officiũ suũ. Satur: prius exple stomachũ: et postea pædica: q̃si dicat magis tibi necesse ẽ repire cibũ: q̃ pueꝝ. Eodem uerbo & sensu usus est Catullus in passere: Aureli pater esuritionũ. & cetera.

FAbritio iũctus: Epitaphium Aquini & Fabritii: quorũ uterque primipilaris fuerat: & quod raro solet accider̃ collegis amarunt inter se. Qui: Fabritius: ne lugeret amicum mortuum gaudet se priorem mortuum esse. Testatur munera primipili: quia uterque fuit primipilaris.

CAntasti: In Eglen fellatricem: quã supra annum esse indicauit: Sic dentata sibi uidetur egle: simul hoc ostendit: olim cum iuuenis esset: male cãtabat: nam coitus raucesce bat: nunc bene cãtat: quod indicat eam fellare: & abstinere coitu: propterea os fetere: ait poeta basianda non es. alibi quoque fellatricem esse ostendit.

At tu pro facinus bassa fututor eras.
Inter se geminos audes committere cunnos
Mentiturq; uirum prodigiosa uenus.
Commenta es dignum thebano ænigmate monstrũ
Hic ubi uir non est: ut sit adulterium.

Ad Lælium.

Cum tua non edas carpis mea carmina læli 118
Carpere uel noli nostra: uel ede tua.

Ad mamurianum.

Sæpe mihi queritur non siccis cestos ocellis: 119
Tangi se digyto mamuriane tuo.
Non opus est digyto: totum tibi cestõ habeto:
Si deest nil aliud mamuriane tibi.
Sed si nec focus est: nuda nec sponda grabatti
Nec curtus chiones antiopes ue calix.
Cærea si pendet lumbis & trita lacerna:
Dimidiasq; nates gallica palla tegit.
Pasceris & nigræ solo nidore colinæ
Et bibis immundam cum cane pronus aquam:
Non culũ: neq; enim est culus qui non cacat olim.
Sed fodiam digyto: qui superest oculum.
Nec me Zelotypum nec dixeris esse malignum.
Deniq; pædica mamuriane satur.

De Aquino. 120

Fabricio iunctus fido requiescit aquinus
Qui prior elisias gaudet abisse domos.
Ara duplex primi testatur munera pili.
Plus tamen est titulo quod breuiore legis
Functus uterq; sacro laudatæ fœdere uitæ.
Famaq; quod raros nouit amicus erat.

Ad eglen fellatricem.

Cantasti male: dum fututa es ægle 121
Iam cantas bene. basianda non es.

QVod clamas. Hoc potest uideri dictũ in Helium causidicum: qui magna uoce in foro causas agebat: ut pterriti aduersarii eius acrimonia data pecunia eũ corrũperét: ut taceret: quod de Demosthene legiẗ: qui corruptus pecunia causã: quã prius agebat in sequẽti die deseruit inuoluto collo fascia: dicens se sináche laborare:: & ita Demosthenes acceperat: ut taceret.

SI non est. Scazon genus carminis é qđ iambis constat: sed in penul. pede habet trocheú ubique præterit leges iambici carminis. claudicare diciẗ uerbo græco σκαζω significat claudico: meminit Ausonius epigrammate: Claudosque scazones. & Plinius ad Tranquillũ: Caueas ne eos ipsos scazones inuenies: alloquiẗ carmen suum poeta. Maternus: uir doctissimus: cuius meminit Plinius in epistolis: & Cornelius in dialogo: de cinædo socratico loquitur: de quo supra: Aspicis incomptis. Bæticatus: idest habens pannum non tinctum aheno idest sui coloris: nam ad bætim flu. hispaniæ oues habent lanam subrutuli coloris: ex q̃ uestes confectæ nullo alio colore tingebantur. Martialis in distichis ubi lacernæ bæticæ loquunẗ: Non est lana mihi mẽdax nec mutor aheno: Si tyriæ placeãt me mea tixit ouis. Leucopheatus: pãni leocophi dicebãẗ albi: nullo medicamento coloris adhibito: sed a lana ipsa albescentes. Plinius cum de rubeta loquitur: Iecur eius alligatur ĩ panno leucopho. Coccinatos. i. gerẽtes uestes tinctas cocco. Amethistinas. i. uestes amethistini coloris. Amethistinus color a colore lapidis sũptus é. Erat autẽ lanis purpuræ ebrietate ꝓfusis: fiebat ẽt tyri amethistus. Natiua .i. pannos natiui coloris.

Fuscos: sordidos. Galbani. f. generẽ dicunẗ apud græcos: Nos neutro ꝓtulimus ꝓ ueste & qdẽ preciosa. Iuue. Et galbana rasa. Galbanũ itẽ frutex ẽ apud Pli. sed hic de ueste ẽ metaphora: nã ait poeta q̃uis corpus regat uestibus natiui coloris: tamen habet mores coccinatos amethistinos & galbinos. i. luxuriosos. Spectat: aspicit. Clã: frequẽter. Drauces: mẽtulatos: quos sibi optat ad opus. cetera duo epigrãmata sũt clara.

Ad Helium. 122

Quod clamas semp: qđ agentibus obstrepis heli
Non facis hoc gratis: accipis ut taceas.

Scazon ad maternum de penilingo. 123

Si non molestum est teq; non piget scazon
Nostro rogamus pauca uerba materno
Dicas in aurem: sic ut audiat solus:
Amator illæ tristium lacernarum
Et bæticatus atq; leocophæatus
Qui coccinatos non putat uiros esse
Ametisthinasq; mulierum uocat uestes
Natiua laudet. habeat & licet semper
Fuscos colores: galbanos habet mores.
Rogabit: unde suspicer uirum mollem.
Vna lauamur: aspicit nihil sursum.
Sed spectat oculis clam deuorantibus draucos
Nec ociosis mentulas uidet labris.
Quæris quis hic sit: excidit mihi nomen.

Ad Neuolum causidicum. 124

Cum clamant omnes loqueris tu Neuole semper:
Et te patronum causidicumq; putas.
Hac ratione potest nemo nõ esse disertus.
Ecce tacent omnes neuole. dic aliquid.

Ad Flaccum.

Litigat: & podagra diodorus flacce laborat: 125
Sed nil patrono porrigit. hæc chiragra est.

Ad Calenum auarum. 126

Non plenum modo uicies habebas

NON PLENVM. In Calenum qui cum prius pauper esset liberalis: nunc adeptus centies milia factus erat: auarus tante auaritiæ im-

precatur Martialis: ut miles milia habeat: quoniam si id contigerit: præ auaritia abstinebit cibo. Septimas Kalendas: idest septem menses. Mortes: mortuorum hæreditates. Nigræ monetæ: nigra moneta dicebatur ex ære: ut fulua ex auro: neque probanda sententia illorum qui putarunt Flauios: idest Vespasianum & liberos signasse monetã fuluã: nã longe ante eorum tẽpora. P. Decius tribunus militũ donatus obsidionali corona mactauit taurũ: & cedit centũ fuluos. Semel in anno: natali suo. Selibra plumbea: repetit quod dixit monetam nigram: cum tamen nulla ex plumbo fuerit percussa: dixit plumbeum ut deprimeret. Selibra genus numeri. i. ut libra seruatis his noĩbus in numero pecuniæ: quoniã prius argentũ: & aurum appẽdebatur. Vnde libripẽdes dicebãtur qui pendebant: ut Varro docet.

Sed tam prodigus atq; liberalis:
Et tam lautus eras calene: ut omnes
Optarent tibi centies amici.
Audit uota deus: precesque nostras
Atque intra puto septimas kalendas
Mortes hoc tibi quattuor dederunt.
At tu sic quasi non foret relictum.
Sed raptum tibi centies: abisti
In tantam miser esuritionem.
Vt conuiuia sumptuosiora
Toto quæ semel apparas in anno:
Nigræ sordibus explices monetæ.
Et septem ueteres tui sodales
Constemus tibi plumbea selibra
Quid dignum meritis precemur istis.
Optemus tibi milies calene
Hoc si contigerit fame peribis.

MAmmas: Hoc dictũ ẽ in Afram: quæ puellæ uerbis utebatur. & Mammam matrem: tatam patrem appellaret cũ ipsa esset anus Persius. At iratus mãmæ lalare recusas. Maxia mamarũ. A bauia & omnino auus. Cato de liberis educandis: quũ cibum ac potionem buas ac papas docẽt & matrem mammam patrem tatam.

De afra uetula. 127

Mammas atq; tathas habet afra. sed ipsa tatharum
Dici & mammarum maxima mamma potest.

ILla manus: Demetrium cui epigrãmata sua dicabat defleet amissũ: ait tamen se prosecutum eẽ morientem: quo potuit munere hoc ẽ libertate: nam ex seruitute ipsum manumisit. Illa manus: Demetrii fida meorũ studiorũ quia excipiebat carmina. Nota cæsaribus: Tito & Domitiano: quibus epigrãmata mittebantur. placet enim aliqd scriptũ fuisse ad Titum q̃uis nihil in opere legamus præter Naucissũ. Destituit uirides annos idest iuueniles. Multi Demetrii fuerunt. Nepos Anthiochi Demetrius Calcedonius: orator alius byzantinus philosophus. Tertius statuarius. Quartus Aspondius Apollinis discipulus. Quintus Calatianus scriptor. Sextus Bizãtinus itẽ. Septius sophista. Octauus tramithenus appellatus Ixion. Nonus Ciræneus Decius septius: & multi præterea ĩter quos poeta qdã iãbicus: hic uero nomẽ serui. Messis quarta: idest quartus annus: Id est natus erat. xviiii. ãnũ. Cauimus: puidimus. Famulis: seruis qa mãumisimus. Cũ lues: morbus. Ius domini remisimus. i. donauimus libertatẽ.

De Afro demetrio. 128

Illa manus quondam studiorum fida meorum.
Et felix domino: notaq; cæsaribus.
Destituit primos uirides demetrius annos.
Quarta tribus lustris addita messis erat.
Ne tamẽ ad stygias famulus descenderet umbras
Vreret implicitum cum scelerata lues.
Cauimus & domini ius omne remisimus ægro

¶Munere meo: libertatis. ¶Sua premia: libertatem. ¶Me patronum: nã serui mannmissi auctore Dionysio dominnos a qbus fuerant manumissi: patronos uoce romana appellabant. ¶Iturus liber: id est donatus libertate.

QVi pinxit: Venus iudicio Paridis superauit Mineruam & Iunonem pulchritudine: nunc Venus fuit male picta: ait poeta pictorem uoluisse blandiri Mineruæ: ne scilicet pulchrior uideretur. ¶Blanditus est Mineruæ: quia pinxit deformem Venerem: gessit morem mineruæ: cum qua olim contẽdit de forma.

Munere dignus erat conualuisse meo.
Sensit deficiens sua præmia: ne me q; patronum:
Dixit ad infernas liber iturus aquas.

A Lycorem. 129

Qui pinxit uenerem tuam lycori:
Blanditus puto pictor est mineruæ.

Ad Scæuolam. 130

Si dederint superi decies mihi milia centum:
Dicebas nondum scæuola factus eques.
Qualiter o uiuam quam large quamq; beate:
Riserunt faciles & tribuere dei.
Sordidior multo post hoc toga: penula peior:
Calceus est sarta terq; quaterq; cute.
Deq; decem plures semper seruantur oliuæ:
Explicat & cœnas unica mensa duas.
Et ueientani bibitur fex crassa rubelli:
Asse cicer tepidum constat: & asse uenus.
In ius o fallax atq; inficiator eamus:
Aut uiue: aut decies scæuola redde deis.

De Spectaculo. 131

Picto quod iuga delicata collo
Pardus sustinet: improbæq; tigres
Indulgent patientiam flagello.
Mordent aurea quod lupata cerui:
Quod freno libyci domantur ursi:
Et quantum calydon tulisse fertur:
Par & purpureis aper capistris:
Turpes esseda quod trahunt bisontes:
Et molles dare iussa quod choreas

SI dederint superi: Scæuolæ auaritiam accusat: qui cũ olim nondũ haberet quadrigenta sestertia: optans diuitias a diis: pollicebat se fore liberalẽ modo decies centena haberet: nunc eas opes assecutus uiuebat auare & tenuiter. ¶Nondũ iustus eques. i. cũ nondum haberes legitimum censum equestrẽ. i. q̃dringenta sestertia. ¶Faciles: exauditis precibus. ¶Post hæc: id est post paratas diuitias. ¶Penula: uestis contra imbres. ¶De. x. oliuis: sex seruantur. ¶Duas cœnas: id est una & eadẽ mensa: & uesceris & reliquas seruas in alteram & sequentem mensam. ¶Veientani rubelli: aut hic deprauatum est nomen: aut apud Plinium: hoc enim genus uini rubelli: non a ueientanis: & nomentanis mitti scribit: ubi uuæ sũt rubentes: quas ut ipse auctor est nonnulli dixerũt rubellas: quæ nimiam fecem habent: propterea ait martialis fex crassa: deprauatus est Plinii codex: ueienti nascebatur. Oratius: Veientanumque rubellum. Idem Persius. ¶Cicer tepidum: & madidũ. ¶Inficiator & fallax: id est qui decepisti deos: & q depositum negas: nam inficiator est: qui negat depositum. ¶Viue: splendide & delicate. supra: Hoc fortuna placet posthumus imposuit.

penula

Vinu rub

uuę rubel

Oratius

PIcto: Notus lusus leporum: & leonũ. ¶Picto collo: nam picti sunt pardi maculis. ¶Indulgẽt patientiam. i. ferũt æquo animo flagella. ¶Lupata: frenos aureos. ¶Calydon: oppidum ætholiæ ubi Meleager interemit aprũ. ¶Bisontes aĩalia iubata in germania sũt.

Calydon

Bisontes

¶ Bellua nigra: elephas.
¶ Laxos rictus: aperta ora
& peruia. ¶ Tenere: com/
primere. ¶ Cui: Cæsari mi
tissimo & clementissimo.

m nomētanū

I In Nomentanis: Vinū
nomentanū nouū pes
simum est: uetus optimo
cuique uino conferendū:
ut uel falernum uel chiū:
uel setinum possis cōmo
de ac recte appellare: ꝗ no
uo in distichis: Nomen/
tana meum tibi dat uinde
mia Bacchum: Si te quin
tus amat commodiora bi
bes. nomentanum agrum
neglectum ad decem lapi
des Acilius Stenelius & pa
læmon grammaticus: sua
industria in summam fer
tilitatis laudem excolue/
runt. ¶ Quicquid uoluit
testa anus: hoc est uetus:
potest cum quouis certarē.
Alibi de falerno: quid uis
nomen habere potest.

us Stenelius
ō Gramaticus

I Ntro ponis aquam.
Deridet Ruffum fru
stra expectantem Næuiā:
de qua supra. Parcebat. n.
uino: ut diutius posset ex
pectare. ¶ Subinde: fre
quenter. ¶ Diluti: mixti
uini. ¶ Sobrias nequitias:
id est sobrium coitum.
¶ Negauit: quasi diceret
eum abstinere uino: cum
amica non esset uentura.

S Aepe mihi: Ad. L. Iu
lium sodalem: affert
causam quare non scribat
aliquid magnum: qa nul
lum scilicet sit premium:
nec ocium. ¶ Aliquid ma
gni: id est nolo uersari in
epigrammatibus. ¶ Flac
co: Oratio: Mecœnas alu/
it Flaccum: & Maronem.
¶ Iuuat: quia cum fructu
est.

Nigro bellua nil negat magistro.
Quis spectacula non putet deorum?
Hæc transit tamen ut minora: quisquis
Venatus humiles uidet leonum:
Quos uelox leporum timor fatigat.
Dimittunt repetunt: amantq; captos.
Et securior est in ore præda:
Laxos cui dare peruiosq; rictus
Gaudent & timidos tenere dentes:
Mollem frangere dum pudet rapinam:
Stratis cum modo uenerint iuuencis.
Hæc clementia non paratur arte:
Sed norunt cui seruiant leones.

Ad Ouidium. 132

In nomentanis ouidi quod nascitur agris:
Accepit quotiens tempora longa merum.
Exuit annosa mores nomenq; senecta:
Et quicquid uoluit testa uocatur anus?

Ad Ruffum. 133

Introponis aquam subinde ruffe:
Et si cogeris a sodale raram
Diluti bibis unciam falerni.
Nunquid pollicita est tibi beatam
Noctem neuia? sobriasq; mauis
Certe nequitias fututionis.
Suspiras. retices. gemis. negauit.
Crebros ergo bibas licet trientes:
Et durum iugules mero pudorem.
Quid parcis tibi ruffe? dormiendum est.

Ad Lucium Iulium. 134

Sæpe mihi dicis luci carissime iuli:
Scribe aliquid magnum: desidiosus homo es.
Otia da nobis. sed qualia fecerat olim:
Mecœnas flacco: uirgilioq; suo.
Condere uicturas tentem per sæcula curas:
Et nomen flammis eripuisse meum.
In steriles campos nolunt iuga: ferre iuuenci:
Pingue solum lassat: sed iuuat ipse labor.

Ad Gallum. 135

Eſt tibi ſitq; precor: multos creſcatq; per annos:
　P ulchra quidem uerum tranſtiberina domus.
At mea Vypſanas ſpectant cenacula laurus:
　Factus in hac ego ſum iam regione ſenex.
Migrandum eſt ut mane domi te galle ſalutem:
　Es tanti, uel ſi longius illa foret.
Sed tibi non multum eſt: unum ſi præſto togatum:
　Multum eſt hunc unum ſi tibi galle nego:
Ipſe ſalutabo decima uel ſerius hora:
　Mane tibi pro me dicat auere liber.

De Catella publi. 136

Iſſa eſt paſſere nequior catulli.
Iſſa eſt purior oſculo columbæ.
Iſſa eſt blandior omnibus puellis.
Iſſa eſt carior indicis lapillis.
Iſſa eſt deliciæ catella publi.
Hanc tu ſi quæritur: loqui putabis.
Sentit triſticiamq; gaudiumq;.
Collo nixa cubat: capitq; ſomnos.
Vt ſuſpiria nulla ſentiantur.
Et deſiderio coacta uentris
Gutta pallia non feſellit ulla:
Sed blando pede ſuſcitāt: toro q;
Deponi monet: & rogat lauari.
Caſtæ tantus ineſt pudor catellæ.
Ignorat uenerem, nec inuenimus
Dignum tam tenera uirum puella.
Hanc ne lux rapiat ſuprema totam:
Pictam publius exprimit tabella.
In qua tam ſimilem uide bis iſſam:
Vt ſit tam ſimilis ſibi nec ipſa.
Ipſam deniq; pone cum tabella:
Aut utranq; putabis eſſe ueram:
Aut utranq; putabis eſſe pictam.

Ad Velocem. 137

Scribere me quereris uelox epigrammata longa:
Ipſe nihil ſcribis: tu breuiora facis.

Eſt tibi ſit: Ad Gallū cui pene idem ſcribit quod ſcripſit Proculo: ſe ſcilicet non iturum ad ſalutandum: ſed miſſurum mane librum: & poſt decimā ſe iturum. Trāſtiberina: procul. Vipſanas laurus: porticus Romæ quæ Vipſana dicebatur: cuius memīt Tacitus huius nemus & lauros ſpectabat martialis a feneſtra Eſt tanti precii: hoc officium ut te ſalutem: non ē multum ſi uenio comes: & me præſto comitem ſed multum eſt ſi me mihi ipſi nego: & amitto tempus: id eſt non uaco litteris: & ueræ uitæ

Vipſana port

Iſſa eſt: Publius ī delitiis habebat catellā de qua alibi: Publius exiguæ ſi flagrat amore catellæ. Iſſa inſula in ilyrico ē: unde non ꝓcul erat melita: ut Strabo ſcribit: & Plinius dedicati mittebāt canes: īde cāes meliteos dictos putat Calimachus ut non incommode hanc catellam meliteā poſſit appellare. Nequior: laſciuior. Sentit triſtitiam: & gaudium: id eſt mœret & gaudet: ac ſi haberet ſēſus humanos. Deſiderio uentris: ſcilicet emittendi.

Iſſa Inſula

Sequens epigramma eſt clarum.

CVm tibi sit: Regulus causas agebat: cum mittat ad eũ epigrãma Martialis: ait non esse reprehendendũ: q̃ interpollet occupatũ in causis publicis: nam cum Regulus non minus habeat ingenii ut libris possit delectari: q̃ pietatis: qua utit̃ in causis defendendis: non iepte ei mittit̃ libellus. ¶ Minor pietas. i. cũ habeas & ĩgenium. ¶ Sophiæ: doctrinæ.

CVm te: Ludit in prisco nomine proprio: quod iocando accipit appellatiuum: ait enĩ salutabam te antea Prisce: & appellabam te dominum & regem uolens aliquid impetrare: quoniam non noueram te auarum: nũc quod mihi es cognitus: eris mihi priscus: id est te non colam: & te proprio nomine appellabo.

QVæcunque: Docet ubi eius epigrammata emi possint. ¶ Inuidebis ocio: q̃ noles terere tẽpus. ¶ Apinæ: dicũtur res tenues & uilissimæ. Alibi Martialis: Sunt apinæ tricæ & si quid uilius istis. Alii apinas dictas putant ab apino fructu: qui cortice fragili est: ut scribit Plinius. Alii ex prouerbio ludicro: quod erat apud antiquos apina & metaicra urbibus deletis cum enim rẽ uilissimam & nullius momenti uolebant significare apinam dixere: propterea ait Plinius apinam euersam ĩ ludicrum uerterunt: placet per sententiã. Illud sane constat rem exilem & uilissimam esse. ¶ Per quem non licet: id est qui non sinit meas nugas perire: sed excipit & ediscit.

HOs tibi: Epitaphium Antullæ in nemore consecrato a Fenio Telesphoro eius patre. ¶ Dignior ipse: pater q̃ esset mortuus.

QVædam: In Procillũ inuidum. ¶ Ligustrũ: flos candidus. ¶ Graculo: graculi sunt aues quæ gregatim uolant: ut Varro: & Fabius dicti a uoce. ¶ Suspẽdia sæua cogitabis: præ inuidia. ¶ Cito: id est prima ætate. Sequens epigrãma est clarum.

Ad Regulum. 138

Cum tibi sit sophiæ par fama & cura deorum:
Ingenio pietas nec minor ipsa tuo.
Ignorat meritis dare munera: qui tibi librum:
Et qui miratur regule thura dari.

In Priscum. 139

Cum te non nossem dominum regemq; uocabam:
Cum bene te noui: iam mihi priscus eris.

Ad Lectorem. 140

Quæcunque lusi iuuenis & puer quondam
Apinasque nostras quas nec ipse iam noui:
Male collocare si bonas uoles horas:
Et inuidebis otio tuo lector:
A ualeriano pollio petes quinto:
Per quem perire non licet meis nugis.

Ad Faustinum. 141

Hos tibi uicinos faustine thelesphorus hortos:
Fænius: & breue rus udaque prata tenet.
Condidit hic natæ cineres: nomenque sacrauit.
Quod legis antullæ. dignior ipse legi.
Et stygias æquum fuerat patrem isse sub umbras:
Sed quia non licuit: uiuat ut ossa collat.

In Procillum. 142

Quædam me cupit inuide procille
Toto candidior puella cygno.
Argento. niue. lilio. ligustro.
Sed quandam uolo nocte nigriorem
Formica. pice. graculo. cicada.
Iam suspendia sæua cogitabis:
Si noui bene te procille: uiues.

De Antulla. 143

Hoc nemus æterno cinerum sacrauit honore
Fænius & culti iugera pauca soli.
Hoc tegitur cito rapta suis antulla sepulchro:
Hoc erit antullæ mixtus uterque parens.

Occurris: Lupercus auarus uolebat gratis habere epigrammata Martialis: poeta arguto ioco eum ludit. Luperci cuiusdam meminit Tacitus in bello aduersus batauos. Ad pirum: locum ubi habitabat Martialis: potes ad pilam legere. Quod infra indicat: Sed tiburtinæ sum proximus accola pilæ. sed placet ad pirum: ut regio ad malum punicā dicebatˀ auctore Suetonio in Domitiano. ¶ Forum Cæsaris: non Domitiani sed Augusti in quo Archessilaus uictor dicauit Venerem genitricem. ¶ Nido: alio uerbo dixit Oratius: Pila taberna meos habeat: uel pila libellos. īfra Martialis: Hos nido licet inferas uel imo.

Si cupit hunc aliquis: moneo. ne speret agellum:
Perpetuo dominis seruiat iste suis.

In Lupercum. 144

Occurris quotiens Luperce nobis
Vis mittam puerum subinde dicis
Cui tradas epigrammaton libellum:
Lectum quem tibi protinus remittam.
Non est quod puerum luperce uexes.
Longum est si uelit ad pirum uenire:
Et scalis habito tribus sed altis.
Quod quæris propius petas licebit:
Argi nempe soles subire letum.
Contra cæsaris est forum taberna:
Scriptis postibus hinc & inde totis
Omnes ut cito perlegas poetas.
Illuc me pete: nec roges atrectum:
Hoc nomen dominus gerit tabernæ:
De primo dabit alteroue nido
Rasum pumice purpuraque cultum
Denariis tibi quinque martialem.
Tanti non es ais: sapis luperce..

Ad Cecilianum. 145

Cui legisse satis non est epigrāmata centum
Nil illi satis est ceciliane mali.

Marci Valerii Marcialis epigrammaton
Liber secundus.

Quid nobis inquis cum epistola? parum ne tibi præstamus si legimus epigrammata? quid hic porro dicturus es: quod non possis uersibus dicere? Video quare tragœdi epistolā accipiant: quibꝫ ꝓ se loqui non licet. epigrammata

Quid nobis in qs: Valerius Martialis de tiano suo amico secundum librum mittit: eum introducit consulentem: cur epistolam epigrāmatis proponat: cuius auctoritate commotus exit ī carmē omissa epistola. ¶ Quare tragœdi: comœdi: hoꝝ mos erat uti prologo: quē nunc Detianus appellat epistolam: ratio erat: quia eo prologo quo alloquebātur spectatores: nonnulla dicebant: quæ paulo post occupatione fabulæ dicerē non poterant: inde est qđ ait. ¶ Accipiant epistolā: idest utantur prologo. ¶ Loqui pro se: quia cum spectatoribus suo nomine non possunt postea occupatione.

Curione:ministra epistola suorum sensuum. Curio ministrum significat. Et sua ligua id est satis pro se loqui potest sine Curione:id est ministro. ¶ Faciunt epistolam.i. possūt uti prologo:quod non faciunt tragœdi. ¶ Noli ergo:hic est sensus: queadmodū si mimmus rem ridiculam facit non est uelandus toga: Ita & epigrammata si suos iocos præstant non sunt uelanda epistola. ¶ Personæ saltanti.i.mimmo. ¶ Retiariū ferula:& pueri uapulabant:& senū gressus iuuabant.ea infirmissimū est uirgultū: Vnde prouerbiū apud antiquos erat in eos: qui tenui & exiguo præsidio aduersus optime istructum pugnabant:eos pugnare ferula contra gladiatorē. hoc ait Detiāus: non est quod cogites: si male scripsisti te fore tutum aduersus obtrectatores hac epistola. nam hoc esset pugnare ferula contra gladiatorem: q̄si.d.ista epistola aduersus obtrectatores paruum præsidium præstat: Vel gladiatores cum non placebant uirgis cæsi explodebātur ex theatro: quod Oratius in satyra docet interprete Porphirione. Sit igitur sensus uide an uerbera quibus retiarii quum non placent afficiuntur: te delectent:quasi dicat si tu offendes nos ista epistola exploderis cæsus ferula:ut retiarius: & ego non te defendam: immo una cum aliis clamabo protinus in te. ¶ Reclamant. tractum a spectatoribus q statim reclamant: si quid inepte dixeris. ¶ Quid diceres:si scires quam longa epistola usuri eramus uerba Martialis. ¶ Paginam: epigrammaton.

curione non egent. & contenta sunt sua idest mala lingua. In quacunque pagina uisum est epistolam faciunt. Noli ergo: si tibi uidetur: rem facere ridiculam. & in toga saltanti inducere personam. Denique uideas: an te delectet contra retiarium ferula. Ego inter illos sedeo qui protinus reclamant. Puto mehercule deciane uerum dicis. Quid si scias cum qua & quam lōga epistola negocium fueris habiturus? Itaque qđ exigis fiat. Debebūt tibi: siqui in hunc librū inciderit: quod ad primam paginā nō lassi puenięt.

Ad Librum suum.

Tercentena quidem poteras epigrammata ferre:
Sed quis te ferret: perlegeretque liber?
At nunc succincti quæ sunt bona disce libelli:
Hoc primum est breuior quod mihi charta perit.
Deinde quod hæc una peragit librarius hora:
Nec tantum nugis seruiet ille meis.
Tertia res hæc est: quod si cui forte legeris:
Sis licet usque malus non odiosus eris.
Te conuiua leget mixto quincunce: sed ante:
Incipiat positus quam tepuisse calix.
Esse tibi tanta cautus breuitate uideris:
Heu mihi: quammultis sic quoque longus eris.

Ad Cæsarem domicianum. 2

Creta dedit magnum: maius debet africa nomen:
Scipio quod uictor: quodque metellus habet.

Ter cētena: Alloquitur librum:cui dicit se adhibuisse breuitatem: ut nullo tedio perlegatur qđ ut assequi possit:ut in manus ueniat calente mero:ait tamen se uereri:ne ita quoque longus uideatur. ¶ At nunc disci:docet commoda breuis libelli. ¶ Tertia:id est tertiū commodum. ¶ Si cui:si ab aliquo. ¶ Mixto:infuso. ¶ Quincunce sic:in ista breuitate. ¶ Hei mihi:ah q̄ a multis non legeris.

Creta: Domitiāus post duplicē triumphū de dacis populis germaniæ germanici cognomen assumpsit:septembremque mēsem appellauit germanicū: qđ eo incepisset bellum. hoc cognomen anteponit Martialis laudi Metelli: qui a creta deuicta cretensis dictus:& cognomini Scipionis Africani:cui africa uicta nomen dedit: Denique triumphis quos Vespasianus & Titus duxerant ex iudæis: quoniam non solus Vespasianus aut Titus sed uterque arma illis intulerat. Triumphi uero Germanici solus sit possessor:& dominus Domitianus. A Creta Metellus creticus dictus est. Ouidius in fastis.

Rheno domito: id est populis germanis: nam Germanicus frater Tiberii inde cognomẽ assumpsit. Et puer: quo pacto debuit dici Germanicus Domitianus puer: uicit ne germanos: nimirum est ex historia: uel ut ĩtelligas eum patrem secutum esse: qui ante susceptum imperium duas ualidissimas germaniæ gentes deuicit: penetrauitque usque in britãniam: uel quod magis placet: quoniam cum iuuenis esset adhuc una cum Antonino & Mutiano batauos germaniæ populos in leges & ditionem coercuit. Bataui autem habent insulam in rheno ad centum milia passuum. De hac hĩstoria Silius: At tu transcẽdens germanice facta tuorũ. Iam puer auricomo pformidate batauo: illic tamen britanno legimus: quod nihil refert: nam codices plerique habent batauo & eadem fuit expeditio. Idumeos: ex iudæis quasi dicat iudæi fuerunt uicti armis fraternis & patris. At solus uicisti germaniam?

Nobilius domito tribuit germania rheno:
Et puer hoc dignus nomine cæsar eras.
Frater idumeos meruit cum patre triumphos:
Quæ datur ex catis laurea tota tua est.

Ad Sextum.

Sexte nihil debes: nil debes sexte fatemur:
Debet enim si quis soluere sexte: potest.

In Amianum.

Quam blandus es amiane matri.
Quam blanda est tibi mater amiane.
Fratrem te uocat: & soror uocatur.
Cur uos nomina nequiora tangunt.
Quare non iuuat hoc quod estis esse?
Lusum creditis hoc: iocumque: non est.
Mater quæ cupit esse se sororem
Nec matrem iuuat esse nec sororem.

Ad Decianum.

Ne ualeam si non totis deciane diebus:
Et tecum totis noctibus esse uelim.
Sed duo sunt quæ nos distinguunt milia passum:
Quattuor hæc fiunt: cum rediturus eam.
Sæpe domi non es: cum sis quoque sæpe: negaris:
Vel tantum causis: uel tibi sæpe uacas.
Te tamen ut uideam: duo milia non piget ire:
Vt te non uideam: quattuor ire piget.

Ad Seuerum.

I nunc edere me iube libellos:
Lectis uix tibi paginis duabus
Spectasses cato coleon seuere.

Sexte: Sextus iactabat se nihil cuiquam debere martialis hominis iactantiam ioco subsannat: aitque se id credere: quoniam is tantum debet: qui potest soluere.

Quam blandus: Amianus habebat rem cũ matre: q̃ blãditur tibi mater. Nomina nequiora. i. hæ blanditiæ placẽt. Nec sororem: sed uxorem.

Ne ualeam: Iuerat salutatum Detianum sæpenumero: qui ad duo milia passuum distabat: sed ille uel aliis negociis: occupatus negabat se esse domi: uel aderat: ait poeta sibi non esse molestum ire duo milia passuum ut eum uideat: sed sibi graue esse ire quattuor: & eum non uidere: amittereque laborem. Ne ualeam: id est peream? Vacas tibi: indulges ocio.

I Nũc: In delicatum & seuerum lectorem: quem duabus paginis fessum dicit iam oscitare: & spectare ultimam partem libri: propterea eos sibi male consulere: qui suberit ut epigrãmata quæ olĩ recitabat & habebãtur in admiratione redigat ĩ libellos & emittat.

Oſcitationes: id eſt diſtractiones oris: quod eſt ſignum faſtidientis. Spectas deſchatocolicon: id eſt ultimam paginam: & finem libelli. Vitelliani: erant pugillares: quibus res amatoriæ & laſciuæ ſcribebantur. In diſtichis: Nondum hos legerit puella: Nouit quid cupiant uitelliani. Rapta: raptim hæc ſunt ſingula redacta in librum. Macer: breuis. Supiniores: id eſt ignauiores nunquam uidi maiorem ignauiam. Bouile uenienti ex aricia occurrunt: paulo citra locum ubi erat templum bonæ deæ: ea uia celeberrima erat: & ſacris aricinis & amœnitate locorum celebrem fuiſſe oſtendit Iuuenalis: Dignus aricinos qui mendicaret ad axes. Propterea poeta ſumpſit metaphoram a uiatore curſuro bouillas.

Pedianus aũt: ædes camœnarum erat ad portã trigeminam condita: ut alii annales habent: a Fuluio nobiliore: ut alii ab Octauio tibicine. Iter iungere quæris: iter iungũt hi qui per interualla quieſcunt in curſu. Camœnas: ad ædem muſarum. Bouillas: iquit curſurus uis ſubſiſtere ad portam. Aedem autem camœnarum primus Numa erexit auctor Liuius in primo ab urbe: & Plutarchus.

Declamas: In Attalũ qui artes omnes attigebat nulla erudiebatur. Martialis quærit quomodo debeat appellari: cum pariter omnes artes attingat: & ita ut nullã aſſequatur: & ediſcat ut ab ea poſſit accipere nomen: Ficto igitur nuper uerbo dicit eum debere appellari Ardelionem: Nam ardeliones ſunt qui ſtudio quodã ardent in rem omnẽ & nullam proſequuntur. Declamare eſt ficte orare ad exercitationẽ. Mimmi poemata: qualia ſcripſerũt Laberius Publius Philiſtio: in his ſolus riſus quærebatur. hi poetæ mimmographi dicuntur. Ardelio: nomen ſtudii: & non doctrinæ ab ardendo: id eſt feſtinando. Ardeliones ad omĩa feſtini & curioſi: ſed ut dixi nouitate nominis iocatur. Sequens epigramma eſt clarum.

Et longas trahis oſcitationes.
Hæc ſunt quæ relegente me ſolebas
Rapta ſcribere: ſed uitellianis.
Hæc ſunt ſingula quæ ſinu ferebas
Per conuiuia cuncta. per theatra.
Hæc ſunt: aut meliora ſiqua neſcis.
Quid prodeſt mihi tam macer libellus?
Nullo craſſior ut ſit umbilico:
Si totus tibi triduo legatur?
Nunquam deliciæ ſupiniores.
Laſſus tam cito deficis uiator.
Et cum currere debeas bouillas:
I ter iungere quæris ad camœnas.
I nunc edere me iube libellos.

In Attalum.

Declamas belle: cauſas agis attale belle:
Hiſtorias bellas: carmina bella facis.
Componis belle mimmos: epigrammata belle.
Bellus grammaticus: bellus es aſtrologus.
Et belle cantas: & ſaltas attale belle.
Bellus es arte lyræ: bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias: facis attamen omnia belle.
Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio.

Ad Lectorem.

Siqua uidebuntur chartis tibi lector in iſtis
Siue obſcura nimis: ſiue latina parum:
Non meus eſt error: nocuit librarius illis:
Dum properat uerſus annumerare tibi.
Quod ſi non illum ſed me peccaſſe putabis
Tunc ego te credam cordis habere nihil.
Iſta tamen mala ſũt: quaſi nos manifeſta negemus.
Hæc mala ſunt: ſed tu non meliora facis.

SCripsi: In Næuiam iocus est. nam dare absolute apud Martialem modo est dare precium: modo dare coitum. ut illud res perridicula est uis dare scilicet coitum nec dare uis scilicet precium: exigebat precium Martialis a Næuia pro coitu. ❡Non dabit ergo: scilicet coitum. Interrogatiue immo dabit scilicet precium ut emat a me coitum: quasi dicat si uoluerit a me coitum omnino soluet: aliter enim nolo.

BAsia dimidio: Posthumus male olebat conscius huius rei dimidio labro oscula dabat occurrentibus amicis. Martialis dicit se nō ægre ferre: si dimidio tantum labro osculatur: sed se facere potestatem ut dimidium adimat. ❡Posthumus: nomen fictum est apud poetam: ut indicat. Quis sit posthumus ī meis libellis non dicam. ❡Licet demas: potes demere: hoc etiā dimidiū. & id facile pateat.

De næuia. 9

Scripsi: rescripsit nil næuia. nil dabit ergo:
Sed puto quod scripsi legerit: ergo dabit.

In Posthumum. 10

Basia dimidio quod das mihi posthume labro:
Laudo: licet demas hinc quoque dimidium.
Vis dare maius adhuc & inenarrabile munus?
Hoc tibi habe totum posthume dimidium?

In Selium. 11

Quod fronte selium nubila uides rufe,
Quod ambulator porticum terit serus
Lugubre quiddam quod tacet piger uultus:
Quod pene terram tangit indecens nasus:
Et dextra pectus pulsat & comam uellit:
Non ille amici: fata. luget aut fratris.
Vterque natus uiuit: & precor uiuat.
Salua est & uxor sarcinæque seruique.
Nihil colonus uillicusque decoxit.
Mæroris igitur causa quæ est? domi cœnat.

In Posthumum. 12

Esse quid hoc dicam. quod olent tua basia myrrhā:
Quodque tibi est semper non alienus odor.
Hoc mihi suspectū est: q̄d oles bene posthume sēp:
Posthume non bene olet: qui bene semper olet.

Ad Sextum. 13

Et iudex petit & petit patronus.
Soluas censeo sexte creditori.

QVod fronte: Ad Ruffum cœnipetam. Ita habet inscriptio antiqua: id est sectantem & petentē aliam cœnam. ❡Nubila: torua & mœsta. ❡Porticum seram: id est serus terit porticum. ❡Piger: torpens tacet quiddam lugubre: quiddam insigne luctus. ❡Indecens: turpis terit terram demisso uultu. Ita enim est habitus lugētis. ❡Decoquere: si absolute dicatur est fugere ob æs alienum. si cum accusatiuo significat penitus consumere. tractum a rebus: quæ consumuntur coctione.

Decoquere

MYrrha: suauissimi odoris arborem habet. ut nonnulli dixere ī eadem silua cum thure. & cum alia unguenta: ex diuersis rebus constarent: sola myrrha habebatur pro unguēto. ❡Non alienus: id est semper habes odorem alienum & accersitū. ❡Hoc mihi suspectum: quia nō bene olet semper: quia non habet bonum odorem & naturalem. erat enim fellatoris uitio olidum: sed id odoribus emendabat.

Myrrha

ET iudex: Cauillatur In Sextum qui adeo gloriatur illa iactantia se nihil cuiq̄ debere. ut iustis etiam creditoribus ambagibus litium rem creditam negaret: nunc in litigātem aduersus creditorem iocatur: & ait poeta Sexte dū unum creditorem uis subterfugere tres habes: nam & iudex petit: & patronus & creditor: fuerit prudentius creditori soluere: ut duos deuites: q̄ unum subterfugere: ut in tres incidas.

In Selium.

Nil intentatum selius nil linquit inausum:
    Cœnandum quotiens iam uidet esse domi.
Currit ad europen & te pauline: tuosque
    Laudat achilleos sed sine fine pedes.
Si nihil europæ fecit: tum septa petuntur:
    Si quid phillirides præstet & æsonides.
Hinc quoque deceptus mēphitica tēpla frequentat:
    Assidet & cathedris mœsta iuuenca tuis.
Inde petit centum pendentia tecta columnis:
    Illinc pompeii dona nemusque duplex.
Nec fortunati: spernit nec balnea fausti:
    Nec grylli tenebras: æoliamque lupi.
Nam thermis iterum cunctis: iterumque lauatur:
    Omnia cum fecit sed renuente deo:
Lotus ad europes tepida buxeta recurrit:
    Si quis ibi serum carpat amicus iter.
Per te perque tuam uector lasciue puellam:
    Ad cœnam selium tu rogo taure uoca.

NIl intentatū: In Selium cœnipetam: qui loca urbis ubi hominū conuētus esse solent: discurrebat: ut ab aliquo inuitaret: poeta iocatur dū singulis in locis anxium: & sollicitū cœnæ ostēdit. ¶ Europæ: ex oībus urbis locis cāpus martius habitus dignus ē: auctor Strabone: in quo præclarissima picturarū aliorūque ædificiorū opera collocarent: uel loco saltē uicino. Non procul igit a campo martio erat fabula Europes picta in porticu quēadmodū uecta est a Ioue uerso in taurū: eratque prope locus buxo consitus exercitatioī & cursui aptissimus. Alibi Martialis: Sed curris uineas tantum prope uirginis undas: aut ubi sidonio taurus amore calet. ¶ Achilleos pedes: id est celeritatē tuorum pedum. nā Achilles hoc epitheto frequenti carmine celebratur ab Homero ποδασ ωκυσ αχιλλευσ uelox pedibus Achilles stulte alii exponūt pedes achilleos: id est carmina dē Achille. Amici igitur Pauli currentis Selius uelocitatem laudabat: ut ita uenaretur cœnam. ¶ Sine fine: supra q̄ decebat. ¶ Si nihil fecit: id est si nihil potuit assequi. ¶ Phillirides: Chiron: Phillirae & Neptuni qui erat in fabula argonautarū pictus. ¶ Aesonides: Iason filius Aesonis. Argonautæ picti erāt in cāpo martio ī amœnissima porticu: & ambulatiōe: quæ multis frequētabat. alibi Martialis: An spacia carpit lentus argonautarū. ¶ Memphitica: Isis templum habuit Romæ proximum ei campo: qui erat coniunctus campo martio. Iuuenalis: Calidaque petitas a meroe potabit aquas: ut spargat in æde Isidis antiquo: quæ p̄xima surgit ouili. Sacra autem illa celebrabantur magna hominum frequentia: & inde sæpenumero scortationes: & lenocinia parabantur. ¶ Memphitica: ægyptia: quia ex ægypto ¶ Iuuenca: Isis quæ olim iuuenca fuit. ¶ Mœsta: epitheton Isidis propter mortem mariti Osiridis. ¶ Centum columnas: porticum uipsanam intelligit: ut alii pompeianam. Versus sunt Ouidii & plures Proper. Illud historia tradit hanc fuisse ingenti sumptu ædificatam: & nobilem inter cætera ornamenta industria antiphili pictoris: qui illic pixit Cadmum & Europē. ¶ Dona: Pompeii. hi maxime ornarunt urbē ædificiis Pompeius. Iulius Cæsar: Augu. & eius familiares Octauia: Pompeius theatrum struxerat præter porticus & multas inambulationes. ¶ Duplex nemus: quid garriūt: nonnulli de curia Pompeii nonne uel Strabonis uerba sunt satis: qui scribit hortos nemorosos circa hæc loca fuisse: ut intelligas. ¶ Nemus duplex: id est latum: uel uerba Liuii: quod magis placet: qui scribit locum in urbe fuisse: qui dicebatur inter duos lucos: & quidem amœnū. ¶ Non spernit: id est descendit. ¶ Fortunati. N.P. ¶ Aeoliā. i. balnea uentosa. ¶ Renuente deo. i. non fauente. ¶ Buxeta: loca consita buxis: ad Europam porticum: buxetum dictum est quercetum: cornetum: Ilicetum. Fagutal a fago. Vnde fagutalis Iuppiter. ¶ Tepida: quia post meridiem illic inambulabant ad exercitationem. alibi: An delicatæ sole rursus Europæ inter tepentes post meridiem buxos. ¶ Voca: ad cœnam: id est ad me uitam Selio: nam si cœnabit cum Ioue discedet e uita: quod urbaniter dicit: quum aliud dicere uideatur.

QVod nulli: Potes accipere Hermi calicẽ fuisse uenenatum: uel quod magis placet os fetidum fuisse ob fellationem: nam hoc sensu solet in fellatorem iocari: ut in Sabidium: cuius flatu ait escam merdam esse factam. hic nulli propinabat calicem quod uidebatur superbi hominis: sed eum humane agere scribit Martialis: ne perdat compotorem ueneno: uel fetore potius animæ ex fellatione.

ZOilus: Zoilus ut opes lecti ostentaret: se ægrotũ simulabat: ait Martialis non opus eẽ medico ad leuandũ morbum sed uilioribus stragulis.

In Hermem. 15

Quod nulli calicem tuum propinas:
Humane facis herme. non superbe.

In Zoilum. 16

Zoylus ægrotat: faciunt hanc stragula febrem:
Si fuerit sanus: coccina quid facient?
Quid torus a nilo: quid sindone tinctus olenti:
Ostendit stultas quid nisi morbus opes?
Quid tibi cum medicis: dimitte machaonas omnis:
Vis fieri sanus stragula sume mea.

Ad Amianum. 17

Tonstrix suburæ faucibus sedet primis
Cruenta pendent qua flagella tortorum:
Argique lætum multus obsidet sutor
Sed ista tonstrix amiane non tondet.
Non tondet inquam: quid ergo facit radit.

In Maximum. 18

Capto tuam: pudet heu: sed capto maxime cœnam:
Tu captas alias. iam sumus ergo pares.
Mane salutatum uenio: tu diceris isse:
Ante salutatum: iam sumus ergo pares.
Sũ comes ipse tuus: tumidique anteambulo regis:
Tu comes alterius: iam sumus ergo pares.
Esse sat est seruum: iam nolo uicarius esse:
Qui rex est regem maxime non habeat.

¶ Stragula: ut Varro scribit dicebãt omia quæ lecto sternebant. ¶ Coccina: id ẽ stragula tincta cocco. ¶ Torus: lecti ornamẽtum erat ex lino. maximi precii habebatur: si ex illo gosipio lino ægyptio esset confectus: nam linum illud candore & subtilitate præstat. ¶ Tinctus: non placet cĩctus: nam cinctus nõ est lecti ornamentum sed uestis muliebris. nunc poeta de stragulis loquitur.

Legatur ergo uel tĩctus: ut repetas torus: hoc ẽ qd faciet torus tinctus. ¶ Sindone olenti: id ẽ purpura: uel tigus: nam tigus ornamenti genus erat appellatione barbara: auctor Varro. ¶ Sindon est genus lini subtilissimi: ut legas quid tigus faciet confectus: sindone lino subtilissimo.

¶ Olenti: scilicet bene.

¶ Machaones: medici dicti a Machaone filio Aesculapii. ¶ Sume mea stragula: quoniam ea noles ostentare: sunt enim uilissima: & ita fies sanus: hoc ẽ nõ simulabis te ægrotare.

TOnstrix: In tonstricẽ quandam: quæ non solum tondebat: sed pecunia homines radebat. grãdem enim coitus mercedem poscebat. ¶ Qua pendent flagella: nam illic erant flagella eorum qui puniebant alios. Oratius: Metuens pendentis habenæ tortores: qui damnatos flagris afficiebant. ¶ Obsidet sutor: in argileto erant multæ sutrinæ.

CApto: In Maximum: qui uolebat esse dominus Martiali: cum ipse aliis seruiret. Captare: est blãditiis & seruilibus officiis aliquid quærere: ut scurræ: & alii. ¶ Anteambulo dr̃ qui ambulat ante dominũ honoris gratia: hoc est usus uerbo Tranquillus: qđ perraro inuenies: atque haud scio an usq̃ præterq̃ in uita Vespasiani: ubi scribit matrẽ solitam appellare eũ anteambulonẽ frĩs. ¶ Vicarius. i. nolo uices serui sustinere. i. nolo eẽ secũdus seruus: nã q aliis seruiũt seruiẽtibus sunt seruoꝝ uicarii. ¶ Rex. i. dominus: nã rex apđ Oratiũ Iuuenalẽ: & hũc poetã dr̃: qui colit a clientibus ut patronus seruorum. Vnus. L. Columella præter hos poetas in procemio hoc uerbo ita usus est: q̃ regis inqt somnos aucupari

Stragula u[...]
Torus
Tigus
Sindon
Machaones
In argileto erat sutri[...]
Anteambu[...]

FElicem: In Zoilum simulantem aduersam ualitudinem: ut supra dictum & accipiẽtem amicos mensa: quæ ægrotantibus solet parari. ¶ Debet: oportet eum esse ægrotũ qui tecum cœnet: nam conuiua ad cliuum aricinum est mendicus corpore læso. Quem tua cœna felicem facit: id est cui placet tua cœna: & ea se putet felicem: nam cibis quidem lautis erat parata: sed iis qui solent dari ægrotantibus. Vnde cauillatur cœnam eam esse aptam ægrotis: & eos qui ægroti mendicãt ad cliuum aricinum se putaturos felices ea cœna. ¶ Basia: id est malo manum quam basia: quia male olent. Quid: ob illud epigramma: Basia dimidio. Cœpit utroque: dare ut illud ulciscatur. ¶ Nondum: non dicã nomen Posthumi & quid sit quia poterit uindicarẽ sub specie amicitiæ dando basia mihi: quæ male olent. Cætera quattuor epigrãmata sunt clara.

SI det: In Candidum de quo alibi: Candide κοινα φιλων. Is amplissimis uerbis pollicebatur se fore omnis aduersæ fortunæ comitem. Martialis poeta ait se nolle amicum qui tantum in calamitate sit comes: sed eum qui si factus fuerit diues det aliquid. ¶ Tristem reatum: si fueris reus. ¶ Reo: scilicet te. ¶ Exulis: tui. ¶ Dat: fortuna. Hoc: si fortũa dat. ¶ Partem: id est dimidium. ¶ Multum est: id ẽ posses dicere nimium esse dare dimidium. ¶ Das aliquid? interrogatiue quasi dicat non.

DAs nũquam: Galla meretrix quæ non stabat promissis. unde inquit: si semper contrarium facis: nega mihi & dabis.

In Zoilum. 19

Felicem fieri credis me zoile cœna:
Felicem cœna zoile deinde tua?
Debet aricino conuiua recumbere cliuo:
Quem tua felicem zoile cœna facit.

De Paulo. 20

Carmina paulus emit. recitat sua carmina paulus:
Nam quod emas: possis dicere iure tuum.

In Posthumum. 21

Basia das aliis: aliis das posthume dextram:
Dicis utrum mauis elige: malo manum.

De Eodem. 22

Quid mihi uobiscum ẽ o phœbe nouemque sorores
Ecce nocet uati musa iocosa suo.
Dimidio nobis dare posthumus ante solebat:
Basia: nunc labro cœpit utroque dare.

De Eodem. 23

Non dicam licet usque me rogetis
Quis sit posthumus in meo libello
Non dicam: quid enim mihi necesse est
Has offendere basiationes:
Quæ se tam bene uindicare possunt.

In Candidum. 24

Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum:
Squalidus hærebo pallidiorque reo.
Si iuuat patria damnatum excedere terra:
Per freta per scopulos exulis ibo comes.
Dat tibi diuitias: & quid sunt ista duorum?
Das partem: multum est. candide: das aliqd?
Mecum ergo miser es: quod si deus ore sereno:
Annuerit: felix candide solus eris.

Ad Gallam. 25

Das nunquam: semper promittis galla roganti:
Si semper fallis: iam rogo galla nega.

QVod querulum: Propter tussim Bithinnicus sperabat Næuiam morituram: quoniã tussim uehementius agitabatur: sed fallitur: quoniam Næuia meretrix ita solet blandiri. ¶ Spirat: anhelat. ¶ Blanditur: scilicet tibi auaro: nam tu caperis iis blanditiis: quũ inde speres cito morituram.

LAudantẽ: Cœnæ cum retia tendit. i. cum captat cœnam. ¶ Accipe: audi. ¶ Effecte: plene. ¶ Facta est iam tibi cœna: quia cœnabis mecũ. ¶ Hæc uolui te dicere: uerba eius: q laudatus est a Selio. ¶ Tacet lege: nõ tace. Ita habet codex antiquus: id est cũ audit Selius cœnã sibi esse paratam: statim silet quasi assecutus quod uolebat & timens ne loquendo offendat.

Ad Bithinicum.

Quod querulum spirat quod acerbum neuia tussit:
Inq; suos mittit sputa subinde sinus:
Iam te rem factam bitinice credis habere?
Erras. blanditur neuia: non moritur.

De Selio.

Laudantem selium cœnæ cum retia tendit:
Accipe siue legas: siue patronus agas.
Effecte. grauiter. cito. nequiter. euge. beate:
Hoc uolui. facta est iam tibi cœna: tacet.

In Sextilum.

Rideto multum qui te sextile cinædum:
Dixerit: & digitum porrigito medium.
Sed nec pædico es: nec tu sextile fututor:
Calda uetustina nec tibi bucca placet.
Ex istis nihil es fateor sextile: quid ergo es?
Nescio. sed ut scis res superesse duas.

Ad Ruffum.

Ruffe uides illum subsellia prima tenentem:
Cuius & hinc lucet sardonicata manus.

RIdeto: In Sextillum masturbatorẽ & fellatorẽ: Is contracta fronte & stoico supcilio nolebat uideri mollis Martialis iocaẽ: & quasi uideaẽ assentari ait Sextillũ non debere uereri: q aut cinædus: aut pædico: aut fututor: aut cunnilingus habeatur sed tamẽ duas res supesse: quæ uel ab hispido & seuero possint effici: hoc ẽ fellare & masturbari. ¶ Rideto. i. derideto illũ q te appellauerit cinædũ. ¶ Porrige digitũ mediũ: erat indiciũ contumeliæ: nã digitus ille ĩfamis dicebaẽ: seu uerpus: quoniã eo iudæi delapsa intestina recondebant. Iuuenalis: Medium que ostẽderet ungnẽ. i. mediũ digitũ. ¶ Calda bucca id est uulua: quia non es cunnilingus. ¶ Duas res: id est fellationem: & masturbationem. Masturbari a uerbo græco tractum est: nã græci ὑασροπευω dicunt lenocinio & blãdiciis conciliare. Vnde masturbari dixerunt latini ꝓ eo qđ est uirilia ĩpudenter tractare. ¶ Fellare: ab hædis & agnis tractũ: qui fellare dicunẽ ubera matris: cũ lac sugunt. hoc uerbo usus est Varro in re rustica: ĩ agnis Solinus frequẽtatiuo scilicet fellito: In hædis & Plinius. Dicitur autem non a felle animali: quod sentire est ridiculum: sed a uerbo græco quod est os contaminare: ita interpretatur Suidas testimonio etiam Aristophanis.

RVffe: In eũ q ex seruili conditiõe puenerat ad equestrẽ dignitatẽ: insigniaque equestria gerebat: poeta facete iocaẽ. ait. n. si nescis qs ille sit q ĩdutus & pictus ẽ equestribus ĩsignibus: amoue splenia & ornamẽta illa: legesque ĩ fronte qd sit. & apte alludit ad picturã, nã dicimus plegeř oculis ea q̃ picta sũt: ut apđ Virg. hic aũt habebat notas legẽdas ĩ fronte. i. stigmata. ¶ Illũ terentẽ pria subsellia: nã ĩter subsellia iudicũ eqtes sedebãt: ut supra dictũ ẽ. & Plinius: & Strabo sunt auctores. ¶ Sardonicata manus: id est habens annulũ ligatum sardonice: & hoc est signum equitum: qui annulo donabantur. sardonice autem gemma in maxima fuit auctoritate: annulo præserti Policratis: q cũ & ab Herodoto & a latis nr̃is memoriæ sit commendatus. Gemmã sardonicẽ habuisse scribiẽ: dicitur & sardonicus. Iuuenalis: Gemmaque princeps sardonicus: cuius tyron epotauere lacernæ. i. cuius lacernæ totiens tinctæ sunt: primũ tantũ bis tingebantur purpuræ: dicebanturque dibaphæ:

qualibus usus est Lentulus Spinter primus: postea sæpius tinctæ fuerunt maiore honore & impendio. Et uides: illũ cuius lacernæ lucent bis tinctæ: Lacernæ sup induebantur togæ. Toga cœa: quæ ex Cœa insula confecta erat. urebant etiã uiri: uincebant tamen albedine a mulieribus bombicem assyriam gestãtibus. Pinguis: uncta. Marcelliano: unguento confecto a Marcello: nam unguenta: aut a locis sumunt appellationem: ut Rhodia & Mendesia: aut a magistris ut Cosmiana & Marcelliana: aut a succis immixtis: ut Nardi nardina: opobalsama.

Quæq; tiron totiens epotauere lacernæ:
Et toga non tactas uincere iussa niues,
Cuius olet toto pinguis coma marceliano:
Et splendent uulso brachia trita pilo.
Non extrema sedet lunata ligula planta:
Coccina non læsum pinguit aluta pedem.
Et numerosa linunt stellantem splenia frontem:
Ignoras quid sit? Splenia tolle: leges.

In Caium.

Mutua uiginti sestertia forte rogabam:
Quæ uel donanti non graue munus erat.
Quippe rogabatur fidusq; uetusq; sodalis:
Et cuius laxas arca flagellat opes.
Iis mihi diues eris: si causas egeris inquit:
Quod peto da Cai: non peto consilium.

Ad Marianum.

Sæpe ego christillam futui: det quam bene: quæris:
Supra quod fieri nil mariane potest.

In Ponticum.

Lis mihi cum balbo est: tu balbum offendere nõ uis
Pontice: cum licino hic quoq; magnus homo est.

Euulso pilo: nã euellebãt pilos ut molliores uiderent unde & instrumentum appellarũt uolsellas: ut Varro. Lingula: uinculum erat calciamẽti: quã alii dixerũt ligulã. Ligula præterea aliud significat: qđ in distichis declarabit. ꝓ uinculo calciamenti Pompeius posuit: & usus est Iuuenalis: ligulam dimittere. Sedet: apposita ẽ. Non hesterna: non heri sed singulis horis concinata. Plãta lunata. i. calceis lunatis qđ erat nobilitatis ĩdiciũ: ut supra dictũ ẽ. Aluta: coccina: pellis rubẽs. Pingit: apte format: & pedem non lædit. Splenia: sunt q lenia dicãt. id uerbũ est apud poetã in distichis: & apđ Festum. sed placet ut splenia legat. Erant autẽ pãni bombicini odoribus & unguento ꝑfusi. Vides inquã illum cui splenia. Numerosa: id est per numerum & ordinem composita. Linunt: oblinunt. Stellantem frontem: id est radiantẽ: quia uidebat radiare uel notis insignitam. Amoue splenia: quæ cooperiunt stigmata & notas. & alludit ad hominem pictum notis. Leges: cognosces esse seruum.

MVtua: in Calũ auarũ q cũ ab eo rogaret mutuũ Martialis: consuluit ut ageret cãs si uolebat eẽ diues. Vel etiã. i. non modo non debuit mihi recusare in mutuum: sed etiã non esset molestum nimis si donasset. Flagellat: arctat & continet. alibi in eundem: l tibi dispereas gaure pusillus homo es.

SAepe ego christillã: Codex antiquus habet Christinũ. Quod bene det: iocat in hoc dare bene: cũ enĩ ille ĩterrogat ĩtelligit q̃ humaniter det: hic respondet ĩtelligit dare largiter: id ẽ largo femore. Supra qđ fieri nil mariane potest: id ẽ nonpossef dar largius.

LIs mihi: Epigrãma ẽ in Balbũ: q uolebat uideri domĩus: cũ multis seruiret: multosque timeret. Balbus erat ditissimus ficto tamen noĩe a Martiale: nã qcunque hic noĩant supra tpa Domitiani fuerũt. Licinus: ditissimus fuit siue intelligas tonsorẽ: de quo illud distichon: Marmoreo Licinus tumulo iacet: at Cato: puo: Põpeius nullo credimus eẽ deos. siue is sit de quo Persius: nũc licini ĩ cãpos nũc Crassi mittit ĩ ædes. hic ponit ꝓ diuite. Patrobas: alio uerbo repperi Patrobũ Paulũ ĩuersis syllabis nunc a poeta. is fuit libertus Neronis qui tanto studio pallestræ tenebatur: ut harenam a nilo usque iuberet sibi afferri in theatrũ: qua spargeretur: Plinius auctor ẽ. Confinis: qui habet agros ui cinos mihi.

¶Vexat:id est semper arripit mihi aliquid. ¶Laronia:de qua Iuuenalis:Non tulit ex illis toruum laronia quendam.hæc diuitias & hominum gratiam cum esset uidua & orba assecuta est:ut quotiens nominatur:potens & diues introducatur:ut hoc loco. ¶Abnegat:depositum. ¶Orba.i.caret filiis. ¶Diues anus:uidua.Omnia hæc faciebant spem hæreditatis Balbo. ¶Sit liber:nulli seruiat quod dixit superius:Esse sat ē seruū:& non uicariū.

CVr:Poeta uult ostendere Philenem habere uultum similem priapo:qui caluus:ruffus:luscus est:& hæc non aliā habebat frontis imaginem:propterea qui eam basiabat non dabat oscula sed uidebatur fellare:hoc est ore mentulam tractare ¶Philenis:nomen meretricis:ductum ab meretrice:in quam Philocrates poeta scribit. ¶Calua:& mentula:quæ calua est sine capillis.

CVm placeat:In Gallā quæ Phileroti prostrabat:cui omīa bona dederit a priore marito relicta:unde factum erat ut tres filii prioris mariti fame perirēt:ait poeta eam nihilo meliorem eē Pontia:quæ duos filios uenēo necauit:cum hæc tres patiatur fame perir̄. de Galla alibi:Munera post septē nupsit tibi Galla uirorū. Fuit itē Atria Galla:cuius meminit Tacitus. ¶Fame:collata omni pecunia. ¶Phileros:adulter. ¶Redemptus:ad coitum precio conductus. ¶Tota dote:quam habebas sub priore marito. ¶Indulgētia:adeo indulgens tuo cūno

Vexat sæpe meum patrobas confinis agellum:
　Contra libertum cæsaris ire times.
Abnegat:& retinet nostrum laronia seruum:
　Respondes:orba est:diues:anus:uidua.
Non bene:crede mihi:seruo seruitur amico:
　Sit liber dominus qui uolet esse meus:

In Philenem. 33

Cur non basio te:phileni:calua es.
Cur non basio te:phileni ruffa es.
Cur non basio te:phileni lusca es.
Te qui basiat phileni fellat.

In Gallam. 34

Cum placeat phileros tota tibi dote redemptus:
　Tres pateris natos galla perire fame:
Præstatur cano tanta indulgentia cunno.
　Quem nec casta potest iam decuisse uenus.
Perpetuam dii te faciant philerotis amicam:
　O mater:qua nec pontia deterior.

Ad Phœbum. 35

Cum sint crura tibi simulent quæ cornua lunæ:
　In rhitio poteras phœbe lauare pedes.

¶Casta Venus:legitimus coitus:id est quem etiam legitimus coitus non deceret. ¶Dii te perpetuam:Phileros ueneficus erat:& coniuges omnes necabat ueneno.Alibi:Septima iā Phileros uxor tibi conditur agro.Plus nulli Phileros quam tibi reddit ager. Quasi igitur prædicens futurum interitum Gallæ:Martialis a Philerote uenefico optat ex commiseratione:ut sit perpetua id est longo tempore amica Phileroti. ¶Ipsa Pontia:deterior quæ duos necauit. De Pontia Iuuenalis:Tu ne duos una sæuissima uipera cœna Tu ne duos? Sunt qui afferant testimonium ex epigrammate uetusto quo illa scelus fatetur. Fuit altera Pontia:quam Octauius sagitta amauit ardentissime necauitque cum non obsequeretur:nec posset abduci a fide coniugii. ¶Deterior:quia tu pateris tres perire fame.

CVm sint:O Phœbe cum habeas curua crura tu potes lauari in rhidio.Nam rhidium geometricæ dimensionis uas ab angusto fundo in oris latitudinem exiens:uel alludit ad Phœbum:& Lunam,de hoc alibi dictum est a nobis. Libet addere alteram sententiam imbricum canale est in tectis quo aqua effluit ut Festus scribit. Iocans igitur poeta:ait. Cum phœbus habeat uarra & obtorta in exteriorem partem crura ita ut pedes coniūgantur:quod in eiusmodi hominibus uidemus eum posse lotio pedes abluere commode appellat autem imbritium effluentem urinam tanquam ex canali.Alibi. Incipit in medios meiere uerpa pedes. Ita leges:Imbritio poteras.

Pectere in cinædum socraticum: cuius generis homines multo carmine insectatur q sint cinædi socratici. Iuuenalis: Hispida membra quidem & duræ per brachia setæ. Mitrarum: mitris utebantur phrygii & molles homines: quod phrygio obiicitur apud Virgilium: Et tunicæ manicas: & habent redimicula mitræ. ¶Nec sit tibi barba mitrarũ: id est nec pendeant redimicula mitrarum. Virgilius in quarto: Mæonia mẽtum mitra crinemque madentem. Iuuenalis: Ite quibus grata est picta lupa barbara mitra. Potes ergo ita accipere: id est nec pendeant tibi redimicula mitrarum: uel non sit tibi barba mollium hominum q mitris utuntur: quod placet reorum: id est prolixã: qualem rei habent. ¶Nimirum uirum: id est horridum: nec parum uirum sed uolo teneas medium. ¶Vulsa mens: id est habes mores luxuriosos: & mẽtem mollem: ut supra cum perstaret in metaphora dixit galbios habes mores.i.luxuriosos.

In Pannicum. 36

Pectere te nolim: sed nec turbare capillos:
Splendida sit nolo: sordida nolo cutis.
Nec tibi mitrarum: nec sit tibi barba reorum:
Nolo uirum nimium pannice nolo parum.
Nunc tibi cura pilis: & sunt tibi pectora setis:
Horrida: sed mens est pannice uulsa tibi.

In Cecilianum. 37

Quicquid ponitur hinc & inde uerris.
Mammas suminis: imbricemq; porci.
Communemq; duobus atagenam.
Mullum dimidium: lupumq; totum.
Murænæq; latus: femurq; pulli.
Stillantemq; halica sua palumbum.
Hæc cum condita sunt madente mappa
Traduntur puero domum ferenda.
Nos accumbimus ociosa turba.
Vllus si pudor est: repone cœnam:
Cras te ceciliane non uocabo.

In Linum. 38

Quid mihi reddat ager quæris line nomentanus:
Hoc mihi reddit ager te line non uideo.

Quicquid: In Cecilianum qui inuitatus a Martiale præ auaritia & ingluuie multa ex mẽsa subrepta domum mittebat: ait poeta se non parasse eas res in sequentem diem: sed in præsenti mensa: & se uelle eum conuiuã hodie non cras. ¶Verris: rapis ex omni parte. ¶Suminis: porcini: nam sumina ingenuæ gulæ habebãtur: & abdomia: quorum adeo fuit auidus Publius mimorũ poeta: ut post libertatem nunquam sine abdomine cœnauerit. de sumine in distichis: Esse putas nondum sumẽ sic ubere largo effluet: & uiuo lacte pupilla tumet. ¶Imbricem: id est lumbum: nec inepte fortasse intellexeris de ea parte quæ aprunos dicebatur. Ea manebat in medio discerpto apro inter partes. ¶Attagena: auis Ionica: quæ cum soleat canere capta obmutescit: masculino genere protulit Oratius: Non auis afra non attagẽ Ionicus. inter raras aues habebatur: Martialis: Inter sapores fertur alitum primus Ionicarum gustus attagenaq;. ¶Mullus piscis lautæ oli mensæ ¶Lupũ laneũ intelligit captũ inter duos pontes. oli enĩ obtinebat principatũ inter pisces. Laneus a cãdore & mollitie carniũ. Idẽ Oratius ĩ sermonibus. ¶Alica: genus præstãtissimi tritici erat qđ leborini potissimum campi ex Campania mittebant & incognita ætate Pompeii ab alendo dicta. ¶Stillantẽ: præ pinguedine: & sua alica pastũ.i. madẽte cibo & pĩguedine ciborum. ¶Nos turba ociosa: id est nos ociosi. ¶Non uocaui te cras: id est nolo te conuiuam cras: sed hodie caue uerbum iuocas & scribas. ¶Vocabo: pro uocaui: nam ex hoc existit epigrammatis iocus quod ait non uocaui te cras: id est cœnam paraui ut edas hic: non ut serues in crastinum.

Quid: Ager nomentaneus olim erat incultus auctore Plinio. miranti lino & roganti: quid ex eo haberet respondit quod illum non uideat: quia molestus erat Martiali. & id satis amplum fructum præstabat.

COccina. Mulieres in adulterio deprensæ cogebant̃ prodire in publicum toga indutæ. ostendit hoc alibi Martialis iocans de spadone: Thelyn uiderat in toga spadonẽ: Dãnatam Numa dixit esse mœcham. Si aliter intelligas nullus est sensus dignus Martiale: & ignoras hũc morẽ fuisse apud antiquos: quod potuit te docere Oratius interprete Porphirione eo uersu: Quid interest in matrona ancilla ue pecces ue togata. Porphirio: Togatæ autem in publicum procedere cogebant̃ fœminæ adulterii admissi conuictæ. Idem etiã interpretat̃ Acron hisdem uerbis quibus Porphirio: quãuis alias addat opiniones. Iuuenalis ex sententia Martialis loquens ut est a nobis expositum ita ait: Est mœcha Iabulla. Dãnet̃ si uis etiam carphinia talem Non sumet damnata togam. Ait igit̃ cum uestes mittas mœchæ famosæ: earumque magnificentia cupias placere: Nulla est quæ aptius mitti possit q̃ toga: notans. s. hominis imprudentiã: qui mœchæ famosæ matronales uestes mitteret: & morẽ antiquitatis: quo togatæ mœchæ ducebantur in publicum.

De muneribus mœchæ 39

Coccina famosæ donas & ianthina mœche:
Vis dare quæ meruit munera: mitte togam.

In Tongilium. 40

Vri tongilius male dicitur hemitritæo.
Noui hominis mores: esurit atque sitit.
Subdola tenduntur crassis modo retia turdis:
Hamus & in mulum mittitur atque lupum.
Cecuba sicentur: quæque annus coxit opimi.
Condantur parco fusca falerna uitro.
Omnes tongilium medici iussere lauari.
O stulti febrem creditis esse: gula est.

VRri. Hemitritæũ est genus febris tertianæ ut Celsus exponit. Tongilius erat gulosus: & ut bene coenaret simulabat ægrotationem. Subdola: dolosa. Annus opimi. i. uinum opimianum: quoniã. L. Opimio cons. fuit tẽperies cæli quæ coctura dicitur auctore Pli. iccirco coxit. Parco uitro: exiguo uase quali utuntur ægrotantes.

In Maximinam. 41

Ride si sapis o puella: ride.
Pelignus puto dixerat poeta.
Sed non dixerat omnibus puellis.
Quanuis dixerit omnibus puellis:
Non dixit tibi: tu puella non es:
Et tres sunt tibi maximina dentes:
Sed plane piceique buxeique.
Quare si speculo: mihique credis:
Debes non aliter timere risum:
Quam uẽtum spanius: manumque priscus:
Quam cretata timet tabella nimbum.

RIde. In Massiminam quæ cum anus esset & iam paucos haberet dentes & eos quidem rubiginosos: risu & blanditiis imitabatur puellas: quasi secuta Ouidii præceptum in arte: qui ait puellas risu nonnunquam conciliari: poeta consulit ne accipiat illud tanquam sibi dictum: cum potius risu offendat: q̃ blandiatur: & suum secuta consilium ploret potius q̃ rideat. Plane picei: idest penitus coloris picei ac per hoc nigri. Spanius: & Priscus elegantiorum nomina sunt: quorum cum alter numeros crinium & ordinem affectaret: uentum timebat: alter politioribus uestibus uteretur manu nolebat tangi. Alibi de homine Bello: Pallia uicini qui refugit cubiti. Cretata fabulla: & de hac Fabulla supra locutus est poeta quam nunc cretatam dicit non a terra creta: ut puto: nam creta non præstat cutem muliebrem nitidiorem: seu ꝓpter terrã chiã quæ si Plinio credimus uultui accommodatissima est: ꝙ aũt dicit Fabullã cũ est cretata timere aquã: ratio est: quoniã auctore eodem terra selinusia in speciem cretæ lactei est coloris: & eundem præstat usum quem terra chia: sed aqua celerrime abluitur.

Cerussa: inter ficticios colores est: admittit mirum in modum calorem: ut sole aut igne calefacta torreat: timet solem ob calorem quo fucus torretur. Indue uultus magis seueros: Heccubæ: quæ uxor Priami: quæ introducitur a poetis moesto & seuero uultu. Nurus: idest Andromachæ. Mimmi: poemata sunt ex quibus solus risus quæritur: tantæ olim auctoritatis in ludis: ut cum Laberius poeta bene egisset mimmum suum donatus sit annulo aureo: & ductus sessum ĩ quattuordecim. auctor Tranquillus. Macrobius meminit: Appositis etiam uersibus Laberii ex proœmio mimmi. Philistio in hoc genere magnam laudem est consecutus. claruit temporibus Augusti auctore Eusebio. Is mimmum dedit: qui inscriptus ē philogelon idest studiosus risus: adeoque ipse risisse dicitur: ut extinctus sit. Plura apud græcos ex Suida. Vita mimos: cum recitantur in theatro mimi: ne cogaris ridere: & item uita conuiuia: ubi sunt moriones qui concitabant risū. Laxat: aperit. Virgilius Laxatque fores. Risu perspicuo: idest aperto ut perspicuantur dentes. Fratrem: de Electra intelligere potes: quæ introducitur flens Orestem apud Euripidem. Vacare tragicis musis: idest spectare mimmos tragicos: in quibus nihil est præter luctum. Moestæ matri: Heccubæ: dum de ea agitur fabula. Lugenti uirum: Andromachæ.

Cerussata timet sabella solem.
Vultus indue tu magis seueros
Quam coniunx priami: nurusque maior
Mimos ridiculi philistionis
Et conuiuia nequiora uita.
Et quicquid lepida procacitate
Laxat perspicuo labella risu:
Te mœstæ decet assidere matri:
Lugentique uirum: piumque fratrem.
Et tantum tragicis uacare musis.
At tu iudicium secuta nostrum
Plora: si sapis o puella: plora.

In Zoilum. 42

Zoile quid solium subluto podice perdis?
Spurcius ut fiat zoile merge caput.

In Candidum. 43

Cādidĕ τα των φιλων κοινα παντα hec sūt tua cādidĕ
Quæ tu magniloquus nocte dieque sonas.
Te lacedæmonio uelat toga lota galeso:
Vel quam seposito de grege parma dedit.
At me quæ passa est furiosi cornua tauri.

Zoile. Zoilus non est recens nomen apud Martialem: est & nomen tutoris apud Liuium: & oratoris apud Strabonem: & apud Vetruuium calumniatoris homerici. hic de eo loquitur qui erat fellator. Solium uas erat in thermis quo lauabantur qui nolebant in thermis sudare. Huius meminit sæpenumero in medicina Celsus tanto olim luxu factum est: ut esset argenteum: quo mulieres lauabantur Fastidiebant enim solia nisi essent argentea. Perdis: contaminas ut spurtius sit merge caput: quo fellabat. nam lingua fellatrix erat spurcior inguinibus: quum ea sæpius uteretur ad libidinem: q̃ inguine.

Andide. In Candidum: qui Martiali uolebat uideri amicus: usurpabatque sæpenumero prouerbium grecorum τα των φιλων κοινα παντα: idest omina amicorum communia: tamen nihil præstabat: Quæ uerba: idest omnia communia. Galesa toga: ex lana: nam præstantissima illic est lana apud Galesum fl. tarentinum Lacedæmones condiderunt Tarentum duce Phalanto. Seposito grege: idest electo. Est passa cornua tauri: idest lacerata cornibus tauri quæ in theatro iactabantur.

L 2. 34

Pila:pilæ erant effigies laneæ quæ suspendebant i comptis diis inferis ut illi conteti eius modi imaginibus uiuis parcerét:ná tot erát illæ effigies quot circa compita liberi:serui:mulieres habitabát:inde tractũ é ut uestes quæ obiiciebant tauris i theatro pilæ dicerent:quoniá petebant a tauris:tanq̃ effigies hominũ:& illis laceratis qui obiecerat:non lædebat. Vel pilæ dictæ ꝙ in globum & specié pilarũ conuolutæ iactabant. Vestes iactari solitas supra Ouidii uersu ostédimus. Pila prima:hoc loco accipit ꝓ effigie lanea compitali. Ait igit Martialis adeo uilé eé uesté suá ut ne pilæ quidé compitali conueniret. Ná illis imaginibus deteriores uestes induebant: Iccirco suá illis comparat: prima dicit quoniá in principiis uiarũ.i.compitis pédebat. Alibi eũ q male pila lusit sené ait factũ primá pilá.i. pánosũ: hoc magis placet q̃ qđ sequit pilá accipi pro pte pontis: ad quá solebát petere obolũ médici: non placet inquá quoniá sylla/ba negat:ná pila i ponte ꝓ/ducit:pila hic corripit. Terrá cadmi.i.tyron. Agenoreas:tyrias & purpureas.

Noluerit dici quam pila prima suam.
Misit agenoreas cadmi tibi terra lacernas.
Non uendes nummis coccina nostra tribus.
Tu libycos indis suspendis dentibus orbes.
Fulcitur testa fagina mensa mihi.
Immodici tibi flaua tegunt chrisendeta muli.
Concolor in nostra gammare lance rubes.
Grex tuus iliaco poterat certare cinædo.
At mihi succurrit pro ganymede manus.
Ex opibus tantis ueteri fidoque sodali
Das nihil & dicis candide.

In Sextum. 44

Emis seu puerum:togam ue pexam.
Seu tres uel puto quattuor ue libras.
Sextus protinus ille fœnerator
Quem nostis ueterem meum sodalem
Ne quid forte petam:timet cauetque.
Et secum:sic ut audiam:susurrat.
Septem milia debeo secundo.
Phœbo quattuor:undecim phileto.
Et quadrans mihi nullus est in arca.
O grande ingenium mei sodalis.
Durum est sexte negare:cum rogeris?
Quanto durius antequam rogeris.

Libycos orbes.i. mésas citreas: ná atlas mons libyæ citro abũdat: unde mésæ fiebát táti precii:ut quæ fuerát Galli Asinii dicantur emptæ.xi.libris. Mulieres obiiciebát earũ luxũ maritis:cum mariti eis margaritas exprobabát. Orbes:dicunt quoniá ex orbibus dimidiatis fiebát tanto artificio:ut ne commissura qdé cerni possit. In his mensis utebant Romani pedibus eburneis:propterea dentes elephantini tale habent distichon:Grandia taurorũ portant qui corpora quærunt. An libycas possint sustinuisse trabes.i. mésas citreas. Détibus indis.i.elephátinis:qa ex India elephanti mittebant. Testa:pedibus terrenis & fictilibus. Muli:pisces magni precii duas libras ferme non excedebát:quis in mari rubro ab.L.Mutiano ter cons.testimoniũ sit.lxxx.librarũ mulũ captũ fuisse:qđ rarissimũ é. Chrysendeta:erát lances grádiores auro obliti. Immodici:maximi. Flaua:ꝓpter aurũ. Cammarus:genus locustæ cibi uilissimi qđ ostédit Iuue. Sed tibi dimidio constrictus cammarus ouo Ponit exigua feralis cœna patella. Concolor:eiusdé coloris cũ láce. Grex.i.pueri q astát mésæ tuæ. Iliaco cinædo Ganymedi.

Mis seu.Sextus amicus Martiali erat fœnerator:& quoniá dubitabat ne aliqd Martialis posceret:dicebat se debere multis. Togá pexá:duo genera togarũ:altera ralla:altera pexa dicebat.potes & accipere togá pexá.i.rasá:sed non placet.magis placet ut toga pexa dicat uilli grossioris. Vnde pexati dicunt hic toga induti. Libras:argéti. Cauet:& prouidet. Secum:intra labia:sed ita susurrat ut possim audire. Phœbo:Phoebus libertus apud Tacitum:& Phœbus balnea habebat:ut apud Iuuenalem.hic alius erat.

Væ tibi. Glyptus nomine ficto significat succisũ. hic fecerat se sacerdotẽ Cybelis amputata mẽtula. Cultro samio. i. testa: nã sacerdotes Cybelis eo cultro utebanť: nã si alio usi fuissent pniciosũ erat: nũc poeta dicit cultrũ illũ fictũ ferrũ: quoniã culter non fit temere: nisi ex ferro: & hoc fecit Clyptus postea q̃ desiit arrigere. Quæ non stabat. i. quæ non arrigebatur. Gallus eras: quia non poteras arrigere: & iccirco castratus.

Lorida. In Neuolũ auarũ: qui uestes patiebať: quas multas habebat: tineis consumi potius q̃ amico unã uellet donare. Hybla: est urbs siciliæ quæ postea dicta Megara condita a Doriẽsibus: auctores Thucidides: & Strabo: & itẽ mons ubi thimi flores uarii sũt: & multi: quos ꝺpastæ apes mel optimũ conficiunt. Præla: appellat præla ea uela & tabulas qbus uestes præsse teneně a similitudine præli uinarii. alibi idẽ. Breue uer. i. uernos flores cito interituros. Tua uellera. i. tuas uestes. Totã tribũ. i. omnes q sũt in tribu: non solũ unũ amicũ. Lentus spectas. i. sine miseratione. Lenti enim dicuntur spectare quãdo non moueně ad miserationẽ uel iracundiã. Propertius: Hostibus eueniãt lenta puella meis. Lẽtitudo est uacuitas iræ: quã græci ϛέρησι dicũt: sed Gelius non putauit posse dici latine. Hyemẽ. i. frigus. Frigora trita. i. tritaꝝ lacernarũ. Fraudare: ut adimas duas uestes: Fraudare non te sed tineas. Quantũ renuit: dictũ ꝑ interpositionem: quasi Mart. esset dicturus. fraudare te: & propterea iam renueret Neuolus: dicit non fraudare te: sed tineas a quibus tuæ uestes corrodũtur. Duobus pannis: idest lacerna & toga: nam his duabus utebantur Romani: præter q̃ in ludis. Augustus dedit negocium ædilibus: ne quem in circo paterentur consistere nisi togatum depositis lacernis.

Ad Glyptum. 45

Quæ tibi non stabat præcisa est mentula glypte:
Demens cum ferro quid tibi? gallus eras.

In Neuolum. 46

Florida per uarios ut pingitur hybla colores:
Cum breue sicaniæ ver populantur apes:
Sic tua suppositis perlucet tecta lacernis:
Sic micat innumeris arcula sinthesibus.
Atque unam uestire tribum tua uellera possunt.
Appula non uno quæ grege terra tulit.
Tu spectas hyemem succincti lentus amici.
Proh scelus: & lateris frigora tuta times.
Quantum erat infelix pannis fraudare duobus.
Non metuas mortem neuole: sed timeas.

In Gallum. 47

Subdola famosæ moneo fuge retia mœchæ
Leuior o conchis galle citheriacis.
Confidis natibus: non est pædico maritus.
Quæ faciat duo sunt: irrumat: aut futuit.

Ad Ruffum. 48

Coponem: laniumque balneumque
Tonsorem tabulamque calculosque

Vbdola. Mœcha dabat pueris: quos maritus prædicabat: & hæc erat Thelesina: de q̃ infra: uxorẽ nolo Thelesinã dncere. Conchæ citheriacæ: dicunť uenereæ: & Veneri dicanť: & non a loco accipias cithera: quoniã Venus e spuma maris nata concha uecta ẽ ad littus. Venus apud Papiniũ: Digna fuit nr̃a considere concha & duæ illæ conchæ quæ tenuerunt nauem plenam uentis: quæ mittebatur a Periandro edicto ut nobiliores mares castrarenť: dicatæ fuere apud Venerẽ gnidiã. Concha igiť citheriaca: non a loco dicta: sed uenerea. Propertius: Inda cauis aurũ mittit formica metallis: Et uenit e rubro concha ericina mari. Leuior. i. politiot conchis. Ouidius: Leuior assiduo detritis æquore conchis. Irrumare: non tractũ est a rima sed a ruma: qꝺ significat mãmillã. Vnde agni dicuntur subrumari quãdo rumas ligũt: auctor Pompeius. Est aũt mentulã tanq̃ mamillã ori inserere.

OPONEM. Optat pauca in ocio in loco etiam rusticano contemnens urbana ædificia. Caupo: uenditor uini: Tabulam: & calculos lusorios.

Paucos libellos: ſed ut eligam. i. electos diu. Leuem politum & ſero uirum: ut ſupra uel etiam in bitunto oppido uiliſſimo apuliæ. Habe: fruere. Thermæ neronianæ erant: i maxima admiratione. i. habe tibi ædificia urbana quæ alii exoptant. Papinius: Fas ſit componere magnis. Parua: neroniana nec qui modo lotus in unda. Hic iterum ſudare neget. Erant inquam hæc præſertim in admiratione. Sequens epigramma eſt clarum.

Vuod. In Leſbiam iocatur: quæ aquam bibebat: & fellabat. Non peccas. i. non erras quia tu fellas & polluis ora ideo recte facis ſi potas aquam. Qua parte opus: quia opus eſt ut bibas & abluas os quo fellas.

Et paucos: ſed ut eligam libellos.
Vnum non nimium rudem ſodalem:
Et grandem puerum diuque læuem.
Et caram puero meo puellam.
Hæc præſta mihi ruffe uel bitontis:
Et thermas tibi habe neronianas.

De Theleſina. 49

Vxorem nolo theleſinam ducere quare?
Mœcha eſt: ſed pueris dat theleſina: uolo.

In Leſbiam. 50

Quod fellas & aquam potas: nil leſbia peccas.
Qua tibi parte opus eſt: leſbia ſumis aquam.

In Hilum. 51

Vnus ſæpe tibi tota denarius arca
Cum ſit & hic culo tritior hyle tuo:
Non tamen hunc piſtor: non auferet hunc tibi copo:
Sed ſi quis nimio pene ſuperbus erit.
Infelix uenter ſpectat conuiuia culi.
Et ſemper miſer hic eſurit: ille uorat.

De Spatale. 52

Nouit loturos daſius: numerare popoſcit
Mammoſam Spatalem: pro tribus illa dedit.

In Maximum. 53

Vis fieri liber: mentiris maxime: non uis.
Sed fieri ſi uis: hac ratione potes.
Liber eris cœnare foris: ſi maxime nolis:
Veientana tuã ſi domat uua ſitim.
Si ridere potes miſeri chryſendeta cynnæ:
Contentus noſtra ſi potes eſſe toga.
Si plebeia uenus gemino tibi uincitur aſſe.

Nus. Carpit Hylũ q uitio animi cum pauperrimus eẽt & ſolum denarium haberet: eum pædiconi dabat. Hunc piſtor: quia non emis panẽ. Caupo: qa non emis uinũ Sed aufert tibi ſi quis habebit magnum penẽ: Nã ius pædicari.

Ouit. Spatale meretrix erat: habebat mãmas tãtæ magnitudinis ut duæ puellæ uiderentur. propterea Daſius magiſter balneorum iuſſit ſoluere pro tribus. Laudat Daſius quod ſciuerit numerare eos qui in balneo erant: nam quis Spatale ſola eſſet: duabus mammis duarum locum occupabat. Pro tribus: nã Spatale & duæ eius mãmæ trium locum occupabaut: riſus eſt quod una pro tribus ſoluerit propter mãmas.

Is fieri. Maximus libertus fuit Phartenii ad quem non inanis fuerit coniectura: ſi intellexeris hoc ſcriptum. Is iactabat ſe uelle liberum fieri cum tamen neſciret diſcedere ab aulicis: & faſta platino. docet poeta quomodo poſſit liber fieri ſi animum. ſ. compoſuerit ad frugalitatẽ q̃ uiuat contentus. Hac ratione: hoc pacto. Nolis id eſt ſi nolis alienam cœnam captare Veientana uina: de fece uini rubelli intelligit: de qua ſupra dictum eſt. Domat ſitim id eſt ſi aſpernaris phalernum. Chryſendeta: uaſa aurea. Cinnæ miſeri: qui hoc genere ambitus cruciatur. Toga noſtra: tali quali ego ſum indutus id eſt uili. Vincitur: domatur: hoc eſt ſi potes uili ſcorto eſſe contentus & non ſectari ſtolatas mulieres.

Non tectus:nam pauperes habẽt tecta uilissima:& humilia quæ cernui intrant. Partho: duæ erãt tribus apud parthos:quarũ altera affiniũ : altera magorũ dicebaẽ : qui ut scribit Appianus libertatẽ populis ꝓmittebant: seruitutẽque propulsaturos morte. Inde fiebat ut nullo fœdere eorum pax sanciri posset:nemini enim seruire patiebantur.

Vid de te.In Linũ:qui cũ draucos sequereẽ uxor dedit puerꝫ spadonẽ custodẽ: ne posset ab eo pædicari. Satis ꝓbauit.i.ostendit. Certis indiciis.i.ueris & apertis argumẽtis. Nasuti dicuntur qui habẽt iudicium & astutiã. Malignius: qa dedit spadonem non bene mentulatum : qualem cupis. Alibi quoque eundẽ fellare ait: Pædicatur oros : fellat Lynus.

Is te sexte. Sextus communi familiaritatis cõsuetudine uixerat cũ Martiale:nũc nihil dabat : aut si quid dabat : dabat sportulam : & tantum quantũ diuites solebant clientibus suis dare : ait poeta sibi in animo fuisse amare Sextũ .i.æquali fœdere & amicicia eius rebus uti : nunc cũ sportulam tantum accipiat:facturũ quod iubet Sextus qui non amari uelle uidebaẽ :sed coli. Vis coli : uis me tibi esse clientem.

Volebã amare.i. uolebã amice uiuere tecum. Si te colo.i.si ero cliens. Non amabo : non prosequar te amore:quũ nil des nisi qđ clienti datur.

Entibus: Galle tua uxor dicitur esse auara : & spoliare prouinciã ; sed mendacia sunt : quia solet dare scilicet coitum. Nam dare absolute modo precium dicitur ; modo coitum: hic coitum : quod urbane dictum quum ad liberalitatem muneris uideatur referre.

Si tua non tectus tecta subire potes.
Hæc tibi si uis est si mentis tanta potestas:
Liberior partho uiuere rege potes.

In Linum. 54

Quid de te line suspicetur uxor:
Et qua parte uelit pudiciorem
Certis indiciis satis probauit.
Custodem tibi quæ dedit spadonem.
Nil nasutius hac: maligniusque est.

Ad sextum. 55

Vis te sexte coli: uolebam amare.
Parendum est tibi: quod iubes coleris.
Sed si te colo sexte non amabo.

De uxore galli. 56

Gentibus in libycis uxor tua galle male audit
Immodicæ fedo crimine auariciæ.
Sed mera narrantur mendacia:non solet illa
Accipere omnino: quid solet ergo: dare.

In Fictum diuitem. 57

Hic quem uidetis gressibus uagis lentum
Amethistinatus media qui secat septa:
Quem non lacernis publius meus uincit.
Non ipse codrus alpha penulatorum:
Quem grex togatus sequitur & capillatus.

Ic. In Saufellum : quem paulo post nominabit eodem ferme argumento. Is comitatu sella & insignibus conductis etiam fœnore se patronum agebat. .Secat media septa.i.hic amethystinatus:qui ambulat per media septa:quæ erant in campo martio : uel medios cancellos : qui sunt circa subselia. Vagis gressibus : idest temere inambulans.Publius:meus mihi non placet ut intelligas Publium habuisse multos lacernatos secum . sed multas lacernas uestes. Codrus Cremitius : fuit historicus : de quo Suetonius in Augusto:debes hic alium Codrum accipere. Alpha : idest princeps penulatorum : qui multas penulas habebat. Penula : uestis qua & serui & clientes utebantur aduersus nymbos. alibi : Aut meus ante omnes Codrus haberet equum. Togatus grex : idest grex anteambulonum. nam toga indumentum erat anteambulonis. Capillatus : idest grex seruorum:quod Iuuenalis apte distinguit : Respicit hoc primum qui litigat an tibi serui Sint comites : an te post sella togati Ante pedes.

L 2 36

Recens: noua sella. Linteis.i.loris: nam sella lora & lintea habebat. Iuuenalis: Conducit sellam puluinar. Oppigneraauit annulū insigne equestre: ut illud Iuuenalis: Post cuncta nouissimus exit annulus. Claudii: fœneratoris.

Exatus. Pexati dicunt toga pexa induti qua utebant hyeme uilo densiore: propterea lanæ histriæ & liburnæ: ut Plinius scribit: cū potius sint similes pilis: q̄ lanæ non sunt aptæ pexis uestibus. Pexatus.i.tu habens uestes pexas. Mea sunt: quas uero tu habes con duxisti a fœneratore

Recensque sella linteisque lorisque.
Oppigneraauit ad modo claudi mensam:
Vix octo nummis annulum unde cœnaret.

In Zoilum. 58

Pexatus pulchre rides mea zoile trita.
Sunt hæc trita quidem zoile: sed mea sunt.

De cœnatione micæ. 59

Mica uocor: quid sim cernis cœnatio parua.
Ex me cæsareum prospicis ecce tholum.
Frange toros: pete uina: rosas cape: tinger nardo?
Ipse iubet mortis te meminisse deus.

In hylum. 60

Vxorem armati futuis puer hyle tribuni
Supplicium tantum dum puerile times?
Ve tibi dum ludis: castrabere: iam mihi dices
Non licet hoc: quid tu quod facis: hyle licet?

In maledicum. 61

Cum tibi uernarent dubia lanugine malæ:
Lambebat medios improba lingua uiros.
Postquam triste caput fastidia uespilionum:
Et miseri meruit tædia carnificis.

Ica uocor. Domitianus ædificauit cœnationē aureā auctor Eusebio: quā a paruitate micā appellait In laudem principis hortatur poeta conuiuas ad risū & unguentum ex relaxatione: quoniam ipse deus.i. Domitianus delitias parauerat tanq̄ uiuere iuberet uerbum ē in fine epigrammatis dememinisse: hoc ē obliuisci. Ita habet codex uetustissimus: cū manu librariorum hactenus legerim meminisse neque me hoc offendit nouū uerbū apud martialē: quū domicenū sit: & multa quæ ipse fixit. At si legis te meminisse quod placet: ita leges ut illud Persii: Viue memor leti: fugit hora: hoc quod loquor ide ē: & illū Virgilii: Mors autē uellēs uiuite ait uenio. Mica uocor: loq̄t cœnatio. Tholum Cæsaris: idest ædes cæsareas. Ex me: cum me uides: uides tholum cæsaream. Frange torum: idest accumbe: nam torus lectus erat apud antiquos a torno: ut placet Varroni quoniam ī promptu erat. Sternebantur ergo tori qui frangebantur hoc est confundebantur: cum federent discumbentes. Cape rosas: quia in conuiuiis erant sparsi rosis. Nardo: idest unguento nardino: quod idem appellabatur foliatum.

Meminisse mortis: idest dare operam uoluptati q̄ diu potes: cum cito sis moriturus.

Xorem. Hylus puer habebat rem cum uxore tribuni: quod eo licentius ceperat agere: quoniam nuper fuerat lata lex a Domitiano: ne mares castrarentur: sed fiebant spadones: ut essent in delitiis. Armati tribuni: Tribunus enim armatus est. Supplicium: puerile: idest pædicationem. Ve tibi dum ludis: idest dum temere agis & ludis quia castraberis. Non licet: lata lege a Domitiano: qua mares castrari phibuit: de hac lege Papi. in Earino & apud Tranquil. Quod facis: nec licet moechari: Nam Domitianus tulit legē ne liceret moechari. Suetonius auctor: nam adulteria compescuit: Ita & Hylus carpitur qui spe pædicationis erat adulter: ut alibi de Thelesina: & duæ Domitiani leges enarrantur.

VM tibi. Hoc dictum in maledicum: qui cum esset iuuenis & fellaret: postea in tantam fellationis libidinem uenerat: ut mortuis non parceret: affectus tedio fellationis: maledicebat omnibus. Vernarent male: idest pulularent & cum primum cepisti sentire libidinem: Meruit: idest potuit tandem assequi fastidia uispilonum. Tedia carnificis: idest poscebas damnatos: reiectus a uespilionibus.

Vteris ore aliter: quia non fellas ſed maledicis. Rubigine: ideſt liuore. Quodcunque datur nomen: maledicis & bonis & malis. Sequens epigramma eſt clarum.

Ola tibi. Milichus ſexcenta ſextertia quæ ſola: hẽbat dedit Ledæ meretrici: q̃uis eam non amaret. Mar. in eo docet qd ſit luxuria: nã ĩquit ſi eſſes diues: & tãtũ dediſſes meretrici: quã amares eẽt luxuria: nũc dicis te non amare: & hæc ẽ luxuria. ſ. non amare: oĩno cũ dederis. c. ſeſtertia: quaſi uelit oſtendere luxuriã eſſe extremũ quiddã: non magis ĩ effũdendis diuitiis aliquo affectu: ſed ẽt cũ eas effundas non tangi aliqua uoluptate. Tulit: abſtulit: Redempta: conducta. Si diues amares tanti. i. ſi propter amorẽ diues tantũ dares. Hæc quoque luxuria: cũ dederis diuitias: & eã non ames.

Vm modo. Taurus itẽ fuit præter hunc de quo ſcripſit Mart. tẽporibus Neronis: cuius abneptem Statiliam Meſſalinã duxit princeps uxorẽ. hic dicebat ſe multa facturũ. Fingis: componis & ĩſtruis te ad cãs agẽdas. Pelias frater Nelei patris Neſtoris fuit. Pelias alter patruus Iaſonis: de quo hic ſẽtit. Iam tibi deſinerẽ: ideſt tã diu dubitaſti quid eſſes ut ſi hactenus exercuiſſes aliquã artẽ: & iã nunc deſineres: ſerum uideretur non modo ſeꝝ eſt ad ĩcipiẽdũ: ſed ad deſinendũ. Si qd animi: ingenii. Si ſchola dãnatur: ſi non uis ꝓfiteri. Marſia: qui cũ contẽdit uincitur: tractũ a fabula. Is Marſia: qui ſemꝑ uĩcitur in cauſidicis. Iam potes eſſe nihil: deliberando qs ſis conſũpſiſti ætatem omnem: & iam non es aptus alicui arti.

Cvr Saleranus erat auarus cui mortua uxor erat: & plorabat. Extulit: ad fũus. Secũdilla ab ordĩe nomẽ: duxit: ut apd̃ Iuuẽalẽ Quĩtillus. Grande crimẽ fati. i. grãdis culpa mortis. gaudebat ſaleranus morte uxoris: q̃uis dolere uidereẽ: & cũ bene optare uideatur Martialis imprecatur. Nam optat uiuam uxorem aduerſus uotum mariti: q mortua lætabatur: erat enim locupletatus.

Vteris ore aliter: nimiaque rubigine captus
Adlatras nomen: quod tibi cũque datum eſt.
Hæreat inguinibus potius tam noxia lingua.
Nam cum fellaret: purior illa fuit.

In Labianum. 62

Quod pectus: quod crura tibi: quod brachia uellis:
Quod cincta eſt breuibus mentula tonſa pilis.
Hoc præſtas labiane tuæ: quis neſcit amicæ.
Cui præſtas culum quem labiene pilas?

In Melichum. 63

Sola tibi fuerant ſeſtertia meliche centum
Quæ tulit e ſacra læda redempta uia.
Meliche luxuria eſt: ſi tanti diues amaris.
Non amo iam dices: hæc magæ luxuria eſt.

In Taurum. 64

Dum modo cauſidicũ: dum te modo rhetora fingis:
Et non decernis taure: quid eſſe uelis:
Peleos. & priami tranſit: uel neſtoris ætas:
Et fuerat ſerum iam tibi deſinere.
Incipe tres uno perierunt rhetores anno:
Si quid habes animi: ſi quid in arte uales:
Si ſchola damnatur: fora litibus omnia feruent.
Ipſe poteſt fieri marſia cauſidicus.
Eia age rumpe moras: quo te ſpectabimus uſque?
Dum quid ſis dubitas: iam potes eſſe nihil.

In Saleranum. 65

Cur triſtiorem cernimus ſaleranum?
An cauſa leuis eſt? extulit inquis uxorem.
O grande fati crimen: o grauem caſum.
Illa illa diues mortua eſt ſecundilla.
Centena decies quæ tibi dedit dotis.
Nollem: accidiſſet hoc tibi ſalerane.

Nus. Tanta erat insolentia mulierum: ut cum deformes essent adhiberentque ancillas quæ crines componerent offensæ dum se in speculo inspicerent uel naso: ut Iuuenalis ait: uel aliquo alio frontis uitio pulsarent ancillas. totus hic locus apud Iuuenalem est illic Taurea: hic Lalage Ponitur: illic Psecas: hic Plecusa. Imprecatur insolentiæ mulieris aptum supplicium: ut est in fine. Annulus: cincinus: ita apud Iuuenalem; Altior hic quare cincinus. Peccauerat: non erat in ordine. Non bene fixus: sustentatus. Incerta acu: extra locum posita: nam acu utebātur. In destichis Figat acu tortas sustineatque comas. Lalage: nomē mulieris fictum: quod prius usurpauit oratius, significat autem loquacem. Hoc facinus: idest hunc errorem. Plecusa: nomen ancillæ fuit una inter ministras Dianæ: ut est in metarmophosi Ouidii dicta a pleco: quod est plico. Comis sectis .i. laceratis. Iuuenalis: Laceratis ipsa capillis Nuda humero psecas infelix. Tristis capillos: non est culpa capillorum. Salamandra: animal est figura lacerti: cuius ore uomitur sanies lactei coloris: quæ omni parte corporis pilos decutit si fuerit admota. dixit autē notæ: nota & macula coloris inficiat: quoniam non modo decutiūtur pili: sed etiam supposita cutis ī maculas uitiliginis mutatur: auctor Plinius. Sæua nouacula: culter tonsorius ē. Nouacula sæua: ut dolorem incutiat. Digna: speculo fiat imago tuo .i. ut fiat digna uerberibus: nam speculo ipso pulsauerat ancillam. Id genus pulsationis ī risu erat apđ antiquos. Iuuenalis: Præbebis uertice raso. Pulsandum quandoque caput.

In Lalagem. 66

Vnus de toto peccauerat orbe comarum
    Annulus: incerta non bene fixus acu.
Hoc facinus lalage: speculo quod uiderat: ulta est.
    Et cecidit sectis icta flegusa comis.
Desine iam lalage tristes ornare capillos:
    Tangat & insanum nulla puella caput.
Hoc salamandra notet: uel sæua nouacula nudet.
    Vt digna speculo fiat imago tua.

In Posthumum. 67

Occurris quocūque loco mihi posthume clamas
    Protinus: & prima est hæc tua uox: quid agis?
Hoc si me decies una conueneris hora
    Dicis: habes puto tu posthume nil: quod agas.

Ad Olum. 68

Quod te nomine iam tuo saluto
Quem regem & dominū prius uocabam
Ne me dixeris esse contumacem.
Totis pilea sarcinis redemi:
Reges & dominos habere debet:
Qui se non habet: atque cōcupiscit
Quod reges dominique concupiscunt.
Seruum si potes ole non habere:
Et regem potes ole non habere.

QVOD TE. In olum quem prius salutauerat dominum: & postea salutauerat nomine proprio. Contumacem: superbum. Redemi pilea: idest redemi libertatem: nam manumissi raso capite sumebant pilea. Sarcinis redemi: quibus scilicet contentus. Viuo liber: quasi dicat contentus meis sarcinis non indigeo domino: sed uiuo liber. Qui se non habet: idest qui non potest imperare animo suo. Quod concupiscunt domini & reges: idest diuites: nam diuites ampliores cupiunt opes. Si potes non habere seruum: idest si potes esse contentus nullo ministerio serui poteris carere domino. Nam qui vult diuitias habet dominum: & assentando seruit: ut habeat diuitias.

In Classicum. 69

Inuitum cœnare foris te classice dicis:
Si non mentiris classice dispeream.
Ipse quoque ad cœnam gaudebat apitius ire:
Cum cœnaret erat tristior ille domi.
Si tamen innitus uadis: cur classice uadis?
Cogor agis: uerum est: cogitur & Selius.
En rogat ad cœnam melior te classice rectam
Grandia uerba ubi sunt? si uir es: ecce nega.

In Cotilum. 70

Non uis in solio prius lauari
Quenquam cotile: causa quæ nisi hæc est:
Vndis ne fouearis irrumatis?
Te primus licet abluas: necesse est
Ante hic mentula q̃ caput lauetur.

Ad Cecilianum. 71

Candidius nihil est te ceciliane: notaui
Si quando ex nostris disticha pauca legis.
Protinus aut marsi recitas: aut scripta catulli.
Hæc mihi das tanquam deteriora legas.
Vt collata magis placeant mea: credimus illud.
Malo tamen recites ceciliane tua.

In Posthumum. 72

Hesterna factum narratur posthume cæna:
Quod nollem: quis enim talia facta probet?
Os tibi præcisum: quantum non ipse latinus
Vilia panniculi percutit ora sono.

Nuitum. Classicus uolebat uideri inuitus cœnare foris. Apitius: quod tu agis & Apitius agebat: non est recens exemplũ. M. Apitius de quo plura in Siliũ diximus nepotũ: .i. gulosorum omniũ altissimus gurges fuit. Is cũ audiuisset grandiores caricas nasci in libya nauigauit illuc: sed cũ falsum deprehendisset: detestatus lybiã: & libycos: iussit gubernatorẽ soluere e portu ita ut lybiã amplius cernere non posset. hic primus ĩdicauit linguã phenicopteri esse optimi saporis. Cogor: ab amicis inquit Classicus respondet Mart. uerũ est cogit & Selius quia libido uestra cogit uos. Attedius Melior tẽporibus Domitiani tãtæ elegãtiæ fuit ĩ mensa: ut nitidus meruerit appellari. Papinia. Stat quæ pspicuas nitidi melioris opacet Arbor aquas.

Recta cœna dicebat suo ordine & apparatu ad differẽtiã sportulæ: nam hæc opponuntur recta cœna: & sportula: ut apud Suetonium reperies. Grandia uerba: nega qa dicebas te ire inuitũ. Vires. i. si tãta ẽ tui animi potestas ut possis tibi ipsi imparare: ut alibi exposuimus: Non scribat laberi uirum putabo.

On. Accusat ĩprudentiã Cotili q ne contamiaret aqs contamiatis ablutione mẽtularũ: nolebat quẽq̃ ante se lauari cũ tamẽ ante ipse mentulã lauaret: erantque aquæ irrumatæ: quibus lauabat: nã iis mentulam lauerat. Foueris: lauaris. Irrumatis: contaminatis aquis ablutione mẽtular: nã irrumare ẽ mẽtulã ori alterius ĩserere: qd in aq̃s facere uidebat qbus mentulã lauabat. Licet: q̃uis te primũ abluas. i. q̃uis te primũ abluas: tamẽ necesse ẽ mentulã prius demittas ĩ soliũ. i. uas aq̃rũ plenũ: ĩ quo se loturi ad umbilicũ usque obruti aqs stabãt. Ita igit prius inguina lauabant q̃ caput. unde aquæ anteq̃ abluerẽt caput erãt mentula irrumatæ.

ANDIDIVS nihil est: idest nihil est alienius ab inuidia. ironia est. Deteriora: carmina mea. Tua: quia nihil scribis: ita inuidum eludit.

Esterna. Verecũdis: & tanq̃ alienis uerbis accusat Posthumũ q fellauerit Ceciliũ abutẽs ãbiguitate uerbi: nã præcidere ẽ incidere & lacerar ut supra: Præcisa ẽ tibi mẽtula Glypte: & præcidere ẽ pædicare: tractũ a præciso: nã præcisũ & omasũ sũt duo ĩtestina auctore Marcello. Qui fellat: uidet præcidere. i. pædicare os alterius. O Posthume narrat os tibi fuisse præcisũ. i. te fellasse cũ sub ambiguitate uerbi uideat ĩtelligere os fuisse tibi incisum. Tanto sono: pstat in metaphora. Panniculi: mimi. Ceciliũ: grandẽ & hispidũ.

Quod mirũ: quasi dicat mirũ est quum tam seueræ frontis sit eum esse fellatorẽ. hoc dicit quũ aliud uideatur intelligere. Habet testes: ambiguũ est. intelligit enim testiculos. q. d. potuit præcidere os & irrumare: cum uideatur dicere pro testimoniis. Ita & illud Virgi. Magnis ista testibus agetur.

Inctum. In Saufellũ quẽ suppresso nomine superius etiã notauit. Is conducta sardonice ut ait Iuuenalis agebat. Plinius meminit Materni in epistolis. Cinctum: circundatum. circũ quia hẽat ante ambulones tanta turba ci[n]ctus ẽ q̃ta Regulus causidicus. Is enim obtinebat magnum nomen: qua æmulatione Plinius non nihil scribit liuide. Deducere ẽ e domo in forũ comitari. Reducere e foro domum. Reũ tonsum cum effecit ut aliquis reus liberaretur qui tondebatur liberatus. Ad alta templa: & uadit ad psoluẽda uota. Nũq̃ sit tuus. i. habeas tantũ comitatũ qui conductus est. Fusiculenus: & Fauẽtinus nomina sunt fœneratorũ erãt comites & togati. q. d. fœnore istã turbam alit.

Erbera. In leonem q cum mansuefactus uideretur repente ad feritatem reuersus duos pueros qui uertebant glebas harenæ discerpsit: apte exclamat in hunc Martialis. Securi magistri: nihil metuentis. Ferre: æquo anĩo. Dedicit: exuit tãta feritas est ei reuersa: quanta non debuit esse feris ex siluis libycis. Sanguineã harenã idest theatrũ cruentatum cæde ferarũ. Martia harena: romanorum theatr[um] ĩ quo multi solent necari. A lupa nostra: quæ non modo pepercit romulo & Remo: sed nutriuit: Loq̃t de fera quæ aluit Romulũ & Remum: eius imago ænea cũ pueris erat incomitio Plu. & Pli. auctores sũt

Quodque magis mirum est: auctorẽ criminis huius
 Cecilium tota rumor in urbe sonat.
Esse negat factum: uis hoc me credere: credo.
 Quid? quod habet testes posthume cecilius?

In Lyrim

Quod faciat uult scire lyris: quod sobria fellat.

In Saufellum.

Cinctum togatis post & inde saufellum.
Quanta reduci regulus solet turba:
Ad alta tonsum templa cum reum misit
Materne cernis inuidere nolito.
Comitatus iste sit precor tuus nunquam?
Hos illi amicos & greges togatorum
Ruriculenus præstat & fauentinus.

De Leone.

Verbera securi solitus leo ferre magistri
 Insertamque pati blandus in ora manum:
Dedicit pacem subito feritate reuersa:
 Quanta nec in libycis debuit esse iugis.
Nam duo de tenera iuuenilia corpora turba
 Sanguineam rastris quæ renouabat humum.
Sæuus & infelix furiali dente peremit.
 Martia non uidit maius harena nefas.
Exclamare libet crudelis perfide prædo.
 A nostra pueris parcere disce lupa.

De Mario:

Argenti libras marius tibi quinque reliquit:
 Cui nihil ipse dabas: is tibi uerba dedit.

Rgẽti. Nonnulli codices hẽnt Isse: ut sit ꝓpriũ nomen: qđ non displicet. sẽsus ẽ: Marius collebat ab aĩco: q nihil tamẽ dabat: & ipse hæreditatẽ Marii captabat: moriẽs Marius rebus iã oĩbus distributis: addidit ĩ extrema pte testamenti se relinquere. vi. libras argenti huic amico: quod negatum cum mane esset: poeta iocatur in captatorẽ Marii: & ait eũ non debere irasci: nam plus accepit. q̃ dederit: Nihil inquit dabas Mario: Marius dedit tibi uerba. Iocatur ex uerbis quæ opponit. Nihil dare: & dare uerba: nam cum idem sit: tamẽ dare uerba: uidetur esse aliquid si uocem audias non sensum.

Oſconi. Coſconiũ carpit: qui non ratione ſed numero ſenſebat uerſus: & epigrammata uel longa uel breuia: docetque poeta multorum uerſuũ epigramma: ſi bene compoſitum ſit: non poſſe uideri longũ: ſed diſticha Coſconii male compoſita eſſe longa. Vtilis ungendis axibus: quia uiã quãcunque putabis eſſe longã: & ita ualde unges rotas & axes ĩ uia breui: ut ſpaciũ celerius ſuperes. Plinius de quodam emplaſtro: Antiqui maxime axibus uehiculorum perungendis ad faciliorẽ circũactum rotarũ utebant̃: Sic ſi tu iudicabis epigrãmata eẽ longa multitudine carminũ: ita breuem uiã putabis eſſe longã. Hac ratione: qua tu cenſes epigrãmata mea eẽ longa. Ita dices coloſſum eſſe longũ: qui longus eſſe non poteſt cũ habeat ꝓportionem ſuã. Puer Bruti: pulcherrimus fuit ſed exiguæ ſtaturæ: ut non debeat uideri paruus: cum haberet ſuorũ membrorũ ſuã proportionẽ. In diſtichis: Gloria tam parui non ẽ obſcura ſigilli: Iſtius pueri Brutus amator erat. Plinius: Appollodorus puerũ fecit quẽ amando Brutus philippenſis cognomine ſuo illuſtrauit. Duplex pagina. i. paginæ habẽt unum epigrãma. Marſus & Pedo duabus paginis unũ tantũ opus abſoluũt: an hoc dicitur: qđ placet: q q̃uis duabus paginis inſerant uaria epigrãmata: tamẽ adeo recte componunt ſuauitate multa epigrãmata: unũ iudicari poſſint. Ignoras: non aĩaduertis epigrãmata in quibus nihil eſt ſuperflui: non debẽt uideri longa: ſed tua diſticha: quia habent uerba inania & ĩcompoſita longa eſſe uidentur.

In Coſconium. 77

Coſconi qui longa putas epigrammata noſtra
Vtilis ungendis aſſibus eſſe potes.
Hac tu credideris longum ratione coloſſum:
Et puerum bruti dixeris eſſe breuem.
Diſce quod ignoras: marſi doctique pedonis
Sæpe duplex unum pagina tractat opus.
Non ſunt longa: quibus nil eſt quod demere poſſis.
Sed tu coſconi diſticha longa facis.

Ad Cecilianum. 78

Aeſtiuo ſerues ubi piſcem tempore quæris.
In thermis ſerua ceciliane tuis.

In Naſicam. 79

Inuitas tunc me cum ſcis naſica uocatum:
Excuſatum habeas me rogo: cœno domi.

De Fannio. 80

Hoſtem cum fugeret: ſe fannius ipſe peremit.
Hic rogo: non furor eſt: ne moriare: mori.

In Zoilum. 81

Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit:
Cum tamen hæc tua ſit zoile: ſandapila.

Eſtiuo. Cecilianus thermas ædificauerat: quæ erãt nullius caloris: in eas iocat̃ poeta. In thermis tuis ſerua: quæ ſunt frigidiſſime non modo hyeme: ſed etiam æſtate.

Nuitas. O Naſica tu uocas me ad cœnam: cum ſcis me ab aliis uocatum tu non uis me uenire. Propterea non egebas aliqua excuſatione; uel ꝙ Mart. inuitet ſe cum dicat non eſſe inuitatum: ſed domi cœnare ut poſſit ire.

Oſtem. Hoc non magis dictũ eſt in Fanium q̃ in Catonem Hannibalem: & Neronẽ: & multos: qui idem fecerunt. de Fanio Cepione loquit̃ qui deprehenſus in coniuratione aduerſus aug. ſibi mortem conſciuit.

Axior. Zoilus ãplã lecticã ſibi confecerat. Maxĩæ lecticæ dicebãt̃ octophora: qbus delicati & maximi uiri utebãt̃. hoc uerbũ apud Ciceronẽ ẽ & Trãquillũ ĩ Gallicula: quẽ ſcribit adeo delicate ĩceſſiſſe non nũq̃: ut octophoro ueheret̃: aliæ lecticæ hexaphora dicebãt̃: ꝙ a ſex ſeruis ueherẽt̃: de quo piphraſticos Iuuenalis ẽ locutus cũ ait: Cũ iã ſexta ceruice ferat̃: Hic atque ĩde patẽs. Sãdapila erat feretꝝ uilioꝝ tãtũmodo cadaueꝝ: q̃uis legamus Domitianũ ſadapila elatũ fuiſſe: nã huiuſmodi hoĩes mortui apđ poetã dicunt̃ pauperes ſcilicet: & ignaui. & alibi: Non debes fieri mortuus hexaphoro. & alibi: Vis ſine febre mori & alibi. Hoc rogo dic non eſt cinna perire cito. Sequens epigramma eſt clarum.

L.2 39

Oedasti. Ad eundē mœchū mariti. Requirūt eni se.i.ipsi reminiscunť: quis ipse non dicat. Vindicatū a libidie uxoris liberatū uel ultū. Irrumare: ná uxor erat fellatrix. Ollis. Sertorius siculus erat: Is lingebat cunnos. Martialis ait Philoctetem olim fuisse pathicum: quoniā Venus irata ob mortē Paridis eo pruritu & dedecore hominé affecit sed uerisimile est Sertoriū non interfecisse Paridem amicum Veneris: uerum filiū ipsum Ericem: de quo tantum Venus sumat supplicii ut lingat cunnos: nam Venus hosté ulciscit turpis amoris desiderio iniecto. Hereos pœantius id ē Philoctetes filius pœantis Ouidius: Non te pœantia proles. Expositum lenos modo cum crimie haberet. Non tamen mansit in lemno philoctetes: sed cum Hercule uenit inde i apuliam ubi condidit petiliam: & unde Appollodoro teste misit colonos in ciciliam. Mollis: pathicus:

Sic uita est.i.sic sumpsisse suppliciū dicitur. Erix: filius Veneris & Butæ. Ex hoc: Sertorio. Videtur credibile est. Ericem interfectum ab Sertorio: cum sūpserit grauius supplicium Venus: ut lingat.s.cūnos: quod turpius ē: q̄ cinædū: ut erat Philoctetes.

Ad Ponticum. 82

Abscissa seruum fugias: quid pontice lingua?
Nescis tu populum: quod tacet ille: loqui.

In seuum maritum. 83

Fædasti miserum marite mœchum.
Etsi qui fuerant prius queruntur.
Truncis naribus auribusque uultus:
Credis te satis esse uindicatum.
Erras: iste potest & irrumare.

De Sertorio. 84

Mollis erat facilisque uiris poeantius heros:
Vulnera sic paridis dicitur ultra uenus.
Cur lingat cunnum siculus sertorius: hoc est.
Ex hoc occisus ruffe uidetur eryx.

De præposteris donis. 85

Vimine clausa leui niueæ custodia coptæ:
Hoc tibi saturni tempore munus erit.
Dona quod æstatē misi tibi mense decembri
Si quæris: rasam tu mihi mitte togam.

Ad Classicum. 86

Quod nec carmine glorior supino:

Imine. Cocta in delitiis erat romanoꝝ eadem decocta dicebatur. refrigierabatur niuibus: ut gratior esset. Iuuenalis: Frigidior geticis petitur d̄ cocta pruinis hoc est quod conqueritur his uerbis Plinius: Ad frigidas potus uas petitur in nubila.i.i niues Id fuit inuentum Neronis propterea ipse quasi peculiari inuento carens ingemiscit apud Tranquillum: Hæc est decocta Neronis: nunc erant saturnalia mittebantur xenia idest hospitalia munera amicis: Martialis mittit colum niuarium: hoc epigrammate: colum niuarium erat saccus ex uimine panno ue unde uinum aut aqua decocta attenuabatur: ut esset frigidior. de hoc plura in distichis. Pli. Hi niues illi glatiem potant: pœnasque montium in uoluptatem gulæ uertunt: seruatur algor æstibus: & cogitaturque ut alienis mensibus nix algeat: decoquunt alias: quas mox & illas hyemant. Tempore Saturni: i saturnalibus.

Custodia: tegimen. Clausa septa: & compacta: leui uimine. Toga rasa: æstiuo tempore utebantur. Si quæris: conuenires: hoc uas coctæ quod mittitur appellabatur colum niuarium id est in quo depositis niuibus refrigerabatur decocta.

Quod nec. In palæmonem scribit. qui ut lectores carminum illecebris alliceret: uersus magno labore componebat: & affectabat in his nouitatem numerorum: nam modo scribebat sotadicum carmen: modo inserebat uerba græca: modo choliambum edebat ait poeta insani esse hominis laborare in iocis: & quærere remotiores numeros: ut nouitatis uenere: & lepore delectet: se negligere huiuscemodi laboré: neque uelle quærere multitudinem lectorum tantis laboribus: & tam morosa cura. Tam malus: propterea malus poeta: q̄ non glorior. Carmine suppino id est molli & eneruato.

Sotadem cinædum:oratio cinædica originem habuit a Cleomaco pugile:qui in cinædi cuiusdam & ancillæ:quæ a cinædo alebatur amorem incidit:cinædicosque mores:& orationem est imitatus Sotades:Primus elaborauit hoc scribendi genus:postea Alexander ætholus sed hi pura tãtum oratione:postea Lysias cantum adhibuit.Ennius hoc genus carminis usurpauit cipro boui merendum.dictum carmen a Sotade auctore.cinædum ea de causa:quam diximus de Cleomacho.Supra hoc carminis genus cum poeta damnet urbaniter iocatur se scilicet non legere retro carmen cinædicum:alludens ꝙ cum cinædicum sit ante non debet legi. Cinædicum sotadem id est non utor eo carmine:quo Sotades auctor orationis cinædicæ usus est. Eccho græcula id est uox græca inserta:nam ĩserebãt poetæ uerba græca carmini:ut maior esset lepos Id tãq̃ nimium molle reprehenditur in Lucillio.Pitholeũ rhodius non probatur:ꝙ sæpius græculas uoces inseruit.hoc agit Martialis:se raro & apte. Eccho græcula idest reboatio & pronũciatio græcula. Choliambon:ĩ carmine iambico magna est acerbitas:quali usus est Bibaculus infensus ĩ primis Catoni grammatico. Archilochus eodem genere usus est:postea fuit excogitatum a mollioribus poetis:ut diffracto eo rigorẽ iãbico alterum genus ĩstitueretur:quod iãbicum erat:sed fractũ:unde dictũ est

Nec retro lego Sotadem cinædum:
Nusquam græcula quod recantat echo:
Nec dictat mihi luculentus athis:
Mollem debilitate galiambõ.
Non sum classice tam malus poeta.
Quid si per graciles uias petauri
Inuitum iubeas subire ladam?
Turpe est difficiles habere nugas:
Et stultus labor est ineptiarum.
Scribat carmina circulis palæmon.
Me raris iuuat auribus placere.

In Phœbum. 87

Dicis amore tui bellas ardere puellas:
Qui faciem sub aqua phœbe cacantis habes. al'natãtis

In Mamercum. 88

Nil recitas & uis mamerce poeta uideri:
Quicquid uis esto:dum modo nil recites.

In Gaurum. 89

Quod nimio gaudes noctem producere uino
Egnosco: uitium gaure catonis habes.

χωλιαμβοσ claudius iambus. Athis:ut alii sentiunt nomẽ proprium poetæ est: quod nusq̃ repperi:sed ut puto Athis hic puer amatus a Cibelle:ponitur pro molli & eneruato poeta:nam & ipse mollissimus fuit sectis testibus:quod alibi indicat Martialis:cum ait:Et concubino mollior celeneo.de eodem carmine Persius.Claudere sic uersum didicit bere cynthius athis. Petauri:dicti agiles homines a petãe quod est uolo.hi ꝑ circulos se immittunt:nascunturque sub delphine:ut Maternus scribit. Marcellus petauristas appellat.& alios esse putat:sed Materni interpretatio cum Martiale conuenit. Lada:cursor fuit Alexandri uelocissimus:sensus est poetæ:possum esse bonus poeta etiam si non sector numeros sotadicos:& choliambicos:quẽadmodũ Lada cursor omnino uelocissimus erat: etiã si non immitteret se per circulos:quod poterant agere petauri.de Lada scribit Solinus in colectaneis:& eiusdem meminit Catullus.

Icis.Deridet phœbum:qui dicebat puellas ardere sui amore:cũ habeat os nantis sub aqua. Iocatur cum ardore & aqua:hic erat pallidus & turgidus.

Il.Mamercus male scribebat. Dummodo nil recites:idest ne offendas nos tuis ineptiis.

Vod.Gaurus gaudebat ebrietate. Cato uticẽsis:cuius uirtus:ut oratius:non nũq̃ ĩcaluit mero:q̃uis Plut.id uelit uideri accidisse non Cato.ebrietate:sed magna negocioꝝ cura.

Nullo Apollie.i.nullis musis.i.sine gratia Apollinis & musarum. Hoc Ciceronis: qa male scribebat carmina. Antonius: accusat a Cicerone quod uomuerit ī senatu multis uicibus. Luxuriaris: nā Apitius multas miriadas: ut græci scribūt luxu consumpsit. Quod fellas: q̄si dicat in multis aliis uitiis habes auctores: In fellatione quē hēs: Ita iocat in turpē hominē.

Vintiliane moderator. Nā ut ipse scripsit. xxiii. annos erudiēdis iuuenibus īpendit. docuit etiam nepotes Domitiani. primus Romæ mercedē publicā e fisco accepit: ut scribit Eusebius. Vagæ: iuuētutis. Romanæ togæ: nobilitatis: & iuuentutis. Propo uiuere pauper quod spretis di uitiis indulgeo anio.

Carmina quod scribis musis & apolline nullo
Laudari debes: hoc Ciceronis habes:
Quod uomis antoni: quod luxuriaris apici:
Quod fellas: uitium dic mihi cuius hahes.

Ad Quintilianum. 90

Quintiliane uágæ moderator summe iuuentæ
Gloria romanæ quintiliane togæ.
Viuere quod propero pauper nec inutilis annis
Da ueniam: properat uiuere nemo satis.
Differat hoc: patrios optat qui uincere census:
Atriaque immodicis artat imaginibus.
Me focus & nigros non indignantia fumos
Tecta iuuant: & fons uiuus: & hærba rudis.
Sit mihi uerna satur: sit non doctissima coniunx
Sit nox cum somno: sit sine lite dies.

Ad Cæsa. Do. 91

Rerum certa salus terrarum gloria Cæsar:
Sospite quo magnos credimus esse deos.
Si festinatis totiens tibi lecta libellis
Detinuere oculos carmina nostra tuos.
Quod fortuna uetat fieri: permitte uideri
Natorum genitor credar ut esse trium.
Hæc si displicui fuerint solatia nobis.
Hæc fuerint nobis præmia: si placui.

Ad uxorem. 92

Natorum mihi ius trium roganti
Musarum pretium dedit mearum
Solus qui poterat: ualebis uxor.
Non debet domini perire munus.

Nec utilis annis: inutiles annis dicuntur qui nullá partē annorū in uera uita.i. animi relaxatione & qete ponunt. Nemo uiuere satis properat.i. adeo anni labūtur cito: ut non possimus uideri nimium properare ad ueram uitam.i. quietē: quasi dicat nemo potest reprehendi: quod nimiū temporis uelit dare quieti. Imagines: maiorum qui aliqd præclari gesserant collocabantur in atrio: ut apud Siliū exposuimus. Rudis herba id ē herba sine ullo condimento: uel imparatus hortus. Verna seruus id ē habeam tantúmodo ūde possim alere seruum.

Coniūx non doctissima & Iuuēalis doctá coniugē scribit molestá: Quæ uoluit palæmoīs artē. Ita descripta est Epicuri uita: quam poeta maxime probat.

Erum. petit a Domitiāo ius triū natorum: qđ q hēbāt: cū aliqd populo uiritī diuidebant his dabat portio pro tribus liberis alēdis. In lege agraria testatur hoc appiāus. Hoc ius īstitutū ē ī monumētū: & laudē auctore Dionysio triū oratorum: q tergemini pugnauerunt aduersus Curacios albanos pro imperio romano. Claudius etiam dedit mulieribus ius quattuor natorum. Quo sospite id est sano & saluo. Fortuna uetat: quia non habebat tres filios. Credar: quia non erat. & Pli. scribit se a competitore superatū: quod ille ius trium natorum haberet præter alia ornamenta: nam qui id ius habebant anteponebantur carentibus liberis.

Atorum. O uxor iam ualebis idest discedes. Munus domini non debet perire: quia debeo esse contentus munere Cæsaris: & non debeo quærere amplius liberos.

Lus pudoris.i.si in medium non uenit:

H Oc Tibi quicquid id est lon. Tedio urbis discesserat Martialis in galliam cis alpinam: unde hunc librum mittit: nam ꝙ ait secũdo uersu: Gallia romanæ nomine dicta togæ: ego de gallia cisalpina itelligo ob tertium epigramma ex quo satis discitur inde mitti librum. Primum lectorem alloquitur: & idicat ubi liber sit compositus: neque se mirari ait si fortasse plus placeat superior: ꝗ compositus fuerat in urbe quoniã quæ domi nascuntur gratiora sunt externis Romanæ togæ: alludit ad galliam togatã quæ ab ancone incipit: cum ut puto uelit indicaꝛ galliam cisalpinam. Romanæ: tu legis hunc: nam hunc mittebat librum in urbem. Liber uerna.i.natus domi ĩ urbe Vincere gallum.i. qui mittitur ex gallia. Vincere: gratia superare.

C Vius. Alloquitur librum: & hortatur eũ ut sibi paret patronum aduersus obtrectatoꝛs: & laudat Faustinum. Cuius uis fieri munus.i. cui uis mitti: Imitatio Catulli: Cui dono lepidum nouũ libellum. Vindicem parare.i.defensorem. Tegas cordillas: hi uersus sunt apud Persium aliis numeris: Scũbros metuẽtia carmina nec thus. Cordillæ idem pisces sunt qui thinni nam thinni simul ac nati sunt matrem sequunꝛ autũno redeuntes ex ponto in magnum mare cordillæ dicuntur: cum se immiscerit cẽo pelaides πηλόσ eni latine cenum post annum appellantur thinni. Cordillas: pisciculos. Papyro madida: nam neglectæ papyri ĩ hunc usum adhibebanꝛ siue scriptæ essent damnatis carminibus siue non scriptæ: sed tunc erat illud genus papyri: qđ emporeticum dicitur deprauata dictione apud Plinium amphoreticum. Cucullus: tegmen thuris & piperis uenditi. Faustini: alibi meminit. Sapisti: optimum cepisti consilium. Cedro: oleo cedrino quod seruabat chartas: Luxurieris id est luxuriose orneris umblicis pictis.

Ad Regulum. 93

Primus ubi est inquis: cum sit liber iste secundus.
Quid faciam: si plus ille pudoris habet:
Tu tamen hunc fieri si mauis regule primum
Vnum de titulo tollere iota potes.

M. Valerii Martialis liber tertius.

Ad lectorem de libro Gallicano. 1

H Oc tibi quicquid id est: longinquis mittit ab oris.
Gallia romanæ nomine dicta togæ.
Hunc legis: & laudas librum fortasse priorem.
Illa uel hæc mea sunt: quæ meliora putas.
Plus sane placeat: domina qui natus in urbe est.
Debet enim gallum uincere uerna liber.

Ad librum suum. 2

Cuius uis fieri libelle munus:
Festina tibi uindicem parare:
Ne nigram cito raptus in culinam
Cordilas madida tegas papyro.
Vel thuris piperisque sis cucullus:
Faustini fugis in sinum: sapisti.
Cedro nunc licet ambules perunctus
Et frontes gemino decens honore.

Luxurieris.i.luxuriose orneris umbilicis pictis. Index:titulus. Coccũ mittebat gal/
lia præcipuum:licet Pisidia & aliæ prouinciæ mitterent:unde uestes coccineæ fiebant præ
cipuo colore & ingẽti precio. Illo uindice:patrono Faustino. Probum:probum posuit
ꝓ seuerissimo castigatore:nam.M.V.probus emendandis libris soli nec ulli alii gramma/
tices parti deditus: reliquit non mediocrẽ siluam obseruationum sermonis antiqui.
Omam:Alloquitur librum.Duæ erant uiæ æmiliæ:altera quæ flamminiam excipie
bat: de qua hic loquitur: Altera quam strauit Scaurus per Pisas & Lunam in sabatios usque. Forum Cornelii:mutato nomine nunc imola dicitur. Fatere multa: id est nimis multa paucis uerbis. Vanæ togæ: uel uariæ: quia ut scribit inter togatos ambulabat:id ẽ inter anteambulones:ex quo nihil accipiebat quod eẽt libero homine dignum: & propterea togam uagam uanam dixit: uel uanæ togæ Romanorum togatorum:qa uani & nullius emolumẽti erant in clientes: placet prior sententia. Exierat poeta: id est quoniam erat poeta exiuit. Cum cytharœdus erit redibit: quia cytharœdi in pretio sunt Romæ non poetæ. Ita figurate tẽpora sua notat.

Pictis luxurieris umbilicis.
Et te purpura delicata uelet.
Et cocco rubeat superbus index.
Illo uindice nec probum timeto.

Ad Librum suum. 3

Romam uade liber: si ueneris unde requiret:
Aemiliæ dices de regione uiæ.
Si quibus in terris: qua simus in urbe rogabit:
Corneli referas me licet esse foro.
Cur absim quæret breuiter: tu multa fatere:
Non poterat uanæ tædia ferre togæ.
Quando uenit dicet: tu respondeto poeta:
Exierat: ueniet cum citharædus erit.

Ad eundem. 4

Vis comendari sine me cursurus in urbem.
Parue liber multis: an satis unus erit?
Vnus erit: mihi crede satis. cui non eris hospes:
Iulius: assiduum nomen in ore meo.
Protinus hunc adeas: primique in limine tecti:
Quos tenuit daphrus: nunc tenet ille lares.
Est illi coniunx: quæ te manibusque sinuque
Excipiet: tu uel si puluerulentus eas.
Hos tu seu pariter: siue hanc illum ue priorem
Videris: hoc dices: Marcus auere iubet.
Hoc satis est. alios commendat epistola: peccat
Qui commendandum se putat esse suis.

Is commendari: Ad librum iterum. An unus multis satis eris: hospites dicuntur amici externi propterea ait tu non eris Iulio amicus externus sed popularis & ex ipsa urbe. Nomen in meo ore: quia sæpe eum celebro carminibus meis. Primi in limine tecti: domus nostræ: quia uicinus erat Iulius Martiali. Daphnis græce: latine lau
rum. Martialis lauros habuit uicinas ad porticum uipsanam: quod dixit: At mea uipsa/
nas spectant cœnacula lauros: propterea uicinum hominem qui domui suæ lauretum il
lic olim habebat ficto nomine appellat daphnidem. Daphnis præterea olim fuit Mercu/
rii & Nymphæ filius qui & ipse ita est appellatus: quoniam in silua laurorum in Sicilia es
set natus. Is amisit oculos cum ebrius immemor minarum nymphæ si cum aliqua alia rẽ
haberet: regis filiam stuprasset. Hos pariter: Iulium & uxorem.

Ormoſam:In mulierem:quæ rugas medicaminibus celabat uultus:corpus deforme lauabat.faciebat hoc ut formoſa uideretur cum tamen ipſum corpus proderet faciem eſſe deformem. Lædis: aquas lauando. Deam: aquarum. Aperi:detege faciem. Nigro medicamine:ut uideamus an ſis formoſa. Aut tunicata laua:ne corpus quod cernimus non formoſum doceat faciem eſſe deformem.

Vx tibi:Marcellinus die natali patris depoſuit primam barbam:ait Martialis duplicem eſſe cām celebrādi diei: quod eo & pater natus ſit: & filius depoſuerit primam barbā lanuginem: nam lanugo hæc deponebatur magna celebritate conuiuiorum & ludorum: & indicium erat uitæ initæ uirilis ætatis.

Hæc prima: hoc die natus eſt pr̄ tuus. Libat:id eſt decidit: quia depoſuiſti primam barbam. Ille dies: licet dederit iocundam uitam patri:quia eo natus eſt: nunquam præſtitit amplius quam quod reddit te uirum. Vel patri: accipe abſolute ut dicat: nullus pater plus accipit ab eodem die: ut & natalem ſuum celebret & depoſitam filii lanuginem.

Conſilium Deformi. 5

Formoſam faciem nigro medicamine uelas:
Sed non formoſo corpore lædis aquas.
Ipſam crede deam uerbis tibi dicere noſtris:
Aut Aperi faciem: aut tunicata laua.

Ad Marcellinum. 6

Lux tibi poſt idus numeratur tertia maias:
Marcelline tuis bis celebranda ſacris.
Imputat æthereos ortus hæc prima parenti:
Libat florentes hæc tibi prima genas.
Magna licet dederit iocundæ munera uitæ:
Plus nunquam patri præſtitit illa dies.

De Sportula. 7

Centum miſelli iam ualete quadrantes
Anteambulonis congiarium laſſi
Quos diuidebat balneator elixus.
Quid cogitatis o fames amicorum?
Regis ſuperbi ſportulæ receſſerunt.
Nihil ſtrofarum eſt:iam ſalarium dandum eſt.

In Quintum. 8

Thaida quintus amat quam thaida thaida luſcam.
Vnum oculum thais non habet: ille duos.

In Cinnam. 9

Verſiculos in me narratur ſcribere cinna:
Non ſcribit cuius carmina nemo legit.

Entum:Domitianus ſportulas ſuſtulit:dabātur autem centum quadrātes pro ſportula his: q una lauabantur: quod ſupra indicauit:Dat baiana mihi lætus Martialis & inſultans diuitibus:qui exigua ſportula & interdum cibo comites conducebāt: ait eos non debere amplius ſperare comites exiguo cibo: ſed eſſe recto & legitimo ſalario. Elixus:de coctis aquis balneorum.

O fames amicorum:id eſt o diuites qui cogebatis amicos eſurire tenui ſportula. Quid cogitatis regis ſuperbi: id eſt diuitis: ut ſupra: Tumidoque anteambulo regi. Stropharum: potes legere: id eſt alimentorum:quaſi dicat amplius non dantur cibi in ſportulam: quod non placet.lege ſtropharum:nam ſtrophæ præſtigiæ & occultæ fraudes ſunt:ut appellet ſportellā ſtrophas: quaſi rem fallacem:& cuius dulcedine multi decepti tempus fruſtra terebant. Plinius in epiſtolis hoc uerbo utitur:Hic īquit dixi ſtrophas facis. & alibi Martialis:Iam ſtropha talis abit.

Haida:Cum luſcam & deformem poſſit amare:Ipſe non habet duos oculos:nam cæcus eſt.

Onſtituit: Philomuſus prodigus erat & a patre accipiebat duo milia ſingulis menſibus ne conſumeret hæreditatem una prodigalitate. poſtea pater moriens conſtituit hæredem: & non reliquit duo milia in toto aſſe: ergo pater exhæredauit: qa non dabit amplius ſingulis menſibus duo milia per omnes dies quoad uixit: uel exhæredauit: quia tantum dedit: ut nihil moriens relinquere potuerit quod placet. Egeſtas craſtina: id eſt cũ uno die tantum conſumeres ut in ſequenti nihil ſupereſſet.

In Philomuſum. 10

Conſtituit philomuſe pater tibi milia bina:
Menſtrua: per quæ omnes præſtitit illa dies.
Luxuriam premeret cum craſtina ſemper egeſtas:
Et uitiis eſſent danda diurna tuis.
Idem te moriens hæredem ex aſſe reliquit.
Exhæredauit te phelomuſe pater.

Ad Quintum. 11

Si tua nec thais nec luſca eſt quinte puella:
Cur in te factum diſtichon eſſe putas?
Sed ſimile eſt aliquid: pro laide thaida dixti:
Dic mihi quid ſimile eſt thais & hermione;
Tu tamen es quintus. mutemus nomen amantis:
Si non uult quintus thaida ſextus amet.

In Fabullum. 12

Vnguentum fateor bonum dediſti
Conuiuis here: ſed nihil ſcidiſti.
Res ſalſa eſt bene olere: & eſurire.
Qui non cœnat: & ungitur fabulle
Hic uere mihi mortuus uidetur.

In Næuiam. 13

Dum non uis leporem dum non uis carpere mulum
Et pluſquam patri næuia parcis apro.
Accuſas rumpiſque coquum: tãquam omnia cruda:
Attulerit: nunquam ſic ego crudus ero.

De Tutio. 14

Romam petebat exuritor Tutius:
Profectus ex hiſpania.
Occurrit illi ſportularum fabulla:
A ponte rediit miluio.

De Codro. 15

Plus credit nemo quam tota codrus in urbe:
Cum ſit tam pauper quomodo? cæcus amat.

Ex aſſe: tota hæreditate in qua non erant duo milia: pater exhæredauit: quia nõ dabit amplius duo milia ſingulis mẽſibus ut dabat: ſed quum minus illa daret: tunc te exhæredabat: quia nihil inde ſuperfuit.

Nguentum: Corpus mortuorũ lauabat. Ennius: Corpuſque lauãt frigẽtis & ungũt: tũ Fabullus acceperat conuiuas: ut ungerent ut moris erat. Sed nihil ſcidiſti: ad comedendũ. Salſa: ꝑfaceta eſt. Mortuus: qa mortui ungunt & non comedũt.

Vm: Crudus ſignificat cibũ non coctum. crudus item ſignificat hominẽ q bene non cõcoxit. In hoc iocat Martialis accuſat auaritiam Næuiæ. Parcis: abſtines ab apro. Rũpis: laceras. Hoc pacto: non apponẽdo aliqd. Nunq̃ ero ſic crudus. i. nunq̃ accidet ut bene non concoxerĩ nihil edẽdo. locatur ĩ hoc uerbo crudus.

Lus credit: Credere ẽ mutuo dare pecuniã. Cicero: Per amicos tuos q ei crediſſent. Credere itẽ eſt habere fidẽ. locatur ĩ hoc Martialis. Credit mutuat. fallit lectorẽ ambiguitate uerbi: lector acceperat credere ꝑ dare pecunias mutuo. Martialis acceperat credere pro adhibere fidem. nam cæcus qui amat multum credit. Cum ſit tam paup quo modo? interrogatio ẽ quo modo mutuet? reſpondet Cæcus amat: iccirco multum aliis credit.

As:Prouerbiũ erat apud antiquos in eũ qui rẽ tentaret & ſupra uires: Teneto te intra pelliculã. hoc uſurpat Oratius ĩ ſermonibus: & nũc dicit a Martiale ĩ cerdonẽ aptiſſime. nã cerdo ad tantas peruenerat opes ut gladiatoriũ munus ederet in theatro de quo alibi: Frange miſer calamos & rumpe thalia libellos: Si dare ſutori calceus iſta poteſt. Cerdones: a lucro dicti: nam κερδος apud græcos lucrũ apud nos ſignificat. Regulæ: princeps ſutorũ. Sicca.i.gladius. Gladiatorum: ipſi gladiatores. Corio tuo.i.pelle tua. Ludere: dare gladiatores. In tua pellicula.i.ĩtra tuã artẽ. Iuuenalis: Quondã hi cornicines & municipales harenæ perpetui comites: notæque p oppida buccæ. Munera nũc edunt. & cætera.

In Cerdonem. 16

Das gladiatores ſutorum regule cerdo:
Quodque tibi tribuit ſubula: ſica rapit.
Ebrius es. nec enim faceres id ſobrius unquam:
Vt uelles corio ludere cerdo tuo.
Luſiſti. ſatis eſt: ſed te: mihi crede: memento:
Nunc in pellicula cerdo tenere tua.

In Sabidium. 17

Circunlata diu menſis ſcriblita ſecundis:
Vrebat nimio ſæua calore manus.
Sed magis ardebat ſabidi gula: protinus ergo:
Sufflauit buccis terque quaterque ſuis.
Illa quidem tepuit: digitoſque admittere uiſa eſt:
Sed nemo potuit tangere: merda fuit.

In Maximum. 18

Perſrixiſſe tuas queſta eſt præfatio fauces:
Cum te excuſaris maxime: quid recitas?

De Vipera in ore urſæ. 19

Proxima centenis oſtenditur urſa columnis

Ircunlata: Dictio hæc deprauata ẽ in nouis codicibus oĩ ex pte: ĩ uetuſtiſſimis non oĩno: nã ueτuſti codices ſic habẽt ſcribitita: qd ita emendandũ cenſeo ſcriblita. nã ſcriblita auctore Varrone in menipea: Eſt genus cibi liquidioris. Varro: Impone in ſcrupea ſcriblitã. hoc magis placet q̃ aut ĩtrita: aut ſorptita: quoniam ut mihi uidetur uoces ſunt: altera ĩuſitata altera nõ conueniẽs: neque ſi ſeqmur elemẽta uetuſtiorũ codicũ ĩ hoc uerbo apte coagmentari poſſũt: tamẽ ſi placet ſorptita ẽ poculũ ſorbile & cibus ſorbilis. In Sabidium ſcribit fellatorem: & male olentem cuius flatu ſcriblita allata menſis malum cœpit odorem: a ſcriblita fit ſcriblitare: quod eſt infirmis & nutantibus greſſibus inſiſtere. Secundis menſis: id eſt inter bellaria. Circunlata diu: quia calebat. Vrebat manus: conuiuarum ita ut non poſſet tangi. Merda fuit: propter anhelitum Sabidii fellatoris male oluit ut merda. Antiquus codex ut dixi ita habet Circunlata diu mẽſis ſcriblita ſecundis. Sed qui male emendarunt inuerterunt pro ſcriblita uel ſorptita uel intrita ſcribentes. His commentariis aliorum ineptias diſſimulaui: quod licuit ubique. Nam neque tã damno libenter aliena quam mea omnibus probare ſtudeo: cuius conſilii adhuc me non pœnituit quãuis laceſſitum ſcriblita legendum exiſtimo. Nam ſcriblita: quod ex antiqs codicibus facile apparet eſt placentæ genus: quod docet Cato his uerbis in re ruſtica: Scriblitam ſic facito ĩ balteo tractes caſeum: Ad eundem modum facito uti placentã ſine melle: coquitoque. Ita leges: Circunlata diu menſis ſcriblita ſecundis.

Erfrixiſſe: Idem ſenſus eſt uerborum Catonis in Albinum ſcribentem hiſtoriam: nã Albinus ſe excuſauit: quod græcus homo ſcriberet latinam hiſtoriam: maluiſti inqt deprecari culpam quam ea carere. Perfrixiſſe: nimio frigore factas raucas. Iuuenalis. Et ſi perfrixit bene cantas. hic malus erat recitator.

Roxia: Platanon locus erat platãis cõſitus: ut daphnon lauris. hic erat iuxta porticũ uipſanã: hẽbat feras marmoreas miro ſculptas artificio cũ puer nup manũ ĩmiſiſſet in os urſæ marmoreæ illic deliteſcẽtis uiperæ morſu periit. Colũnis cẽtenis.i. porticus uipſanæ.

Fictæ:feræ marmoreæ: Merſit:immiſit. Tentat:palpando experitur. In cæco ore.i. intra os latebat. Viuebat:ducebat ſpiritum. Anima deteriore.i.flatu & ſpiritu uenenato. O facinus:ſimul deplorat necé pueri & uitã feræ marmoreæ admirat̃. Falſa:qa non erat marmorea ut uidebat̃.falſa res eſt quod uidet̃.q.d.erat uipera cum uideretur urſa.

Ic muſa:De Canio:& ĩ eũ iocat̃ qui nulla alia re magis occupatus erat q̃ riſu:de quo ſupra:Cepit maxime pana qui ſolebat. Chartis uicturis.i.ĩmortalitati. Tẽpora claudianorũ.i.Claudii & eius maiorũ.hãc hiſtoriã ſcripſit Plinius:ſed non extat

Exornant Fictæ qua platonana feræ.
Huius dum patulos alludens tentat hiatus:
Pulcher hylas:teneram merſit in ora manum.
Vipera ſed cæco ſcelerata latebat in ore:
Viuebatque anima deteriore fera.
Non ſenſit puer eſſe dolos:niſi dente recepto:
Dum perit:o facinus auſa quod urſa fuit.

De Canio. 20

Dic muſa quid agat canius meus ruffus?
Vtrum ne chartis tradit ille uicturis
Legenda temporum acta claudianorum?
An quæ neroni falſus aſtruit ſcriptor.
An æmulatur improbi iocos phædri
Laſciuus eligis:an ſeuerus herois.
An in cothurnis horridus ſophocleis.
An occioſus in ſchola poetarum:
Lepore tinctos attico ſales narrat?
Hinc ſi receſſit porticum terit templi.
An ſpatia carpit lentus argonautarum
An delicatæ ſole rurſus europæ
Inter tepentes poſt meridiem buxos.
Sedet.ambulat ue liber acribus curis.
Titi ne thermis an lauatur agrippæ.
An impudici balneo tigillini.
An rure tulli fruitur atque lucani.
An polionis dulce currit ad quartum:
An æſtuantes iam profectus ad baias.
Piger lucrino nauiculatur in ſtagno.
Vis ſcire quid agat canius tuus: ridet.

Falſus ſcriptor: an laudat ea quæ nonnulli ſcriptores adulãtes Neroni laudarint.hæc duo ĩterrogauit: quoniam & Neronis: & Claudii memoria inuiſa erat Domitiano. Aemulatur:imitando in numeros ducit. Phedrus eximiæ formæ a Platone ĩtroducitur in eo dialogo qui ita inſcribitur: ubi longa oratione & Phedri uerbis de amoribus diſputatur.

Laſciuus Canius: id eſt laſciuiens in elegis. An ſeuerus:ſcribit ne heroico carmine:an uerſat̃ horridus in cothurnis ſophocleis:id eſt in tragico carmine. Schola poetarũ: locus ubi poetæ recitabãt.

Lepore attico:id eſt attica puritate & elegantia.

Hinc:a ſchola poetarũ.

Terit porticum:deambulat ne in porticu. An carpit ſpacia.i.an deãbulat in porticu argonautarũ in cãpo martio:an rurſus: quia ſæpe illuc accedebat.

Tepentes buxos.i.inter buxetũ.i.deambulat ne ĩ porticu Europæ. Titi thermis:nam Titus thermas conſtruxerat:an lauatur ĩ thermis agrippæ. Tigillini ĩpudici:nã ꝑ ĩpudicitiam Tigillinus multa a Nerone ẽ conſecutus: quẽ ad omne corruperat. Ipſe obſcuris parentibus fœda pueritia turpi ſenecta apđ aquas ſinueſſanas periit iuſſu Othonis muliebriter:nã ſecuit fauces nouacula. Tulli & Lucani:duorum fratrum:de quibus ſupra:Si lucane tibi uel ſi tibi tulle darent̃. Pollionis quartũ:Quartum nomen proprium loci amœni ẽ ad quartum lapidem. Iam:æſtiuo tẽpore. Nauiculat̃.i.nauigat:nã nauiculari eſt ocioſa cimba uehi. Ridet:ita ante notat̃:Cepit maxime pana q ſolebat.Ita ſuſpenſum hactenus lectorem in riſum prouocat..

Roscriptum: Antium Restionem proscriptum famulus: quem ipse in compedibus & fronte notatum secutus est fugientem: aliis seruis diripiẽtibus bona domini. Is collocatum dominum in loco abdito aluit: Senem in quem inciderat interemit: coniecitque in rogum ardentem: ostendit his qui uenerant ad Restionem capiendum illic ardere. Proscriptum: Restionem. Inuidia: id est infamia domini: quod fuerit seruatus ab eo seruo: quẽ ipse habebat in compedibus: quem fronte signauerat, historia est apud Macrobium.

In Crudelem Dominum. 21

Proscriptum famulus seruauit fronte notatus:
Non fuit hæc domini uita: sed inuidia.

De Apitio. 22

Dederas apici bis tricenties uentri:
Sed adhuc supererat centies tibi laxum
Hoc tu grauatus ne famem & sitim ferres,
Summa uenenum potione duxisti.
Nil est apici tibi gulosius factum.

In Inuitatorem. 23

Omnia cum retro pueris obsonia tradas:
Cur non mensa tibi ponitur a pedibus.

De Tusco haruspice. 24

Vitæ nocens rosa stabat moriturus ad aras:
Hircus: bacche tuis uictima grata sacris.
Quem tuscus mactare deo cum uellet haruspex:
Dixerat agresti forte rudique uiro.
Vt cito testiculos & acuta falce secaret:
Teter ut immondæ carnis abiret odor.
Ipse super uirides aras luctantia pronus:
Dum resecat cultro colla: premitque manu.
Ingens iratis apparuit hernia sacris.
Occupat hanc ferro rusticus: atque secat.
Hoc ratus antiquos sacrorum poscere ritus:
Talibus & fibris numina prisca colli.
Sic modo qui tuscus fueras: nunc gallus haruspex:
Dum iugulas hircum: factus es ipse caper.

Ederas: Apitius habebat septem milia, sex consumpserat luxu: & cū adhuc centum supereẽnt ueritus ne posset explere: gulam ea pecunia uenenū bibit: quod forta sse a multis poterat laudari tanquā fortiter fecisset: ad quod Martialis ait: nihil potuisse fieri gulosius, nam cū cæteri uncta sectentur ꝑpter gulā: ipse quod plus est bibit uenenū gulæ causa. Tu grauatus: quod solum scilicet centum super essent: ut: tanquam. Ferres famem & sitim: id est tanquam laborares fame & siti bibisti uenenum.

Mnia: In eum qui obsonia apposita conuiuis retro porrigebat pueris: si inquit Martialis in animo tibi est retro porrigere obsonia: debes & mẽsam parare pueris non nobis. A pedibus: Lecti ubi discumbunt pueri: Serui enim ad pedes discumbebant, alibi: retro flexus ad pedum turbam: id est ad seruos, & alibi: Ad pedes ĩplet lagœnā: id est ex mensa seruorum.

Itæ nocens: Erat aruspex: qui uolebat immolare caprum Baccho: sed quoniam carnes hirci fetent nisi castretur: Iussit ut rusticus resecaret testes capri: Apparuit hernia aruspicis: rusticus eam resecauit. Stabat ut mactaret: & placebat deo. Rosa: corrosa uitæ. Aruspex tuscus: qui e tuscia uenerat: nam e tuscia uenerat aruspicina. Teter odor: id est nocens odor hircorum. Hernia: pellis testiculorum. Iuuenalis: Quibus incendi frigidus æuo Laomedontis & nestoris hernia possit. Aras: uirides e cespite: Rusticus secuit herniam aruspicis: putauit hunc esse ritum sacrorum.

I temperari: locatur in Sabineum rhetorem: qui tantum uentum emittebat podice: ut possit refrigerare balnea calidissima. Iulianus amabat balnea tepida.

Rædia: In Candidũ qui nihil dabat amicis: & uolebat omnia solus habere: de quo supra est conquestus: Candide Κοινα φιλων: sed non habebat uxorem solus: cui isultat hoc epigrãmate. Solus habes: id est nihil ex iis das amicis: sed solus omnibus tuis rebus uteris præter uxorẽ. Iuuenalis: Gentis uitio nunq̃ partit̃ amicũ solus habes.

Ad Faustinum. 25

Si temperari balneum cupis feruens
Faustine: quod uix iulianus intraret:
Rogo lauet uti rhetorem sebineum
Neronianas is refrigerat thermas.

In Candidum. 26

Prædia solus habes: & solus candide nummos:
Aurea solus habes myrrina solus habes.
Massica solus habes: & opimi cecuba solus:
Et cor solus habes: solus & ingenium.
Omnia solus habes: hoc me puto uelle negare:
Vxorem sed habes candide cum populo.

In Gallum. 27

Nunquam me reuocas uenias cum sæpe uocatus:
Ignosco nullum si modo galle uocas.
Inuitas alios. uitium est utriusque quod inquis:
Et mihi cor non est: & tibi galle pudor.

In Nestorem. 28

Auriculam mario grauiter miraris olere:
Tu facis hoc: garris nestor in auriculam.

In Zoilum. 29

Has cum gemina compede dedicat cathænas:
Saturne tibi zoilus: annulos priores.

Ad Ruffinum. 30

Sunt tibi confiteor diffusi iugera campi:

Myrrina: uasa mittebañt ab oriente: & a nonnullis locis parthorum: sed præcipua ex acarnania erãt disticta maculis. nonnulli dixer̃t myrrinũ esse humorẽ concretũ sub terra: unde hæc uasa duceban̄t. Massica: id ẽ falernũ. Cecuba opima. i. uina opimiana.

Vnq̃: Idẽ ferme sensus est superioris epigrammatis: Inuitas nullũ nisi cum quo cotta lauaris:

Reuocas: ad cœnã. Inuitas alios. i. draucos. Mihi non ẽ cor: decipit lectorẽ: nã uidetur dicere mihi non ẽ cor: hoc ẽ prudẽtia: quia te inuito: cũ itelligat non ẽ animus ad te pædicandũ. Nec tibi pudor: fallit itẽ lectorẽ: uidetur enĩ dicere: quia me non inuitas: at intelligit quia uis pædicari.

Vriculã: In nestorẽ fellatorẽ: q cũ garriret in auriculã Marii male olebat auricula ꝓpter grauẽ odorẽ Nestoris. alibi eodẽ sensu de ampulla unguenti in cũnilingũ: qui cũ eã olfecisset: dixit poeta factam esse garum.

As: In Zoilũ scribit: q ex seruili conditione peruenerat ad equestrẽ dignitatem. Saturne tibi: i saturnalibus: ut Apollodorus scribit: Saturnus q toto anno fuerat in cõpedibus soluebat̃. Papinius ĩ saturnalibus uocat saturnũ: Saturnus mihi compede lex soluta: cũ Martialis uelit ostẽder̃ Zoilũ fuisse seruũ: nũc in saturnalibus scribit distichon: quo ait Zoilũ dicare compedẽ Saturno: dedicat tibi has catenas. Cum gemina compede: quas appellat annulos priores: sed nunc habet annulos equestres: nam Zoilus ex seruo factus erat eques: At catenæ fuerant ei fugitiuo priores annuli. Reorum autem uincula quum soluti essent & seruorum dicabantur Saturno ea ratione qua supra dictum de compedibus Saturni.

Vnt tibi: In Ruffinũ q scænis artibus & uili misterio puenerat ad ingẽtes diuitias & q̃si suæ cõditioĩs oblitus amicos iã cepat aspnari: monet Mar. eũ nõ oporter̃ efferri diuitiis cũ ãpliores Didimus spado & philomelus cytharœdus sint consecuti. q. d. & si diues sit nõ tamẽ eius conditionẽ immutari & aboleri potuisse. Multa iugera. i. habes multos cãpos.

Vrbani:id eſt tuæ ædes occuparũt multa iugera ſoli amplitudine ſua. contra Martialis de caſa ſua:Et caſa iugeribus non oneroſa ſuis. Numeroſæ arcæ plenæ:id eſt habes multos debitores obæratores. Aurea menſa:id eſt honeſta uaſis aureis. Didimus ſpado fuit: qui ſuppoſita aliis uxore ingentes diuitias eſt adeptus. Alibi:Si ſpado didimus & correſus non eſſet. Philomelus cytharœdus:nam φλιοσ amicum ſignificat:μέλοσ cantum. alibi latius meminit.

Vrbanique tenent prædia multa lares.
Et ſeruit dominæ numeroſus debitor arcæ:
Suſtentatque tuas aurea menſa dapes.
Faſtidire tamen noli ruffine minores:
Plus habuit didymus. plus philomelus habet.

Ad Gargilianum. 31

Sportula nulla datur gratis conuiua recumbis:
Dic mihi quid romæ gargiliane facis?
Vnde tibi togula eſt:& fuſcæ penſio cellæ?
Vnde datur quadrans:unde uir es chiones?
Cum ratione licet dicas te uiuere ſumma:
Quod uiuis nulla cum ratione facis.

In Matriniam. 32

Non poſſum uetulam quereris matrina poſſum:
Et uetulam:ſed tu mortua:non uetula es.
Poſſum hecubam:poſſum niobem matrinia:ſed ſi:
Nondum erit illa canis:non erit illa lapis.

De Piſcibus ſculptis. 33

Artis phidiacæ toreuma clarum
Piſces aſpicis:adde aquam natabũt.

In Fabianum. 34

Quod nouus & nuper factus tibi præſtat amicus:
Hoc præſtare iubes me fabiane tibi.

Portula:Ad Gargilianum:quem extrema inopia laborantem interrogat quomodo uiuat: quamuis inquit dicas te uiuere ſumma cum ratione:tamen adeo inops es:ut uiuendi nullam rationem habeas. Nulla ſportula datur:quia ſublata ẽ a Domitiano:nam Domitiãus ſportularum uſum:ad rectas cœnas redegit. Tu recumbis conuiua:gratis:id eſt ſine ulla alia mercede:nam qui olim ſportulam accipiebãt nũc una cœnabant cum diuitibus:ſed nulla alia mercede data. Vnde eſt togula:harum uſum ad rectas cœnas redegit:id eſt unde habes togulæ precium. Vnde es uir chiones:id ẽ unde habes ut ſoluas coitum meretricis. Iuuenalis Et dubitas alta chionem:deducere ſella. Licet dicas te uiuere cum ſumma ratione id eſt moderatione. Intelligebat Gargilianus:quod uiuis:quia erat indignus uita in tanta inopia. Iocus eſt:nam ratio moderationem ſignificat:ut Gargilianus accipiebat:& cauſam:ut Martialis accipit. Nulla facis cum ratione:id eſt nullam habes uiuendi cauſam in tanta inopia:deberes potius mori.

On poſſum:In Matriniam decrepita ætate:quæ Martialem accuſabat:quod ſe uetulam non poſſet ſubagitare. Non poſſum:concumbere cum uetula:tu mortua es adeo extremæ ætatis es:ut mortua uidearis. Hecuba:ſi nondum erat canis:id eſt poſſum concumbere cum Hecuba antequam conuerſa foret in canem:& item cum Niobe: antequam in ſaxum:quaſi dicat:tu non anus es:ſed aut canis:aut ſaxum depoſita mulieris figura.

Rtis:Phidias ſculptor athenienſis claruit minoribus ſimulacris ſculpendis. Toreumata dicuntur uaſa ſculpta. laudantur piſces hoc diſticho in uaſe ſculpto. Adde aquam natabunt:adeo bene ſunt ſculpti. & laudat præſtantiam ſculpturæ.

Vod:Ad Fabianum amicum ueterem:quem & ſi iam diu coluerat:tamen non habebat mitiorem. Præſtare hoc tibi:id eſt officia quæ exigis a nouo amico.

Horridus: incultus: nam qui properabant ad salutandum: non poterant se colere. Iuuenalis: Ligulam dimittere. Agrippæ. M. Agrippa habebat thermas. Thermis. Titi Vespasiani: quas celeriter extruxit. Per. xxx. decembres. i. xxx. annos. Vt semper tyro. i. nouus miles. Toga mea trita & consumpta: & mea quã nunq̃ meruisti. Meruisse rudẽ: tractũ est a gladiatoribus: nam gladiatores ingrauescente ætate rude donabantur: ut apud Oratium in epistolis & Iuuenalem: qua rude accepta non cogebantur amplius pugnare: sed publica alebantur pecunia. Sensus est putas me nõ demeruisse rudem: ut me alas sine officio.

Horridus ut primo semper te mane salutem:
Per mediumque trahat me tua sella lutum.
Lassus ut in thermas decima uel serius hora:
Te sequar: agrippæ cum lauer ipse titi.
Hoc per triginta merui fabiane decembres:
Vt sim tiro tuæ semper amicitiæ.
Hoc merui fabiane toga tritaque meaque:
Vt nundum credas me meruisse rudem.

In Irascentes amicos. 35

Irasci tantum felices nostis amici:
Non belle facitis: sed iuuat hoc facere.

Rasci: Irato Fabiano ex superiore epigrammate ait martialis amicos diuites uel sine causa solere irasci pauperibus: non quia id sit honestum: sed quoniam utile est: nihil enim postea dant. Felices diuites nostis: id est tantũ scitis irasci. Iuuat hoc facere: quia nihil postea datis amicis: qbus estis irati.

Ad Sextum. 36

Quæ te causa trahit: uel quæ fiducia romam:
Sexte: quid aut speras: aut petis inde: refer.
Causas inquis agam Cicerone disertius ipso:
Atque erit in triplici par mihi nemo foro.
Egit atestinus causas & ciuis utrũque:
Noras: sed neutri pensio tota fuit.
Si nihil hinc ueniet: pangentur carmina nobis:
Audieris: dices esse maronis opus.
Insanis: omnes gelidis quicunque lacernis:
Sunt tibi: nasones uirgiliosque uides.
Atria magna colam uix tres aut quattuor ista:
Rex aluit: pallet cætera turba fame.
Quid faciam suade: nam certum est uiuere romæ:
Si bonus es: casu uiuere sexte potes.

Væ te causa: Interrogat Sextum quare ueniat i urbem: & ostendit bonũ uirum nihil certi habere: unde uiuat. Triplici foro: triplex enim forũ erat in urbe: latium: romanũ: & uetus. nec potest alludere ad tria fora dicendi quibus oratores utũtur: nam prior sententia melior est & plane confirmata. Tu ta neutri: hoc est neutri potuisset tuto credi pensio domus: uel tota id est neuter tantum habuit: ut totam pensionem soluere posset. Hinc: ex causis. Pangentur carmina: id est componam carmina. Gelidis lacernis: id ẽ tristis lacernis. Atria magna: magnorum principum. Ista res: colere atria. Certum est uiuere Romæ: id est decreui & constitui uiuere Romæ. Casu: fortuna & non certo instituto: nam boni uiri officium in pretio non est: nec certum bono uiro præsidium est: sed malis. Mali igitur certo premio uiuunt: boni pendent ex casu: ut aliquid assequantur: nam bonarum artium nullum est certum præmium.

De Licori. 37

Iliaco similem puerum faustine magistro:
Lusca licoris amat: quam bene lusca uidet.

Vtua: Thelessinus magnus uolebat uideri cũ diues ter quinquagena mutua dedisset: Martialis ait eum non esse magnum uirum: q̃ det mutuo: sed esse magnum q̃ restitu at: quasi dicat plus esse q̃ a paupere ter quinquagena restituantur: quã q̃ dentur mutuo a diuite. Quod recipis: quia restituo diuiti. hinc nostra sententia confirmatur: ut pusilli a Martiale dicantur qui nihil dant amicis: Gaure pusillus homo es: nam hic uolebat magnus uideri quia daret.

Omento: Lomentũ de farina fabæ hoc lo co intelligo. De candido præterea medicamine qđ ex argento fiebat lomẽtũ dicebatur. auctor est Pli. Polla hoc medicamine lli nebat uentrem: ut puella uideretur: potes inquit ex polire uentrem lomento: unde alii fortasse q cunni lingi sunt allici possũt ad cunnum tuum lingendũ. ego autem non uiscabo il lic labra: non enim sũ cun nilingus. de lomento i di stichis. Propterea consu lit Martialis: ut lomentũ omittat. alibi idem est sen sus. Non linis labra mi hi: hoc est non propterea ego illic admouebo labra ubi linerent & uiscarent.

Ngenuam: Ait Martialis in puella optãda non iã habere rationẽ nobilitatis & conditiõis q̃ formæ. & iqt: non tã opto puellã igenuæ conditiõis q̃ formæ. Ingenui dicũt quoꝝ maiores nõ seruiue rũt: nec ipsi. Ingenuã. i. ingenuæ conditionis. Libertina: libertinus dicitur q habuit maiores seruos: ipse liber. & secundo loco opto libertinam: postero ancillam: sed serua utranque uincet & libertinam & ingenuam si fuerit pulchra ex epicuri sententia est proxima uoluptate tangi: contempta inani laudis specie.

In Thelessinum. 38

Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti:
Ex opibus tantis: quas grauis arca premit.
Esse tibi magnus thelessine uideris amicus:
Tu magnus quod das: immo ego: quod recipis.

In Pollam. 39

Lomento rugas uteri quod condere tantas:
Polla tibi uentrem non mihi labra linis.
Simpliciter pateat uitium fortasse pusillum:
Quod tegitur: maius creditur esse malum.

Qualem Puellam uelit. 40

Ingenuam malo: sed si tamen illa negetur:
Libertina mihi proxima conditio est.
Extremo est ancilla loco: sed uincet utranque:
Si facie nobis: hæc erit ingenua.

Ad Chionem. 41

Dignã tuo cur sis indignaque nomine: dicam:
Frigida es: & nigra es: non es: & es chione.

De Lacerta celata. 42

Inserta phialæ mentoris manu ducta.
Lacerta uiuit & timetur argentum.

In Lentinum. 43

Mentiris iuuenem tinctis lentine capillis:

Igna tuo: Chion significat niuem: unde hæc mulier dicta est Chione. ait Martialis eã quidem esse Chionem: quia frigida est ut nix: sed non eẽ Chionẽ: quia nigra ẽ: & non candida ut nix: frigida scilicet in coitu: nam blandicias non habebat.

Nserta: Mentor argẽto cælando maxĩe claruit: ut Plinius. Iuuenalis: Rare sine mẽtore mensæ. i. sine poculis mentoris. laudať artifex qui sculpsit lacertã in populo argenteo. Inserta. i. insculpta phialæ. Pli. de stratonico sculptore: Quique satyꝝ i phiala grauatũ somno collocauisse uerius q̃ celasse dictus ẽ stratonicus. Ducta: efficta. Viuit: adeo bene sculpta ẽ. Et timeť argentũ: qa tã bene sculpta lacerta est: ut uiua uideatur: & nocitura.

Entiris: Licinus canus tinxerat capillos: ait Martialis eum quidem posse fallere aspe ctum hominum: sed non posse decipi senectutem: uel Proserpinam: quæ exacta ætate detrahet medicamina illa nigra eius capiti. Ingeniose medicamen illud poeta appellat laruam. Mentiris iuuenem: id est simulas te esse iuuenem.

Tam ſubito coruus:id eſt niger tanquam coruus. Perſonam:quam medicamine ſimulas. Detrahet:nam & ſi uideris iuuenis:quum ſenex fueris morieris. Hominum aſpectus falli poteſt:naturæ lex non poteſt.

Ccurrit:Accuſatur Ligurinus ꝙ male & itempeſtiue recitet:adeo ut cũ bonus uir ſit ea ſola de cauſa fugiatur ab hominibus. Quacunque uenis eſt fuga.i.quacũque uenis oẽs fugiunt. Quid ſit ſcire.i.cupis ſcire cauſam. Nimis poeta es.ſ.nimiũ uis uideri poeta recitando. Periculoſum:quia moleſtũ omnibus. Dypſas genus ſerpentis cuius morſus hominem ſiti necat. Medio ſole:ex plaga meridionali:quia illic ſunt grauiora uenena:uel puſta medio ſole:quoniã perpetuo apricatur. Scorpius improbus uenenoſus. Piſcina:locus erat domi:ubi frigida lauabantur. docet hoc Cicero:Latiorem inquit piſcinam uoluiſſem ubi iactata brachia non offéderent. Vir bonus:hoc enĩ unũ uitiũ occupat omẽs.

Fugerat:in fabulis dicit ſolẽ auertiſſe curſum:ne ſceleratã Thieſte cœnã inſpiceret:ubi filii appoſiti ab Atreo fratre fuerunt.

Fugimus:ne cogar audire te recitãtem. Tace.i.nihil recites.alibi poeta ĩ cœna iucunda pollicetur non affuturum craſſũ uolumen.

Tam ſubito coruus qui modo cygnus eras
Non omnis fallis:ſit te proſerpina canum
Perſonam capiti detrahit illa tuo.

In Lygurinum. 44

Occurrit tibi nemo quod libenter
Quod quacunque uenis fuga eſt:& ingens
Circa te lygurine ſolitudo
Quod ſit ſcire cupis:nimis poeta es.
Hoc ualde uitium periculoſum eſt
Non tigris catulis citata raptis
Non dypſas medio peruſta ſole.
Nec ſic ſcorpius improbus timetur.
Nam tantos rogo quis ferat labores
Et ſtanti legis:& legis ſedenti.
Currenti legis:& legis cacanti.
In thermas fugio:ſonas ad aurem.
Piſcinam peto:non licet natare.
Ad cænam propero:tenes euntem.
Ad cœnam uenio:fugas ſedentem.
Laſſus dormio:ſuſcitas iacentem.
Vis quantum facias mali uidere?
Vir iuſtus:probus:innocens timeris.

De Eodem. 45

Fugerit an menſas phœbus cœnamque thyeſtis:
Ignoro fugimus nos lygurine tuam.
Illa quidem lauta eſt:dapibuſque inſtructa ſupbis:
Sed nihil omnino te recitante placet.
Nolo mihi ponas rombum mulum ue bilibrem
Nec uolo boletos:oſtrea nolo:tace.

Ad Coſconium. 46

Omnia quod ſcribis caſtis epigrammata uerbis:

Mnia quod ſcribas:In Coſconiũ q æmulatione ſcribendorum epigrammatum cum Martiale certabat.Illius epigrammata modo accuſabat qđ longa eſſent:cui reſpondet poeta:Coſconi qui lõga putas modo damnabat quod parum pudica eẽnt:ait poeta ſe laudare Coſconii epigrãmata:quod legi poterãt uirginibus:& pueris ĩgenuis:cum nihil ineſſet obſcœnum:ſua tamen non eſſe oĩno repudianda:cum a nequioribus & laſciuioribus puellis legantur:quaſi dicat plures eſſe qui ſua legant quam Coſconii:ob eum pruritum qui in omni pagina eſt.

Nulla mentula.i.nulla mentio mentulæ. Vacat luxuria:id eſt ſine pruritu.. Neq̃: laſciui. Faciles:laſciui. Torquet qui tangitur libidine.

Xigis:Ad Candidum amicum:quem cum non comitaretur Martialis mittebat ei libertum:ait poeta plus in ea re.i.comitando ei libertum poſſe præſtare: q̃ ipſe ualeat: quoniam ipſe ſit ad ſeruilia munera ineptus:ait tamen ſe omnia ei præſtiturũ: quæ libertus præſtare non poterit:hoc eſt laudẽ & immortalitatem. Operam togatam.i.togati hominis:nã anteãbulones erãt togati. Vmbone .i.obiecto corpe ſuo ꝓ umbone.

Mugiet.i.clamãdo ſæpe te laudabit. Lis erit:ſi habebis litẽ:faciet conuitia.

Clamabit: ĩ aduerſariũ tuũ. Quicqd:ĩmortalitatẽ propter meos uerſus.

Apena grandi:Ridet Baſſum euntẽ ex urbe onuſtũ fructibus ruſticanis: nã rus ſteriliſſimũ emerat ſolius amœnitatis pretio:q̃uis inqt cenſeã eũ uenire in urbẽ non uenit: ſed uadit rus:nã ruſticarũ reꝝ copiã in rus afferebat: quæ a rure in urbẽ ſolent.

Fluit grãdi gutta:ꝓpter fontes :unde & fontanalis dicta eſt: & fontanalia id eſt ſacra fontiũ illic fiebãt coronatis pueris: & fontibus.auctor eſt Pompeius. Illic erat præterea ſaxum quod cũ romani uellent impetrare pluuias a Ioue ĩ urbem ferebant. dicebatᷣ Manalis.auctor Feſtus Iuuenalis:Madidamque capenam. Almo: fluuius ẽ ad portam capenam: quo ſimulacrum Cibeles lauabatur a ſacerdotibus.& Iotam paruo reuocant almone cibelem.Lucanus. Lauabanᷣ præterea cultri ſamii qbus galli furtes inter ſe digladiabantur: quãuis eſſent ſamii: tamen a poeta ferrum dicitur: ut ſupra etiam: Demens cum ferro quid tibi: cũ de cultro ſamio loqueretur.

Inque tuis nulla eſt mentula carminibus.
Admiror.laudo.nihil eſt te ſanctius uno:
At mea luxuria pagina nulla uacat.
Hæc igitur iuuenes nequam:facileſque puellæ:
Hæc ſenior:ſed quem torquet amica: legat.
At tua coſconi uenerandaque ſanctaque uerba:
A pueris debent uirginibuſque legi.

Ad Candidum. 47

Exigis a nobis operam ſine fine togatam:
Non eo: libertum ſed tibi mitto meum.
Non eſt inquis idem:multo plus eſſe probabo:
Vix ego lecticam ſubſequar:ille feret.
In turbam incideris:cunctos umbone repellet:
Inualidum eſt nobis ingenuumque latus.
Quid libet in cauſis narraueris ipſe tacebo:
At tibi ter geminum mugiet ille ſophos.
Lis erit:ingenti faciet conuitia uoce:
Eſſe pudor uetuit fortia uerba mihi.
Ergo nihil nobis inquis præſtabis amicus?
Quicquid libertus candide non poterit.

De Baſſo. 48

Capena grandi porta qua pluit gutta
Phrygiumque matris almo qua lauat ferrum
Oratiorum qua uiret ſacer campus:
Et qua puſilli feruet herculis fanum:
Fauſtine plena baſſus ibat in rheda.
Omnis beaticopias trahens ruris.
Illic uideres frutice nobili caules.

Oratiorum: Oratii tergemini ob pugnam aduerſus Curatios ad hanc portam ſepulti nomen dederunt: ut porta capena tergemĩa eẽ diceretᷣ. Herculis fanũ:illic erat tẽplũ Herculis.auctor Macrobius quẽ nũc puſillũ appellat:quoniam domitianus appellabatᷣ Hercules maior.alibi: Maior quæ geſſerit audi:hoc eſt Domitianus Hercules maior. Feruet:celebratur: Illic: in rheda. Caules nobiles:caulis pompeianus proceriore fructice eſt gratus ob teneritatem.

Vtrunque porrum: sectiuum & capitatum. Sessilesque lactucæ: lactucæ in tanto precio fuerunt ut homines in ualeria familia lactucini sint dicti. Lactuca autem a lacte est dicta: quoniam quæ dicebatur micorus. sola enim fuerat in usu ea habet copiam lactis. tertium latucarum genus sessile dicitur siue laconicum. Pigro uentri: quia betæ laxant aluũ Betæ apud antiquos uerna dicebant̃ & autũnalis. græci candidã & nigrã dixerunt. Gallici canis: nã gallici canes uelocissimi sunt & ex lupis concipi putant̃: auctor Pli. Lacteũ: lactentem. Nondũ fícta faba: cuius dens non poterat corrodere fabã. Nec feriatus. i. ociosus: nam & ipse aliquid ferebat. Rus ibat. damnat uillam: nam Bassus rus emerat: in quo nil erat præter lauros. In hoc infra deridet̃: Baiana nostri. & deridet̃ Bassus: ꝙ cũ rus iret rusticana illuc ferret secum ut ostendat uillæ sterilitatem.

Et utrunque porrum: sessilesque lactucas.
Pigroque uentri non inutiles betas.
Illic coronam pinguibus grauem turdis.
Leporemque læsum gallici canis dente.
Nondumque uicta lacteum faba porcum.
Nec feriatus ibat ante carrucam
Sed tuta fœno cursor oua portabat.
Romam petebat bassus. imo rus ibat.

De Ollo. 49

Pauperis extruxit cellam: sed uendidit ollus
Prædia: nunc cellam pauperis ollus habet.

In Inuitatorem. 50

Veientana mihi misces ubi massica potas:
Olfacere hæc malo pocula quam bibere.

In Lygurinum. 51

Hæc tibi non alia est ad cœnam causa uocandi:
Versiculos recites ut lygurine tuos.
Deposui soleas: affertur protinus ingens:
Inter lactucas oxygarumque liber.
Alter perlegitur. dum fercula prima morantur:
Tertius est: nec adhuc mensa secunda uenit.
Et quartum recitas: & quintum denique librum:
Putidus est totiens si mihi ponis aprum.
Quod si non scombris scelerata poemata donas:
Cœnabis solus iam lygurine domi.

Ad Gallam. 52

Cum faciem laudo cum miror crura manusque:
Dicere galla soles: nuda placebo magis.
Et semper uitas communia balnea nobis:
Nunquid galla times ne tibi non placeam?

Auperis: Ollus ut ædificaret ẽpta cella pauperis extructis ædibus pauper factus ẽ. Martialis ait eum nunc habere cellam pauperis. Nunc cellam pauperis habet: quia prædia uẽdidit: ipse iam pauper.

Eientana: Hic qui inuitauerat: miscebat conuiuis ueientana & ipse massica potabat. Olfacere: malo olfacere in mẽsa tua q̃ bibere.

Aec: Ad Ligurinum: De quo supra: qui inuitabat ut tantum recitaret carmina sua. Origanum: herba est: quæ post uicesimum diem pululat initio mensæ dabat̃. Morantur: feruntur. Secunda mensa. i. nondũ secunda mensa uenit: & tertius liber recitatur: iocatur cũ secundo. Aprum: si totiens apponis mihi aprũ: ego fastidirem. Est putidus: putidum putabo. Scombri pisces erant sulphurei coloris ex Hispania presærtim mittebantur: uendebantur cucullo papyraceo. Scelerata: quia molesta.

Vm: Galla formoso corpore uolebat uideri: dicebatque se posse placere magis nudã: eius uanitatem redarguit Martialis urbanitate.

Mpta: Tongilanus ducentis nummis emptam domum amiserat incendio. mos erat apud romanos ut orbis damno affectis ob aliquod incendium pecuniam afferrēt: nũc Tongilianus decies centena acceperat cum tantũ ducenta amisisset in domo cremata. nonnulli domos comburebant: ut collata pecunia plus aliquid lucrarentur. Iuuenalis: Et merito iam suspectus tanquam ipse suas incenderit ædes. Casus nimium frequens. i. incendiũ quod sæpe accidit in urbe. Collatum decies: quia habes decies centena.

Ad Tongilianum. 53

Empta domus fuerat tibi tongiliane ducentis:
Abstulit hanc nimium casus i urbe frequens.
Collatum est decies: rogo non potes ipse uideri:
Incendisse tuam tongiliane domum.

Ad Cloen. 54

Et uultu poteram tuo carere
Et collo manibusque: curribusque
Et mammis natibusque clunibusque
Et ne singula persequi laborem.
Tota te poteram cloe carere.

Ad gallam. 55

Cum dare non possim: quod poscis galla rogantē:
Multo simplicius galla negare potes.

De Caupone Rauennate. 56

Sit cisterna mihi quam uinea malo rauennæ:
Cum possim multo uendere pluris aquam.
Callidus imposuit nuper mihi copo rauennæ:
Cum peterem mustum: uendidit ille merum.

In Gelliam. 57

Quod quácũque uenis cosmum migrare putamus:
Et fluere excusso cinnama fusa uitro.
Nolo peregrinis placeas tibi gellia nugis:
Sic puto posse meum: sic bene olere canem.

De Villa Faustini. 58

Baiana nostri uilla basse faustini

T uultu: Pœnitet poetam habuisse rē cũ Cloe: cum tam male dederit. aitque melius sibi fuisse masturbari quam subagitare tale scortum. Tota te poteram Cloe carerē: id est poteram masturbari melius.

It cisterna: Rauenna inter paludes condita laborabat penuria aquarum: copiam habebat uini. pluris aqua uendebat q̃ uinum. Malo. i. magis opto. Callidus caupo: uenditor uini. Imposuit mihi: id est decepit me. Mixtum uinum: id est dilutum uinum. nam carior erat aqua. Lege Strabonem de palludibus illic & de uinetis.

Vod quacũque: Gellia uolebat uideri bene olere multis unguentis cum alioquin esset turpis Martialis inquit aliud exigitur a te. exigitur enī forma. Cosmum: unguentarium. Nugis peregrinis: id est rebus fucosis hesternis. Cinnama fusa: lapsa per terram. Sic eo pacto quo tu oles.

Aiana: Villam emerat Faustinus in qua rerum rusticarum: nulla copia desiderabatur. nam omnia affluebant. Inuidiose poeta singula munera commemorat: ut tantomagis uillam Bassi derideat: in qua nihil præter arbores steriles & amœnas uisebatur: adeo ut quotiens in uillam se conferret Bassus: quæ a rure essent petenda illuc afferret. derisus est superiore epigrammate. Baiana: domus rusticana ad Baias. Ociosis myrtetis: id est sterilibus: uel ociosis ad ocium ĩ requiem comparatis. Platano uidua: id est sterili sine fructu. platani erant in usu apud romanos: uel in uilla: uel in hortis urbanis ad umbras inambulationum: quem usum docuerunt Athenæ. Illic enim primum uisæ sunt platani. xxxvii. cubitorum umbris luxuriantibus: in philosophorum ocio. Propterea Iuuenalis cum de recitatione poematum loqueretur ait Frontonis platani conuulsaque marmora clamant: quoniam ut supra dictũ est earum arborum umbræ ad ocium litterarum primum sunt inuentæ.

Buxus in delitias uenerat romanorum adeo tonsis foliis in uarias animalium formas re digeretur: propterea appellatur tonsilis. Ingrata: sterilia. Spacia: solũ latum & amplũ. sensus est uilla Faustini non est ordinata: ut occupet magnum spacium sola amœnitate. Vero rure. i. uera rusticitate. Barbaro: inculto horrido. Hic: in uilla Faustini. Farta ceres. i. congesta. Autumnis senibus. i. maturis fructibus. Fragrat: bene olet. Testa: antiqui seruabant uuas & fructus in testis: ut Pli. Varro & Columella scribunt. Putator: uitiũ. Seras: tardas. i. uuas duracinas & serotinas: qa sero maturescũt.. Immi nẽte bruma. i. ĩcipiẽte hyeme. Prurit: ardet in pugnã. Fronte inermi: non dum cornutus. Cortis: cors uel coors est spatium illud domi ubi seruantur altilia: tamen hoc pro pte domus profertur. per syncopam Varro neutrũ profert figuratum. Anser argutus: clangore: quod epitheton meruit excitatis uigilibus capitolii. anser autẽ in corte seruabaẽ ob iecur: nã ut alii Scipio: ut alii Metellus: ut nonnulli M. Sessius primus docuit iecur anseris optimi eẽ saporis. Gẽmei pauones: id ẽ picti in speciẽ gẽmaꝝ quos gratos eẽ dixit Oratius: Quoniã multo uenierat auro: Et picta pandãt spectacula cauda: deridẽs uanitatem gulæ romanæ.

Non ociosis ordinata myrtetis:
Viduaque platano: tonsilique buxeto
Ingrata lati spacia detinet campi.
Sed rure uero barbaroque lætatur.
Hic farta premitur angulo ceres omni
Et multa fragrat testa senibus autumnis.
Hic post nouembres imminente iam bruma
Seras putator horridus refert uuas.
Truces in alta ualle mugiunt tauri
Vitulusque inermi fronte prurit in pugnam
Vagatur omnis turba sordidæ cortis
Argutus anser: gemmeique pauones
Nomenque dedit quæ rubentibus pennis
Et picta perdix: numidicæque guttæ.
Et impiorum fasiana colchorum.
Rhodias superbi fœminas premunt galli
Sonantque turres plausibus columbarum.
Gemit hinc palumbus inde cæreus turtur.
Auidi secuntur uillicæ sinum porci
Matremque plenam mollis agnus expectat
Cingunt serenum lactei focum uernæ
Et larga festos lucet ad lares silua.
Non segnis albo pallet ocio copo.

Debet nomen: id ẽ quæ sortita est nomen a pẽnis: rubẽtibus auis: hoc ẽ phœnicopterus: nam φοινικοπτερος latine significat purpuram: & alam. habẽt enĩ alas purpureas: huius lingua esse gratissimi saporis & cibi primus ostendit Apitius. A Celso inter mediocres aues numeraẽ. Perdix picta: maculis distĩcta. Numidicæque guttæ. i. galliæ numidicæ guttatæ: de qbus Papinius: quas udo numidæ legũt sub austro. In distichis: Ansere romano q̃uis satur Hannibal esset: Ipse suas nunq̃ barbarus edit aues. Illud dr̃ quoniã hæ aues ĩ cænas fuerãt assumptæ nouissimis tẽporibus, eædẽ dicũẽ meleagrides si Plinio credimus: sed Columella distinguit: aitque numidicas habeẽ cristã rubrã: meleagridas cæruleã: cũ diciẽ afra auis hæc intelligitur. Iuuenalis: Nec latus afræ nouit noster tyrũculus. Oratius: Non afra auis non attagen ionicus. Erãt aũt gallinæ hæ guttis distĩctæ. Colchi: patria medeæ: ꝑpterea ĩpii dicunẽ ĩpietate medeæ phasiani a phasi fl. colchoꝝ. Rhodias fœmĩas: galliæ rhodiæ præstãtiores aliis hẽbanẽ. Galli premunt: calcant. Peristeriones. i. turres columbarũ. Gemit: gemere proprie columbi est.
Turtur cæreus: id est pinguis. Porci auidi esurientes. Villicæ mulieris. Plenam: plenis uberibus redundantem lacte. Lutei: sordidi. Larga silua: copia lignorum.
Lucet: ardet: coniicitur in focum. Albo ocio: sine labore & controuersia: Vel albo ab effectu: quia reddit hominem album curis: ut supra: Viuat in urbanis albus & officiis.

Palæstritæ:erãt q ludebãt palestra: & ungebant & habebant in familia; Non pdit oleũ sed aliqd agit. Subdolũ rete.i.dolosum:quia retia ad dolũ tendunt. Auidis turdis:cupidis ciborũ ut intelligas eos falli escas. Trahit piscẽ:linea:filo & hamo: Nã ea dr linea & lineola. Cassis:galea:sed hoc loco instrumentũ ligneũ quo feræ capiunt. Impeditã.i.captis pedibus. Facilis:non magni laboris & curæ. Hilares:amoenas. Pædagogo.i.non indigẽtes pædagogo.ut urbani pueri. Eunuchus:qui itẽ erat in familia delicatus. Fruitur ope:aliqd agit etiã ipse ianis sine mũeribus:ut in urbe. Cana mella:albentia:cũ cæris cum fauo.

Metãque lactis.i.lac coagulatũ in recentẽ caseum.

Sassina:patria Plauti lacte abũdabat.Silius:sassia diues lactis silua sassinate .i.e pascuis sassinæ. Glires: dormiendo crescunt.

Hispidæ matris.i.hædũ filiũ capellæ. Capones nõ amare coactos.i.castratos. Texto cisto:canistro.

Grãdes uirgines:adultæ.

Proborũ:simplicium.

Dona matrũ: uerbũ est rusticanæ puellæ quæ munera matris semper affert placet magis exponas oua gallinar:ut etiã alibi apd hunc poetã. Facto opere lætus:nã gestire facto opere rustici ẽ. Crastinas mẽsas:contra illud:Explicat & coenas unica mẽsa duas

Oẽs uescunt:non reiecti seruis ut in urbe fit:quod laudat etiã ĩ saturnalibus. Domitiani.Papi. Vna uescit oĩs ordo mẽsa. Minister satur:hic in uilla.

Non nouit inuidere:quoniã & ipse satur ẽ. Iuuenalis de seruo ĩ urbe:Ecce alius q̃to porrexit murmure panem. At tu:ad hoc spectãt quæ supra dicta sunt.

Famẽ:uillã sterilẽ. Mũdam:lautam & amoenam

Lauros meras:id est solas lauros sine fructu. Furẽ:quia nihil est quod eripi possit. Vinitorẽ:uillicum:noluit dicere uillicum:quia uilla non erat. Pictam:non naturalem.

Nec perdit oleum lubricus palæstrita:
Sed tendit auidis rete subdolum turdis.
Tremula ue captum linea trahit piscem.
Aut impeditam cassibus refert damam.
Exercet hilares facilis hortus umbras.
Et pædagogo non iubente lasciui.
P arere gaudent uillico capillati.
Et delicatus opere fruitur eunuchus;
Nec uenit inanis rusticus salutator.
Fert ille cæris cana cum suis mella:
Metam que lactis sassinate de silua.
Somniculosos ille porrigit glires.
Hic uagientem matris hispidæ foetum
Alius coactos non amare capones.
Et dona matrum uimineo ferunt texto:
Grandes proborum uirgines colonorum.
Facto uocatur lætus opere uicinus
Nec auara seruat crastinas dapes mensa
Vescuntur omnes.ebrioque non nouit
Satur minister inuidere conuiuæ.
At tu sub urbe possides famem mundam.
Et turre ab alta prospicis meras laurus:
Furem priapo non timente securus.
Et uinitorem farre pascis urbano.
Pictamque portas ociosus ad uillam.
Ollus.oua.pullos.poma.caseum.mustum.
Rus hoc uocari debet:an domus longe?

De Sutore & Fullone.

Sutor cerdo dedit tibi culta bononia munus
Fullo dedit mutinæ: nunc ubi copo dabit.

Farre urbano:allato ex urbe. Ociosus:relaxatus curis. Pi

Vtor:Cerdo dederat munus gladiatoriũ:quod supra dixit poeta; Is erat bononiẽsis: nũc fullo mutinẽsis dederat itẽ munus gladiatoriũ:succẽsus Martialis clamat. Cerdo ẽ qcunque quærit lucr ex aliqua arte.iccirco addit sutor.Iuuenalis:Munera nunc edunt.

Vm uocor. Lata erat lex a Domitiano ut sublatis sportulis amici ad rectam cœnam uocarentur hac lege coactus Ponticus iã non dabat sportulã Martiali: sed inuitauit apposuit autẽ uilissimos cibos: sibi optimos. Conqueritˀ poeta fraudem fieri legi: cum non detur sportula: dari cœnam a Pontico non meliorem sportula: cum tamen legem tullerit imperator: ut melius cœnarent clientes q̄ olim solebant acceptis sportulis. Non tam uenalis id est non conducendus sportula ut ante. Eadem cœna. i. iidem cibi. Ostrea saturata lucrino: ostrea i lacu lucrino de pasta optimũ habebant saporem: quod docuit Sergius Orata: postea domita britannia ex eo littore non inferioris saporis ostrea mittebantur. Inde ait Iuuenalis: Circeis nata forent an Lucrinum ad saxum rutupino ue edita fundo. Mitillus: de genere poliporum ẽ hic non tãtum seruit gulæ: est enĩ nullius saporis: sed crassĩtudini gingiuarum & aliis sordidis ulceribus medetˀ auctor Plinius. Sumitur mitillus. i. comedo mitillum. Ore inciso: ac si haberem os ĩcisum & ulceratum. Inciso ore: & os mihi sumenti inciditur ob testæ duritiem. Fungos suillos: nascebantur suilli una cum boletis ĩ radicibus roborum: nullo saporˀ digni mensa. Res est cum rombo. i. tu comedis rombos.
Sparulus: piscis exiguus & uilissimus. Clunibus ĩmodicis: obesis & latis. Sine te: quod non licet per legem Domitiani tu facis fraudẽ cœnæ. Prosit hoc idest hoc sit factũ in utilitatem clientum: nã uoluit imperator ut aliquid plus ederemus: & prohibuit dare sportulam.

In Ponticum.

Cum uocor ad cœnam non tam uenalis ut ante
Cur mihi non eadem: quæ tibi cœna datur?
Ostrea tu sumis stagno saturata lucrino.
Sugitur inciso mutilus ore mihi.
Sunt tibi boleti: fungos ego sumo suillos.
Res tibi cum rombo est: at mihi cum sparulo.
Aureus immodicis turtur te clunibus implet:
Ponitur in cauea mortua pica mihi.
Cur sine te cœno: cum tecum pontice cœnem?
Sportula quod non est prosit: edamus idem.

In Cinnam.

Esse nihil dicis quicquid petis improbe cinna
Si nil cinna petis: nil tibi cinna nego.

In Quintum.

Centenis quod emis pueros & sæpe ducenis
Quod sub rege numa condita uina bibis:
Quod constat decies tibi non spaciosa supellex.
Libra quod argenti milia quinque rapit.
Aurea quod fundi precio carruca paratur.
Quod pluris nulla est: q̄ domus empta tibi.
Hæc animo magno credis te quinte parare?
Falleris: hec animus quinte pusillus emit.

Entenis. In Quintum: qui magno animo uolebat uideri empta luxuriosa supellectile: ait Martialis hoc non esse uerum: neque propterea eum esse magni animi: cum sibi illa emat: nam magni esset animi aliquid donare amicis. alibi in Gaurum nihil sibi donantem: Gaure pusillus homo es. Sub numa: idest uina uetustissima. Non spaciosa: id est exigua. Carruca: currus significat: carrucæ autem ex argento quoque cælabatur. Pli. Carrucas quoque ex argento cælari inuenimus. Nero nunq̄ paucioribus mille carrucis iter fecisse dicitur. Mula: in tanto erat pretio ut Popeia Neronis uxor mulas habuisse dicatur indutas soleis aureis: Pretio fundi idest tanto pretio quanto fundus emeretur. Pusillus animus tuus idest tu qui habes animum pusillum: propterea fieri potest hæc non parentur magno animo: placet magis Quinte animus pusillus: qui nihil dat amicis: omnia sibi ĩpẽdit. Emit hæc. q. d. magni animi est donare non sibi emere. In Gaurũ: Gaure pusillus homo es.

Otile. In cotilum qui cum bellum se appellari gloriaretur: putabat id nomen ad formá tantum & corporis dignitatem pertinere: Mart. docet eum hominem esse bellum qui molles & effœminatos mores habeat: & cum describit quid sit bellus homo Cotilũ ridendo designat. Digerit: componit. Flexos: calamistro. Cantica qui nili: ex omnibus cantilenis mollissimæ erãt & ægyptiæ & gaditanæ ad saltationé & impudicos motus puellarũ. Cantica nili. i. ægyptios cantus. Susurrat: leuiter canit. Volsa: depilata. Cathedras: ad sellas fœminarũ meretricũ. Qui refugit pallia uicini cubiti: ꝓpter elegantes uestes: ut supra: Quá uentũ spanius manũ timet priscus. Curris per conuiuia. i. qui adest ubicũque fiunt conuiuia. Hirpinus: nobilissimus equus fuit uictoriis & maioꝝ gloria unde natus erat. sensus ergo poetæ est: ille ẽ bellus homo qui hirpino referente premiũ discurrit ꝑ totá urbé: & narrat unde equus duxerat originé: Iuuenalis Sed uenale pecus corithæ posteritas & hirpini. Petricosa: trica significat tenue & molestũ impedimẽtũ: cũ ergo poeta uelit ostẽdere bellũ hominẽ eũ esse q sit occupatus leuioribus in rebus: ait bellum hominem esse rem petricosam: idest plená leuioribus impedimentis.

In Cotilum. 63

Cotile bellus homo es: dicunt hoc cotile multi:
Audio: sed quid sit dic mihi bellus homo?
Bellus homo est flexos qui digerit ordine crines
Balsama qui semper: cinnama semper olet.
Cantica qui nili: qui gaditana susurrat
Qui mouet í uarios brachia uolsa modos.
Inter fœmineas tota qui luce cathædras
Desidet: atque aliqua semper in aure sonat.
Qui legit hinc illinc missas: scribitque tabellas
Pallia uicini qui refugit cubiti.
Qui scit quam quis amet: qui per conuiuia currit
Hirpini ueteres qui bene nouit auos.
Quid narras: hoc est hoc est homo cotile bellus.
Res petricosa ẽ cotile bellus homo.

Ad Cassianum. 64

Sirenas hilarem nauigantium pœnam:
Blandasque mortes gaudiumque crudele:
Quas nemo quondam deserebat auditas:
Fallax ulyxes dicitur reliquisse
Non miror: illud cassiane mirarer
Si fabulantem canium reliquisset.

Ad Diadumenum. 65

Quod spirat tenera malum mordente puella:

Yrenas. Laudat Canium gaditanum cuius confabulationé ne Vlyxé quidé qui præteruectus est syrenas ait potuisse effugere si adesset. Vlyxes puulgata historia cum esset nauigaturus iuxta sedes syrenũ admouit cæras auribus sociorum: ipse apertis auribus iussit se uinciri ad malum nauis: ne suauitate cantus cogeretur exilire: docuerat id Circe: Ita surdis sociis ipso iuncto malo nauis non flexit cursum: quãuis syrenes noto carmine usæ sint: quod Cicero ex Homero transtulit: O decus argolicum quin puppim flectis Vlyxe. Homeri longum extat carmen in odyssea. Fallax Vlyxes: epitheton: perpetuum Vlyxes ab Homero dicitur πολιμιτια: i dest uarii & multiplicis animi. Hillarem pœnam: nam trahebantur nauigantes suauitate carminis in scopulos: & naufragium faciebant. Blandas mortes: quia suauitate cantus in mortem trahebantur. Gaudium crudele: quia magno constabat. Non miror: si Vlyxes relinquebat syrenes: sed magis mirarer si reliquisset Canium gaditanum poetam. Ante: Canio suo gades.

Vod spirat. Ad Diadumenum: cuius oscula mirum in modũ olere dicit: sed auaritiá carpit ꝙ scilicet auare det: ait ergo cũ bene oleãt hæc basia: multoplus habitura suauitatis una facilitate. s. Diadumenus nomé est elegantioris iuuenis cum hoc est fictum: cuius effigiem Policletus sicyonius expressit molliore iuuenta: eaque ueniit centũ sestertiis.

Aura:odor:nãodor eſt aer uapore percuſſus. Canet:cum emittet flores. Ouis: multi codices habent apis:ut de thimo intelligas:cuius odor ſuauiſſimus eſt. Auis:de phoenice potes intelligere quæ nidos conſtruit ex cynamomo:& caſia.placet ut legatur.Ouis:ná frutices uerno tempore morſu gregis fracti ſuauem emittunt odorem. Arabs meſſor:meſſorem arabiæ felicis intelligit:nam caſſia inde mittebatur. Succinum:latine electrum dicitur:gummi populorum quod cum candidum eſt præſtantiſſimum habet odorem: unde Domitius Nero quodá carmine crines uxoris ſuccinos dixit: quaſi ſuauiſſime olentes: ſuccinum præterea eſt genus unguenti odorati. Eoo thure:ideſt ſabæo & orientali. Gleba q̄ æſtiuo: odor terræ cõmendatus a Cicerone:præſertim in unguétis: ut ſcribit ipſe in ſuo oratore: eo loco optimus eſt: ut antiq dicebant ubi cornua arcus cæleſtis uidebantur deſinere poſt imbrem Pli.auctor. Nardo: crines nardo ungebantur. Sine inuidia: una & ſola. Facilitas:plus odoris daret.

Quod de corytio quæ uenit aura croco.
Vinea quod primis floret cum cana racemis
Gramina quod redolent: quæ modo carpſit ouis.
Quod myrtus: quod meſſor arabs: qd̄ ſuccina trita,
Pallidus eoo thure quod ignis olet.
Gleba quod æſtiuo leuiter cum ſpargitur imbre:
Quod madidas nardo ſparſa corona comas:
Hoc tua ſæua puer diadumene baſia flagrant.
Quid ſi tota dares illa ſine inuidia?

In. M. Antonium.

Par ſcelus admiſit phariis antonius armis.
Abſcidit uultus enſis uterque ſacros.
Illud laurigeros ageres cum læta triumphos:
Hoc tibi roma caput: cum loquereris erat.
Antoni tamen eſt peior q̄ cauſa photini.
Hic facinus domino præſtitit ille ſibi.

Ar ſcelus:. Ait grauius fuiſſe ſcelus Antonii triumuiri: qui iuſſit interfici Ciceroné: q̄ fuerit Photini qui Pompeiũ iuſſus necauit. Photinus id ĩ gratiá Ptholomei fecit:hic ut ſuam animi libidinem: & crudelitatem expleret. Photinus inter eos fuit qui impulerũt Ptholomeum ut Pompeium necaret: tamen Achillæ datum eſt negocium:qui comitem aſſũpſit Septimium: is primus fuit percuſſor. Phariis armis: ideſt ægyptiis & ſicæ ægyptiæ. Vterque Photinus & Antonius. Illud duo capita habebas roma altero coronato utebaris: cum triumphabas: altero facundo: cum loquebaris. Ingens utriuſque laus.

De pigris nautis.

Ceſſatis pueri nihilque noſtis.
Veterno reſinaque pigriores:
Quorum per uada tarda nauigantes
Lentos tingitis ad celeuma remos.
Iam prono phætonte ſudat æthon:
Exarſitque dies: & hora laſſos
Interiungit equos meridiana.
At uos tam placidas uagi per undas
Tutæ luditis otium carinæ.

Eſſatis. Applaudit hoc epigrammate pueris nauigantibus in naumachia inter ludos Domitiani: quaſi ergo e medio feruore ſpectantium clamat e ripa naumachiæ. Ceſſatis: tardi eſtis ad nauigandum. Reſina: genus gummi. Veternus: ſignificat hydropeſin. Virgilius: Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno. Nihil noſtis:ideſt nihil ſcitis. Ad quorum:ſpectatorum. Celeuma: clamor nauticus: & hortatio. Tingitis lentos remos.i.ignoratis qui uos ſpectent:nulláque ſpectatorũ rationé hétis. Aethon:equus ſolis. Prono:inclinato. Exarſit:in meridie. Interiũgit.i.recreati quiete:ná puenit ad meridié. Tuta:qa nulla ptás excitabaſ. Luditis otiũ.i.abutimĩ otio.

Argonautas:ambiguitas ẽ uerbi.nam argonautæ possunt dici illi primi qui argoĩ pontũ deduxerũt.& argonautæ si componant̃ ab argos qđ significat tardũ:& nautis: significabit nautos tardos.

Vc est.Scripturus lasciuiora abigit matronas pudicas:præserti Bassam.quæ ignoráti pauloante Martiali tribadẽ esse Lucrecia uidebatur.In hac parte quæ sequit̃ gymnasia numerat ea loca in quibus uiri nudabantur: Stadiũ;ubi ad cursũ & palæstrã athlætæ nudátur.Exuimur:deponimus uestes. Terpsichore:musam hanc nominauit:quoniã ei dictatæ sunt choreæ & saltationes. In quibus iam poeta uersabitur τερπομαι oblector: χορόσ chorus: nostra terpsichore. Saucia: madida. Schemate: idest figura.periphrasis est mẽtulæ ægyptii primum ceperunt colere pudenda: quoniam Osiri inuento sola uirilia defuerunt:sed ne desiderarentur ad honorẽ sepulturæ Isis iussit ut pudenda circunferent̃ præcedebat inquit Herodotus tibicem sequebãtur matronæ canentes dionysia.hunc morem acceperunt matronæ romanæ:& mensæ augusto mẽtulam deferebant cum sacrorum pompa in ædem Veneris extra mœnia:& q̃uis meretricum esset illud solenne:tamen non licebat alicui præterq̃ matronæ castæ id sacrum tractare:& deponere in sinu Veneris

Schemate:idest figura & obscura. Nunc legis: placet enim obscœnitas ut supra in Cosconium.

Oechus. Ceruinus repudiauerat uxorẽ: quam duxit:is qui pauloante erat moechus:quo facto ipse quoque habebat rem cum eadem muliere.

Securus:nũquid oportet te ire in periculum ut arrigas.

Non nautas puto uos: sed argonautas.

Ad matronas. 68

Huc est usque tibi scriptus matrona libellus
Cui sint scripta rogas interiora:mihi.
Gymnasium thermæ: stadium est hac parte recede.
Exuimur:nudos parce uidere uiros.
Hic iam deposito post uina rosasque pudore
Quid dicat nescit saucia terpsicore.
Schemate nec dubio:sed aperte nominat illam
Quam recipit sexto mense superba uenus.
Custodem medio statuit quam uillicus horto
Opposita spectat quam proba uirgo manu.
Si bene te noui:longum iam lassa libellum
Ponebas:totum nunc studiosa legis.

Ad ceruinum. 69

Mæchus es aufidiæ qui uir ceruine fuisti
Riualis fuerat qui tuus:ille uir est.
Cur aliena placet tibi: quæ tua non placet uxor?
Nunquid securus non potes arrigere?

In Neuolum. 70

Mentula cum doleat puero:tibi neuole culus
Non sum diuinus:sed scio quid facias?

Ad Lausellam. 71

Vis futui nec uis mecum lausella lauari:
Nescio quod magnum suspicor esse nefas.
Aut tibi pannosæ pendent a pectore mammæ:
Aut sulcos uteri prodere nuda times.
Aut infinito lacerum patet inguen hiatu.
Aut aliquid cunni prominet ore tui.
Sed nihil est horum: credo pulcherrima nuda es.

Aufella:Nolebat uideri nuda:sed tamen futui uolebat:inquit Mart.aut est insulsa: aut est turpissima. Pannosæ.i.uenali sanguine rugæ:nam pannæ dicuntur maculæ uenarũ eminẽtiũ. Sulcos.uteri.i.rugas.Prominet ĩterdũ.i.defluũt carnes:quod scribit Celsus accidisse tẽporibus suis prĩcipi foemĩæ:q̃bus arefactis ĩtra paucas horas expirauerit

Fatua es.i.insulsa es:& non habes illũ leporem meretricũ:& ppterea non uis lauari:nam quæ insulsa sunt quo magis lauantur eo fiunt insulsiora. Fatui cibi dicuntur:q carẽt sale.

Ormis. In phœbum fellatorẽ. Mutionatis.i.bene mentulatis:Muto:mentulã signi-ficat:ut apud Oratium:Mutoni querenti. Lucilius:Mutoni lachrymas tũ læua abstersit amica. Stat:quia non potes arrigere.erat enim fellator.

Silotro. Psilotrum unguentũ erat ad depilandũ corpus.ex uariis rebus fiebat modo ex thinni sanguine:felle & iecore: modo ex sanguisugis coctis i uase fictili & illitis aceto: modo ex aliis: tamen ut scribit Pli. Euellebanť pili: post psilotrum adhibebatur ne pulularẽt. Gargilianus mollis & cinædus faciem & pilos qui succrescentes comis formã capillorum offendũt:unguẽto decutiebat. locať in hũc poeta ita ut eum ostendat esse mollẽ. Calua: significat os capitis: auctor ẽ Liuius qui scribit caluã detracta carne & crinibus fuisse poculum barbarorum diebus festis. hic pro toto ore accipitur. Dropax:unguẽtum ad pilos euellendos. Nunquid.i.an es adeo timidus ut non audeas ferre nouaculam. Vngues:omnino te oportet uti ferro: Lutum uenetum: erat terra quæ ex cypro adueheba tur adhibito aceto: &. xl. diebus sub terra impacta reducta: quæ postea in solem optimum faciebat psilotrum. Traducere: uexare. Cunno: alludit ad mollem: & cinædum.

Nunquid times tonsorẽ quasi dicat tonsorem non times: sed hoc agis ut diutius sis mollis & pædiceris.

Si uerum est: uitium peius habes: fatua es.

In Phœbum. 72

Dormis cum pueris mutoniatis
Et non stat tibi phœbe: quod stat illis
Quid uis me rogo phœbe suspicari:
Mollem credere uirum uolebam.
Sed rumor negat: esse te cinædum.

In Gargilianum. 73

Psilotro faciem lauas & dropace caluam
Nunquid tonsorem gargiliane times?
Quid faciem tingis: nam certe non potes illos
Resina ueneto nec resecare luto.
Desine: si pudor est miseram traducere caluam.
Hoc fieri cunno gargiliane solet.

In Lupercum. 74

Stare luperce tibi iam pridem mentula desit
Luctaris demens tu tamen arrigere.
Sed nihil erucæ faciunt bulbique salaces:
Improba nec prosunt iam satureia tibi.
Cœpisti puras opibus corrumpere buccas:
Sic quoque non uiuit sollicitata uenus.
Mirari satis hoc quisquam: uel credere possit?
Quod non scit magno stare luperce tibi. stat

In Bassum. 75

Arrigis ad uetulas fastidis basse puellas:
Nec formosa tibi: sed moritura placet.

Tare. Stare est constare. Stare est erectũ esse. Iocatur in uerbo Martia: mentula inquit quæ stabat idest quæ non arrigebatur: nũc stat magno: hoc est constat magno precio. Eruca: incitat Venerem: propterea ponebatur una cum lactuca: quæ frigidissima est: ut alterius uis alteram temperaret. Bulbi genus herbæ capitatæ: cuius cum multa sint genera: Vnum est quod epimenidum dicitur optimi in africa saporis: ut locus ille. Iuuenalis: præter sententiam multorum exponatur: Et ueteres afrorum epimenida bulbi. incitant autem Venerem. In distichis: Cum sit anus coniunx & sint tibi mortua membra: Non aliter bulbis q̃ satur esse potes. Salaces: incitantes Venerem. Satureia: eadem est qua tymbra: incitat Venerem: eandem uim habet q̃ nasturcium. Puras buccas: puerorum. Non uiuit: suscitatur. Non stat.i. mentula quæ non arrigitur. Stare magno.i. multum constare. Sequẽs epigrãma est clarum.

Ec mulus. In Bethicum cunnilingum: quem poeta ex genere ciborum: quibus utebatur aperte ostēdit esse cunnilingum: nam ea tantū edebat quæ saporé haberent proximum liquori uuluæ. Liba: panes dulciarii sacris primum inuenti. Quadra: pars & quadra mensa. Placentæ: panes cinericii quibus utebantur antiqui loco mensæ. Capparin: semen notum. Alec: liquamen salsum. Oratius: Quo fæce primus & alec: Pli. Alec imperfecta nec colata: erat enim conditum. Res cœpit tamen ex inutili pisciculo minimoque confici. Pulpam: non modo carnē sine ossibus sed etiā sine pingui. Petasone dubio: uel dubio cuius ps iam fetet & cariosa est: qđ placet: uel dubio. i. bono. Geres: ex genere locustarū sunt pisces uilissimi & salsi. uide Pli. xxxii. naturalis historiæ. Meládria: pars thinni ꝓpinqua caudæ uilissima: ē enim sine pingui: nam in thinno ceruix & abdomé commédãtur. Saprofagis: hoc ē comedis res fetidas: & olétes nã σαπρον significat putidum: φαγω.

Inxisti. Palinurus gubernator classis troianæ submersus est numine somni oppressus. hic Palinurus accipit̃ ob deriuationé græcam: nam παλιν significat ite℞: ουρεω meiere. locatur poeta igitur ĩ ite℞. meientē. Eris palinurus. i. diceris Palinurus

E Nullo. In Apitium Esse bonæ linguæ dicitur qui nulli detrahit: contra malæ linguæ dicitur qui lingua abutitur: uel fellatione: uel lingendis cunnis. Quamuis o Apici nulli detrahas: tamen rumor est te esse malæ linguæ: hoc te fellare & cunnum lingere.

Vid. In bethicum: qui abscisis testibus: & factus sacerdos Cibeles cunnos lingebat: de quo supra ait poeta eum non debere sectari muliebria quia dum mulieres sectatur: uidetur esse uir: quod non permittunt sacerdotales leges Cibeles. O Bethice galle: idest castrate. Medios uiros: idest debes fellare: ne uir uidearis: dum sectaris fœminas. Samia testa: idest cultro: nam samia terra optima erat cultris sacerdotum Cibelis: ante satis multa. Castrandum caput est: quoniam lingua tanq̃ mentula sectaris mulieres. Ore uir es: quia lingis cunnum & præstas officium uirile lingua.

Hic rogo non furor est: nō est hæc mentula demēs?
Cum possis hecubam: non potes andromachem.

In Bæticum. 76

Nec mulus nec te delectat bætice turdus.
Nec lepus est unquam nec tibi gratus aper.
Nec te liba iuuant: nec sectæ quadra placentæ
Nec libye mittit: nec tibi phasis aues.
Capparin & putri cepas alece natantes.
Et pulpam dubio de petasone uoras.
Teque iuuant gerres & pelle melandria cana
Resinata bibis uina: falerna fugis.
Nescio quod stomachi uitium secretius esse
Suspicor: ut quid enim bætice coprofagis.

Ad Paulinum. 77

Minxisti currente semel pauline carina
Meiere uis iterum: iam pal inurus eris.

Ad sertorium. 78

Rem peragit nullam sertorius: inchoat omnes
Hunc ego cum futuit: non puto perficere.

Ad Apicium. 79

De nullo quereris: nulli maledicis apici:
Rumor ait linguæ te tamen esse malæ.

In Bæticum. 80

Quid cum fœmineo tibi bætice galle baratro?
Hæc debet medios lambere lingua uiros.
Abscisa est quare samia tibi mentula testa:
Si tibi tam gratus bætice cunnus erat?
Castrandum caput est: nam sis licet inguine gallus:
Sacra tamen cybeles decipis: ore uir es.

Onuiua zoili.In zoilum mollẽ & plane effœminatum.huius pocula ebrietatẽ ructus fellationem deſcribit. Sũmœnianas.i.inter meretrices quæ ſubmœnianis artificiis iuxta circũ ꝓſtrabant.Iuuenalis:Et ad circum iuſſas proſtrare puellas. Bibat:ſobrius cũ ſitit. Teſta curta:uaſe mutilato & fracto. Lædæ: meretricis: quæ ſpurca erat: ut alibi: Quod ſpurcæ moriens lucerna lædæ. Contendo: affirmauerim. Hoc.i.cœnare inter meretrices. Galbanatus:indutus galbano ueſte muliebri.Lecto:triclinii.Occupato:quẽ totum occupabat. Effultus:ſuſtentatus. Suggerit dentiſcalpia fiebãt aut ex lentiſco aut ex penna. In diſtichis:Lentiſcum melius:ſed tibi frondea cuſpis. Defuerit:dentem penna leuare poteſt. Dentrificiũ autem dicebatur quicqd medicaminis adhibebaẗ: fricandis & terendis dentibus:in quo genere arabius lapis eſſe dicitur. Pinnas rubentes.i.pennas phœnicopteri.Lentiſcus frutex ẽ ſemp uiridis:cuius Cicero meminit:& Pli.ſentẽtiam Cicerois refert.Vẽtilat leuiter mouet: Aeſtuanti ſudãti. Praſſino:uiridi.i.flabello color praſſinus ſignificat uiridis. πρασοινου ſignificat uiride infra praſſinam togam dicet.i.uiridem. Mitrea uirga:indiciũ libidini:ẽ enĩ Veneris Tractatrix:utebanẗ hoc remedio ãtiqui ut Celſus meminit ut iuberẽt pueꝝ fricare humores:quẽ Martialis tractatorẽ appellat: & ancillam id facientẽ tractatricem: nam tractare ẽ frequenter tangere. Eunuchus ſpado novit qd uelit zoilus cum crepat digitis: nam uas urinarum crepitu digitorum poſcebatur: ita loquitur matella in diſtichis:Cum poſcor crepitu digitorum & uerna moratur:O quotiens pellex culcitra facta mea eſt. Pedum turbam turba pedum dicuntur pueri:quoĩam ad pedes dominorum diſcumbebant: ut intelligas ſuperius diſtichon hoc pacto:Omnia cũ pueris tradas obſonia retro: Cur non menſa tibi ponitur a pedibus:ideſt cur non paras menſam ſeruis & non nobis. Partitur glandulas: glandula pars apri iuxta ceruicem:eadem dicitur glandium:ut eſt in legibus ſumptuariis: quæ glandia ſincipitia uerina menſis intercidunt. Propinat:dat. Nectar opimianum ideſt uinum opimianum quod nectar uidetur. Moriones:dicebantur pueri qui ſimplicitate & ſecuritate mentis ſeu ſtoliditate riſum domino mouebant:ducebantur autẽ ad mẽſã diuitũ.Inde Pli.cũ amicũ ĩuitat:Morionẽ non hẽbis.Saxa ligurũ.i.uina nata ĩ liguria ſterili. Fumis maſſilianis:uina ĩ maſſilia galliæ artibus officinaꝝ adulterabãẗ:modo fumo mõ aloe:ut ſaporẽ mutarẽt & colorẽ.đ hoc uĩo alibi:Fumea maſſiliæ poneꝛ uĩa potes.

In zoilum. 81

Conuiua zoili quiſquis poteſt eſſe
Sumenianas cœnet inter uxores:
Curtaque ledæ ſobrius bibat teſta.
Hoc eſſe leuis puriuſque contendo.
Iacet occupato galbanatus in lecto
Cubitiſque trudit hinc & inde conuiuas
Effultus oſtro ſericiſque puluinis.
Stat exoletus ſuggeritque ructanti
Pinnas rubentes cuſpideſque lentiſci.
Et æſtuanti tenue uentilat frigus
Supina praſino concubina flabello.
Fugatque muſcas myrtea puer uirga.
Percurrit agili corpus arte tractatrix.
Manumque doctam ſpargit omnibus membris.
Digiti crepantis ſigna nouit eunuchus
Et delicatæ ſuſcitator urinæ
Domini bibentis ebrium regit penem.
At ipſe retro flexus ad pedum turbam
Inter catellas anſerum exta lambentes
Partitur apri glandulas palæſtritis.
Et cõcubino turturum nates donat.
Ligurumque nobis ſaxa cum miniſtrentur
Vel cocta fumis muſta maſſilianis
Opimianum morionibus nectar
Cryſtalliniſque myrriniſque propinat.

Cosmianis ampulis.i.unguento preciosissimo Cosmi. Capillare.i.unguētū ad capillos inuentum. Mœchæ pauperis:quod solebat emi a mœchis paupibus. Muricæ:ampulla ī speciem muricis:nam muricum testæ unguenta seruabant:Pli.auctor est. Perditus.sepultus. Septunce:scilicet uini. Nutibus: propinamus inuicem. Ronchis: illo stertente.
Malciones:dicuntur molles & eneruati omnino & luxu perditi:quasi malciones:nā malcio apud græcos significat mollem.Oratius inde malcinū dixit mecoenatē. Vindicare.i. liberare te a conuiuio:& tedio huius mensæ: quia tu irrumator es: & aderis qa fellat. Codex antiquus ita habet uersum:Nec uindicare te Ruffe possumus fellat.quod placet: sensus ē: quem proposuimus.

Et cosmianis ipse fusus ampullis.
Non erubescit muricæ aureo nobis
Diuidere mœchæ pauperis capillare.
Septunce multo deinde perditus stertit
Nos accubamus & silentium ronchis.
Præstare iussi nutibus propinamus
Hos malchionis patimur improbi fastus.
Nec uindicare ruffe possumus:fellat.

In Coclitem. 82

Vt faciam breuiora mones epigrammata cocles
Fac mihi quod chione:non potui breuius.

In Tongilionem. 83

Quid narrat tua mœcha:non puellam
Dixi tongilion:quid ergo:linguam.

Ad maritum. 84

Quis tibi persuasit nares abscindere mœcho:
Non hac peccatum est parte marite tibi.
Stulte quid egisti:nihil hic tua perdidit uxor
Cum sit salua tibi mentula deiphobi.

Ad castam matronam. 85

Ne legeres partem lasciui casta libelli:
Prædixi & monui:tu tamen ecce legis.
Sed si panniculum:si spectas casta latinum:
Non sunt hæc mimis improbiora:lege.

In chionem. 86

Narrat te rumor chione nunquam esse fututam.
Atque nihil cunno purius esse tuo.
Tecta tamen non hac qua debes parte lauaris.
Si pudor est:transfer subligar in faciem.

T Faciā. Iubebat Cocles Martiali ut faceret breuiora epigrammata. Ipse ait se hæc scribere longiore carmīe:cum paucis uerbis non possit impetrare a diuitibus aliquid: ergo si mihi feceris:qđ facit Chione:idest si dederis silebo nam ut alibi ait a Chione conducebatur:ut futueret Non potui breuius:scilicet dicere tibi ut des.

Vid. Ad Tongilionem qui fellator erat & lingua fellatoris est mœcha:cum uarias admittat mentulas.

Vis.Maritus abscidit nares mœcho: ait Martialis oportuisse abscidere mentulam: qua peccauerat. Hac parte: idest naribus:sed peccauit mentula. Nihil perdidit:laceratis naribus. Appellat hunc Deiphobum naribus laceratis: alludens ad illud:Deiphobumque uidet lacerū crudeliter ora: Ora manusque ambas. & cetera.

Arrat.Ad Chionem. Subligaria dicebātur uestes quæ coxas usque ad umblicum a genibus contegebant.his utebantur mimmi in theatro.Iuuenalis:Et subligar acci.Chione hoc induta descendebat in balnea:si id agit propter pudorem commodius eo posse contegere faciem:nam uultus pudoris sedes:si tectus fuerit liberius agimus:quasi ea una tantum pars pudorem sentiat.In faciem:alludit ad deformitatem mulieris quæ debebat tegi.hic sensus placet.

L 3 53

Vnt. Gemini lingunt diuersa inguina: quia alter fellat: alter lingit cunnum. Magis: propter hoc.
Vlt Galla. Vult non uult dare. Galla deformis erat: uolebatque futui a Martiale: sed nihil dare uolebat. Deformes autem fututorem precio concilient necesse est. Vult dare. s. coitum: & subagitari a me Galla. Non uult dare. s. pecuniã. Nec possum dicere quid sibi galla uelit: hoc est qua de causa faciat hoc. est enim deformis: ꝗ uult. s. futui. non uult. s. dare pecuniam. Idẽ est sẽsus quodam disticho alibi: Vis futui gratis cum sis deformis anusque.
Res perridicula est: uis dare nec dare uis.

In fratres fellatores. 87

Sunt gemini fratres diuersa sed inguina lingunt
Dicite dissimiles sint magis: an similes?

Ad Phœbum. 88

Vtere lactucis: & mollibus utere maluis.
Nam faciem durum phœbe cacantis habes.

De Galla. 89

Vult non uult dare galla mihi: nec dicere possum
Quod uult & non uult: quid sibi galla uelit.

De Misitio. 90

Cum peteret patriæ misitius arua rauennæ
Semiuiro cibeles cum grege iunxit iter.
Huic comes hærebat domini fugitiuus achillas
Insignis forma nequitiaque puer.
Hoc steriles sensere uiri: qua parte cubaret
Quærunt: sed tacitos sensit & ille dolos.
Mentitur: credunt somni post uina petuntur
Continuo ferrum noxia turba rapit.
Exciduntque senem spondæ qui parte iacebat:
Nanque puer pluteo uindice tutus erat.
Suppositam fama est quondam pro uirgine ceruã.
At nunc pro puero mentula supposita est.

Ad gallum. 91

Vt patiar mœchum rogat uxor galle: sed unum
Huic ego non oculos eruo: galle duos:

In Vetustinam. 92

Cum tibi tricenti consules uetustina
Et tres capilli: quatuor ue sint dentes.
Pectus cicadæ: crusculumque formicæ
Rugosiorem cum geras stola frontem:
Et aranearum cassibus pares mammas:
Cum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodillus angusta.

Vm. De puero quem uoluerunt castrare sacerdotes Cibeles: sed decepti loco castrarunt senem. Misitius iunxit iter dedit se comitem. Grege semiuiro. i. sacerdotibus castratis. Nequitia: moribus lasciuioribus. Steriles: idest castrati. Mentitur: designat locum ĩ quo dormiebat. Pluteo: sponda lecti.
Virgine: Iphigenia quæ eadem Iphyanassa: ut Lucretius: & Homerus scribunt. Lucretius: Iphyanasseo turparũt sanguine fœdæ.

T patiar. Vxor mea o Galle rogat ut patiar mœchum ad eam accedere ego si deprehẽdero mœchum faciam spadonem quo scilicet abutar: non autem eruam duos oculos aut nares excidam ut alii faciunt. Moechum: scilicet te. de hoc Gallo supra: Subdola famosæ: erat enĩ Gallus mollis & moechabatur. Vnum: idest castro & facio spadonem eũ quem deprehendam.

Vm. In Vetustinam decrepita ætate cupientem futui. Tricẽti consules: idest cum agas trecẽtos annos. Pectus cicadæ aridum & asperum ut cicadæ. Sotola: uestis mulieris rugosa. Cassibus. i. retibus

Rauenna:in paludibus condita & illic multæ ranæ Garriant:coaxent. Culex adriaticus:ad littora adriæ. Orthopygium:clunem.orthopygium.i.rectã clunem.depygis apud Oratium dicit mulier ſine clune. Vincat:ſuperet macie. Senem cynicum:nam cynici & ſordidi & ob philoſophiæ ſtudium macilenti. Sicut buſtuariæ:erant anus:quæ ad deploranda funera conducebant cum in balnea intrabant extinguebatur lucerna:uel ne uideretur earum deformitas:& balneorum nomini detraheretur:uel in contemptum quaſi non eſſet dignæ lucerna. Balneator: cuſtos & magiſter balneorum. Buſtuarias mœchas: quæ olĩ mœchæ fuerant: nam ex genere ad uilia ſeneſcentes munera deueniunt. Cum ſit tibi bruma auguſto mẽſe.i. cũ frigeas auguſto. Exhauſti annis non timent peſtilentiam deficiente calore quo peſtilentia incẽditur. Senſus eſt & ſi laborares peſtilentia non poſſes calere: nam regelare eſt contracta gelu diſſoluere calore: ut apud Columellam:Regelare hortos & agrũ. Poſt ducentas mortes: maritorum. Prurire quid ſi ſarrire uelit ſaxum:ſarrire.i. aperire ut placet Varroni. eodem uerbo Catullus utitur. Senſus eſt ſi forte uir aliquis conſtituerit animo ſarrire ſaxum.i. fũtuere te ſaxeam:quis poſſet illũ appellare maritũ: aut te uxorem:cum Philomelus: cui pauloante nupſeras ſenex appellauerit te auiã. Si ſathire legis dicatur a ſathis quod mentulã ſignificat. Vnde ſathiri dicti proni ĩ libidinem: Macrobio auctore: ut dicas quid ſi aliquis uelit ſathire: ideſt arrigere ad ſaxum: ſed placet prior. Exigis:optas.
Tuum cadauer: te mortuam. Scalpi: non dixit futui:cum non ſit amplius mulier. Acoride triclinio lectus:nuptiarum. Acoris nomẽ ſacerdotis eſt curãtis funera:ut Corines apud Vir.
Vſtores: ædificatores pyrarũ dicebant. Idẽ uerbũ apud Catullum. Thedæ cũ aqua præferebantur nouis nuptis:unde thedæ pro nuptiis aliquando. Fax.q.d.digna es rogo:non nuptiis.

Meliuſque ranæ garriant rauennates.
Et adriaticus dulcius culex cantet.
Videaſque quantum noctua uidet mane.
Et illud oleas quod uiri capellarum
Et anatis habeas orropygium macre.
Senemque cynicum uincat oſſeus cunnus.
Cum te lucerna balneator extincta
Admittat inter buſtuarias mœchas:
Cum bruma menſem ſit tibi per auguſtum.
Relegare nec te peſtilentia poſſit:
Gaudes ducentas nuptum ire poſt mortes.
Virumque demens cineribus tuis quæris
Prurire quid ſi ſarrire uelit ſaxum.
Quis coniugem? quis te uocabit uxorem?
Philomelus:auiam quam uocauit nuper?
Quod ſi cadauer exigis tuum ſcalpi.
Sternatur a coride triclinio lectus.
Thalaſſionem qui tuum dicet ſolus.
Vſtorque tedas præferat nouæ nuptæ.
Intrare in iſtum ſola fax poteſt cunnum.

In Ruffum. 93

Eſſe negas coctum leporem: poſciſque flagella:
Mauis ruffe coquum ſcindere quam leporem.

In neuolum. 94

Nunquam dicis aue: ſed reddis neuole ſemper
Quod prior & curius dicere ſæpe ſolet.
Cur hoc expectas a me rogo neuole dicas?
Nam puto nec melior neuole: nec prior es.
Præmia laudato tribuit mihi cæſar uterque.
Natorumque dedit iura paterna trium.
Ore legor multo: notumque per oppida nomen

Vnq̃.In Neuolũ cinædũ.Curi.grauiſſimus fuit dẽtatus. Vterque cæſar.i.Ti. & Do.

Rogo: non expectato: cum alii tantũ habeant famã & nomen post cineres. Sedeo i. xiiii. gradu. Occeanus: erat præfectus sedentibus in theatro ut ordine sederent. Te suscitat. iubet te discedere. Mihi: meis precibus. Sed pædicaris: ideo prior: nam ita in priore loco collocaris: ut podice excipias mentulam. Iocatur uerbo: nam prior ad dignitaté toto epigrámate dictum est hactenus: nunc ioco refertur ad locum eius qui pædicatur: qui priori loco stat. Ceues. moues nates. Prior es: priorem locum obtines.

Non expectato dat mihi fama rogo.
Est & in hoc aliquid: uidit me roma tribunum:
Et sedeo qua te suscitat oceanus.
Quot mihi cæsareo facti sunt munere ciues
Nec famulos totidem suspicor esse tibi.
Sed pædicaris: sed pulchre neuole ceues:
Iam iam tu prior es neuole: uincis aue.

In Gargilium. 95

Lingis: non futuis meam puellam:
Et garris quasi mœchus: & fututor.
Si te prendero gargili tacebis.

Ad Ruffum. 96

Ne legat hunc chione mando tibi ruffe libellum.
Carmine læsa meo est: lædere & ipsa potest.

In sabellum. 97

Sit culus tibi quam macer requiris?
Pædicare potes sabelle culo.

Ad cerdonem. 98

Irasci nostro non debes cerdo libello.
Ars tua non uita est carmine læsa meo.
Innocuos permitte sales cur ludere nobis
Non liceat: licuit si iugulare tibi?

Ad Ruffum. 99

Cursorem sexta tibi ruffe remisimus hora
Carmina quem madidum nostra tulisse reor.
Imbribus immodicis cælum nam forte ruebat
Non aliter mitti debuit iste liber.

Ingis. In Gargilium q uolebat uideri mœchus cũ adhuc esset puer mollis: & cunnilingus. perturbane miatur se eum irrumaturum si deprehenderit. Tacebis: alludit ad illud quod dixerat garris: & ad fellationem: nam qui irrumantur dicuntur fellare: & loqui non potest ore mentula irrumatoris obstructo. Tacebis: idest irrumabo te: idem minatur Priapus in obscuro carmine: Pædicaberis irrumaberisque.

E legat. Læsa idest carmine superiore Chione. Potest: nam dabat pecuniam ut subagitaretur: ut supra: Fac mihi quod Chione. hæc erat illa frigida es & nigra. Pædicare potes tuo culo: adeo tuus culus est macer & acutus tã quam mentula.

Rasci. In Cerdonem de quo supra conquestus est ꝙ dederat munus gladiatorum. Ars tua: non uita é læsa a me: quia non dixi ĩ uitam tuam sed in artem. Licuit iugulare: idest si potuisti exhibere gladiatores iugulandos in theatro. Iuuenalis: Et uerso pollice uulgi Quem libet occidunt populariter.

VRSOREM. Deprimit honorem carminum suorum & superioris libri: quem ait se misisse per maximos imbres ad Ruffũ amicũ: quoniam hi omnes uersus essent delendi. Infra: Pumice librum: Spongia muneribus conuenit illa meis. Nam carmina inducta solet dicere digna esse aquis ante: Vis puto cum libro marce natare tuo.

Caesaris alma dies & luce. Ad. viii. Kalendas nouẽbres natus Domitianus: eum diem celebrat, Martialis hoc epigrãmate: precaturque ut diutissime i terris sit imperator. Alma dies Caesaris: o dies natalis Caesaris. Ida: silua cretae. Tulit: Produxit in lucem: Iouem dictaeũ: quia in creta est educa tus Iupiter. Duplex ida: cretensis & phrygia. Numerosior pilo aeuo. i. per fice plures annos aetate Nestoris. Nite hoc uultu. i. nite hac serenitate.

Multus annosus: & amplissimus in auro albano: aurum albanum appellat aureã coronam Caesaris: & apparatum quo utebat in sacris Mineruae institutis ab ipso in albano quot annis: ubi dabat ludos scaenicos: & oratoꝝ: & poetaꝝ certamina. Tranquillus auctor. Tritonida: Palladem: quae erat numen familiare Domitiano: ut ait Fabius. Plurima quercus hoc dicit quoniã singulis annis etiam in quĩquatriis Mineruae corona querna donabatur a Domitiano: quod Martiali. aperte ostẽdit ad Collinũ: O cui tarpeias licuit contigere quercus: & de eadem re infra ẽ epigrãma. Plurima quercus. i. donet multas coroãs quernas. Hic colat ingẽti redeuntia saecula: ludi saeculares cẽtenis quibusquae annis instaurabantur. Domitiaũs eos celebrauit nõ supputata ratione tẽporũ a Claudio: qui paucis ãte annis eos celebrauerat sed ab Augusto. Hic colat saecula. i. saeculares ludos redeuntes anno centesimo. Lustrum est spacium. v. annorum quo olympia solebant instaurari. Cũ aũt centesimo ãno redeant saeculares appellat poeta illus temporis ingens lustrum. Sacra terentos: sacra ad terentum campi martii trigesimo quoque anno innouabantur. alibi Martialis cum sexagenariam diceret ait: Bis mea roma no spectata est uita terento. Terentus romuleus: campi martii. Debita: quia haec debẽt terris. Improba: nimia. Pro tanto deo: Domitiano: nã deus & dominus uoluit appellari

M. Valerii Martialis epigrãmaton. iiii.

De natali Domitiani. 1

Caesaris alma dies & luce sacratior illa:
Conscia dictaeum quae tulit ida iouem:
Longa praecor pylioque uẽni numerosior aeuo:
Semper & hoc uultu uel meliore nite.
Hic colat albano tritonida cultus in auro:
Perque manus tantas plurima quaercus eat.
Hic colat ingenti redeuntia saecula lustro.
Et quae romuleus sacra terentus habet.
Magna quidem superi petimus: sed debita terris
Pro tanto quae sunt improba uota deo.

De Oratio. 2.

Spectabat modo solus inter omnes
Nigris munus Oratius lacernis.
Cum plebs & minor ordo maximusque
Sancto cum duce candidus sederet.
Toto nix cecidit repente caelo.
Albis spectat oratius lacernis.

Spectabat. Domitianus edidit nauales pugnas: quas spectauit inter maximos ĩbres. Cãdidis utebãtur uestibus ĩ spectaculis. i. lacernis albis. quae in spectaculis sumebantur. Solus Oratius minimus cũ lacernã albã non haberet: alio habitus colore uenit ĩ spectaculũ niue autẽ cadente uestis facta ẽ alba: in quo poeta & risum mouet: & imperatori assentat: cuius mores ait oẽs oportere sequi. Spectabat: nauales pugnas. Plebs: ordo plebeius. Mĩor equester. Maximus senatorius. Cum sancto duce: cum diuo Caesare. Candidus. i. candidis lacernis. Lacernae candidae in distichis: Amphitheatrales nos commendamur ad usus.

Spice. Ab eadem tempeſtate ſumitur huius epigrammatis argumentum, laudaturque Cæſar ꝙ tantos imbres negligere potuerit: nã ut ſcribit Suetonius ꝑ maximos imbres ſpectauit pugnam naualem: & ne hoc uideatur factum Ioue irato: ait poeta ſe ſuſpicari filium Cæſaris: quẽ infantem amiſit his niuibus laſciuire cum patre. Denſum uellus aquarum tacitarũ.i. nimium periphraſis. Tamen: q̃uis cadat. Nix indulget Ioui: obſequit̃ cælo & non diſcedat. Aquas concretas pigro frigore.i. niues. Sidus hyperborei ſolitus laxare: cum a pueritia didicerit in expeditione præſertim aduerſus batauos ĩ germania. Laxare: ferendo fatigare. Sidus hyperborei bootæ: Bootes idem dicitur Arctophylax filius fuit Caliſtus: ut alii ſentiunt hic fuit Icarus qui ſumpta una a Bacho repletos utres impoſuit in plauſtrum: & inde ut putauit Iginius dictus ẽ Bootes: ideſt ductor plauſtri. ſiue ille ſiue is fuerit uetuſtas tradidit relatũ fuiſſe in cælũ & eſſe iuxta urſam. Hyperborei: ſeptentrionalis. Diſſimulare: diſſimulando negligere. Helice: eadem dicta ẽ cynoſura: & urſa minor: ea fuit una ex nutricibus Iouis: quæ ſua pietate meruit cælum. In ſeptentrione autem eſt: immo ut nonnulli ſentiũt hæc & urſa maior dicuntur ſeptentriones.

Helicen: ideſt niues helices ſeptentriones. Pueri Cæſaris: ideſt filii Cæſaris mortui quem ex Domitia ſuſceptum adhuc infantem amiſit: meminit huius Papinius cum prædicit deificationem Domitiano: ibit in amplexus natus fraterque paterque.

De niuibus. 3

Aſpice quam denſum tacitarum uellus aquarum
Defluat in uultus cæſaris inque ſinus.
Indulget tamen ille ioui: nec uertice moto
Concretas pigro frigore ridet aquas.
Sidus hyperborei ſolitus laſſare bootæ
Et madidis helicen diſſimulare comis.
Qui ſiccis laſſiuit aquis: & ab æthere ludit
Suſpicor has pueri cæſaris eſſe niues.

In Baſſam. 4

Quod ſiccæ redolet palus lacimæ
Crudarum nebulæ quod albularum
Piſcinæ uetus aura quod marin
Quod preſſa piger hircus in capella
Laſſi bardaici os quod euocati
Quod bis murice uellus inquinatum
Quod ieiunia ſabatariorum
Mœſtorum quod hanelitus reorum

Vod ſiccæ. In Baſſam male olentem. Lacunæ ſiccæ: nã ſiccata lacuna olet grauiter. Nebulæ: ſulphurei uapores. Albularũ: albulæ erant aquæ in agro tiburtino crudæ ut meminit Strabo & Pli. odore ſulphureo. ſupra: Hic ubi ſulphureis albula fumat aquis. Vetus aura piſcinæ marinæ: ex aquis marinis. Bardiacus euocati. Euocati erant iuuenes ex equeſtri ordine delecti: qui manẽte uſu annulorũ: conſtituti ſũt ad cuſtodiã cubiculi Imperatori loco militũ: hi cũ excubias præſtabãt bardiaco ueſte utebaut̃: lanificio groſſiore ꝑpe ſimili bardocucullo. hæ ueſtes male olebãt quoniã ĩ his cubabãt: & inter ſordida miniſteria utebant̃: nã ꝙ bardiacus puer ſit: nec mihi uidet̃ conuenire: nec unq̃ legi. Bardiacus non puer eſt: ut ego ſentio ſed ſagũ ex uillis caprorũ textũ: quo milites in caſtris utebant̃. Vir. Iucanaque menta Cyniphii tondent hirci ſetaſque comãtes: Vſũ in caſtrorũ ac miſeris uelamina nautis. Idẽ ſcribit Columella de capro: & Iuuenalis de milite: Diſcit ab hirſuta iaculũ torquere capella.i. ex ſago pilis caprorũ texto: ut in Iunenalis commẽtariis quos compoſuimus a nobis ſcriptum eſt. Quod Bardiacus ideſt ſagum ex uillis caprorum olet: nam hircinũ fœtorem redolet. Laſſi euocati: militis laſſi & laborioſi. Ex hoc Lentulus laniſta cognomen accepit: nam dictus eſt Lentulus bardiacus. Euocati: excubãtis laſſi ex cubiis. Inquinata bis murice.i. bis tincta: male olet. Sabbatarii: iudæi dicũt̃ qui ſabbata colũt: Recutitaque ſabbata palles: horũ halitus cũ fœteat ſemper: ante cibũ præſertim grauiſſimi ẽ odoris. Rei: mœſti curis agitari habẽt malũ anhelitũ & odorẽ mala cõcoctione.

Moriens:extincta. Ceroma:unguentum erat ex luto & oleo.Pli.auctor: Male olebat ſi oleum ſabinum:quod plurimum habet amurcæ adhibitum fuiſſet:erat auté palæſtritarũ.

Vir bonus.Conſulit Fabiano:ne ad urbé accedat cum ſit bonus uir:ut etiã Sexto conſuluit. Nec leno.Iuuenalis.Nemo me miniſtro fur erit. Commenſator: paraſytus Iuuenalis:Si potes illa pati quæ nec ſarmentus iniquas. Triſti uoce: afferente triſtitiam. Præcones erãt ĩ pretio qđ ĩfra ẽ:Si duri puer ĩgenii uř præconẽ iubeas uel architectũ.Corrũpeř uxoré.i.non potes eé mechus.Inães fũos.i.uarios titulos:& aſſentatorias appellationes:unde Alexã.auctore Spartiano fumo petire iuſſit qui inani quadã oſtentatione apud ipſum magna gratia uideri uolebat: uulgato diſticho:Fumo iam perit:q fumos uenditabat.Circa pallatia.i.turbæ pallantiæ.

Caſus:tibicem fuit:alibi poeta choraulé appellauit Caſus choraules.hic tépo ribus Galbæ floruit donatus ſupra coenã ab eo non parua pecunia cum placuiſſet auctor eſt Tranqllus: &copioſus Plutarchus in Galba. Glaphyrus nomé cytharoedi & apud Iuuenalem Accepis uxorem de qua cytharœdus Echion: Aut Galphyrus fiat pater: nã cytharœdi nunc erãt ĩ precio:quod ſupra ait:Veniet cum cytharedus erit:

Vnde uiuas.i.unde acqres & comparabis uictum.

Hoc nihil eſt:nihil ꝓderit eſſe te fidũ.Sic iſtis uirtutibus. Philomelus: diues ut Philomelus:qui diues factus cythara: de quo ſupra:Plus hũit Didimus plus Philomenus habet.

Redi.In Maſſilianũ: qui cũ improbus eẽt uolebat uideri caſtus & pudicus. Teneræ frontis.i. modeſtæ. In domo Stellæ puto de Argino ĩtelligi puero Stellæ formoſiſſimo: q amatorios domini uerſus canebat.nã quod nonnulli opinãť dictũ de Martiale non placet.alibi poeta de formoſis Stellæ miniſtris ſcribit:& de argino in primis.

Rima.Rogat Euphemum ſtructorem mẽſæ Domitiani:ut ex ſuis carminibus ea quæ ſunt iocoſa oſtendat imperatori tantum cum cœnauerit:que ſunt ſeueriora ante coenam. Prima:& altera hora:ideſt prima & ſecunda ſalutabant antiqui amicos potentes.

Quod ſpurcæ moriens lucerna ledæ
Quod ceromata fece de ſabina
Quod uulpis fuga:uiperæ cubile
Malles:quam quod oles:olere baſſa.

Ad Fabianum.

Vir bonus & pauper:linguaque & pectore uerus
Quid tibi uis urbem qui fabiane petis?
Qui nec leno potes:nec commeſſator haberi:
Nec pauidos triſti uoce citare reos.
Nec potes uxorem cari corrumpere amici:
Nec potes algentes arrigere ad uetulas:
Vendere nec uanos circa pallatia fumos:
Plaudere nec cano plaudere nec glaphyro.
Vnde miſer uiues homo fidus certus amicus?
Hoc nihil eſt:nunquam ſic philomelus eris.

In Maſſilianum.

Credi uirgine caſtior pudica
Et frontis teneræ cupis uideri:
Cum ſis improbior maſſiliane
Quam qui compoſitos metro tibulli
In ſtellæ recitat domo libellos.

Ad Hilum.

Cur here quod dederas hodie puer hile negaſti?
Durus tam ſubito qui modo mitis eras.
Sed iam cauſaris barbamque annoſque piloſque:
O nox quã longa es quæ facis una ſenem.
Quid nos derides?here qui puer hile fuiſti.
Dic nobis hodie qua ratione uir es.

Ad Euphemum.

Prima ſalutantes atque altera continet hora:

Tertia hora: agitabantur lites. Varios labores.i.uaria opera exerceat. Octaua & nona exercebant palæstritæ. Frangere toros extructos: accumbere. Decima post mensas: ut meos libellos ostendas Imperatori. Dapes ambrosias.i.diuinas. Laxat.i.relaxat animū: exhilarat. Ingenti manu.i.diuina. Iocos.i.meos libellos ostēdere Domitiano. Metire: .i.caute eas. Licenti gressu.i.casto carmine & casto gressu. Ad Iouē.i.Domitianū. Matutinū.i.ante cœnā: quasi dicat ante cœnā o musa oportet sanctiore carmine accedas: post cœnam locus est iocis lasciuioribus.

Exercet raucos tertia causidicos.
In quintam uarios extendit roma labores.
Sexta quies lassis: septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palæstris:
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima est eupheme meorum:
Temperat ambrosias cum tua cura dapes.
Et bonus æthereo laxatur nectare cæsar:
Ingentique tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos: gressu timet ire licenti
Ad matutinum nostra thalia iouem.

In Labullam. 9

+ Sotæ filia clinici labulla
Deserto sequeris clitum marito
Et donas & amas.

Ad Faustinum. 10

Dum nouus est nec adhuc rasa mihi fronte libellus:
Pagina dum tangi non bene sicca timet:
I puer: & caro perfer leue munus amico
Qui meruit nugas primus habere meas.
Curre: sed instructus comitetur punica librum
Spongia: muneribus conuenit illa meis.
Non possunt nostros multæ faustine lituræ
Emendare iocos: una litura potest.

In An. saturninum. 11

Dum nimium uano tumefactus nomine gaudes:
Et saturninum te miser esse pudet:
Impia parrhasia mouisti bella sub ursa:

Otæ. Sotes erat pater Labullæ eruditus clinice medicina: de qua supra est dictum. Labulla tanq̃ altera Hippia secuta ē Clytum relicto coniuge. Sotes: significat parcum. ꝑdigam mulierem hac allusione uerbi ridet poeta. ἔχεισ ἀσοτωσ .i.ꝑdiga es: nā ludit his dictionibus Sotæ filia & asota es.

Vm. Puerum alloq̃t ut ferat librū ad Faustinum amicum emendādum: Vade o puer Pagina characteres. Instructus affer: quod est necessariū. Spongia punica: quoniā ex affrica præstatioēs spongiæ mittebāt: uel punica .i.leuitatis puīcæ & officii.

Vm. L. Antonius præses superioris germaniæ mouit bellum ciuile ī Domitianū fiducia duarꝫ legionū. Imperator absēs id confecit mira felicitate resoluto ponte nam rheni inundatione copiæ barbarorum ad eū transituræ ꝓhibitæ sunt. Eodē die quo uictus est aquilla tanq̃ nūtia uictoriæ Domitiani statuam amplexa est. Saturninum: Suetonius auctor: Is tertium tribunus plebis ut Glautiā ministꝝ prætorē haberet uexata iam diu repu. Mumiū competitorē cura uit necandū ī cāpo martio: denique senatus statuit ut turbulentus & seditiosus tribunus tolleretur e medio. datum igitur negcium est Mario qui Glauciam & Saturninum in capitolio obsessos dedit necandos populo. ait poeta puduisse. L. Antonium meditari in urbe seditiones ut Saturninus fecit: & propterea iuisse ī germaniā ut illinc arma moueret. M. itē Antonius mouerat olī ciuile bellū ī Augustū ut poeta hoc nomen attulisse animos. L. Antonio. Sub ursa parrhasia: idest sub septentrione in germania. Vano nomine. M. Antonii: quia frustra mouit bellum ut tu. Saturninum: idest q̃uis esses animo Saturninus & moueres urbanas seditiones.

Tulit arma: Augusto. Phariæ coniugis: Cleopatræ. Exciderasanimo.i.eras ne adeo oblitus. Freti:actiaci.i.maris ad actium promontorium in quo superatus.M. Antonius ab Augusto. Ille.M.Antonius collatus tibi erat Cæsar:adeo tu es inferior Antonio.

VIli. Thais meretrix nulli negabat:& quod grauius erat fellabat poeta ait si ista prodigalitas meretricia tibi nullum affert pudorē:ꝙ omnibus das:saltē te pudeat ꝙ das fellationē turpe genus libidinis. Negare nihil est fellare.hoc enim significat apud Martialē alibi: Qui nil negat hic aticina fellat.præterea Nil mihi galla nega.alibi: At quondā mihi galle nil negabas.Thaidē fuisse fellatricem illic dixit Nemo ē: Thais senex ad irr m dū

Ili. Rogat Siliū ut legat uersus suos. Premis:insectaris. Periuria: idest perfidiā punicā. Leues: fœdifragos. Magnis africanis.i. ducis triūphū Scipionis. Seueritate:grauitate carminis heroici:in quo seuerus uersaris:uel seueritate supcilio censorio.

Alea: ludus. Vagus liber: nam serui in saturnalibus omnes erant liberi & uagi. Ora. Age libertate decembri. Fritillus:ut alueolus:idem Porphirio in Oratiū putat. Madidos: perfusos:tractū ab ebriis.

Remissa:relaxata. Contracta: cum ducit̄ uultus ī seueritatē. Passerem:carmen scriptum de passere amicæ Catulli.

Laudia. Laudat connubium Claudiæ & Auli pudentis: optatque ut faustum sit. Meo pudenti: amico meo. Macte esto: cum alicuius factū probamus utimur hoc uerbo macte. Macta hostia dicitur quando mola est supra infusa. Cinnama: potes hoc intelligere de unguento: quod ex nardo balamino amomo fiebat. Miscent̄ tam bene.i. tā bene conueniūt. Theseis fauis:inter cætera uina medicata erit uinū quod mellitites dicebatur a melle in musto immixto: ab aliis dictum est piperatum:nam & piper adhibebatur:ab aliis communi uerbo conditum Catone & Plinio auctore. Theseis fauis.i.melli attico:nam mel atticū reliqua omnia gloria superat.

Qualia qui phariæ coningis arma tulit.
Exciderat ne adeo fatum tibi nominis huius.
Obruit aciati quod grauis ita freti.
An tibi promisit rhenus: quod non dedit illi
Nilus: & arctois plus licuisset aquis:
Ille etiam nostris antonius occidit armis
Qui tibi collatus perfide cæsar erat.

In Thaidem.

Nulli thai negas: sed si te non pudet istud:
Hoc saltem pudeat thai negare nihil.

Ad Silium.

Sili castalidum decus sororum
Qui periuria barbari furoris
Ingenti premis ore: perfidosque
Fastus annabilis: leuesque pœnos
Magnis cedere cogis africanis
Paulum deposita seueritate
Dnm blanda uagus alea december
Incertis sonat hinc & hinc fritillis:
Et ludit rota nequiore talo
Nostris otia commoda camænis:
Nec torua lege fronte: sed remissa
Lasciuis madidos iocis libellos.
Sic forsan tener ausus est catullus
Magno mittere passerem maroni.

De nuptiis pudentis & claudiæ.

Claudia ruffe meo nupsit peregrina pudenti
Macte esto tedis o hymenæe tuis.
Tam bene rara suo miscētur cinnama nardo:
Massica theseis tam bene uina fauis.

Melius:aptius. Vlmi:dicuntur mariti uitium. Lothos:arbor præcipua libyæ: cuius floris ſuauitate homines rerum omnium obliuiſci dicuntur:unde lothopagi populi:qui ea præſertim abundant:ut Homerus Strabo Plinius ſcribunt. Myrtus:ad littora creſcit non magis ob aquam q̃ propter calorem:quoniam agri littorales cæteris regionibus ſunt calidiores. Candida concordia:cui deæ Veſpaſianus templum erexit:candida ſine perturbatione. Aequa tam pari iugo.i.uiciſſim ament & pari ardore.

Nec melius teneris iunguntur uitibus ulmi:
Nec plus lothos aquas:littora myrtus amat.
Candida perpetuo reſide concordia lecto:
Tamque pari ſemper ſit uenus æqua iugo.
Diligat ipſa ſenem quondam:ſed & ipſa marito:
Tunc quoque cum fuerit non uideatur anus.

Ad Cecilianum. 15

Mille tibi nummos heſterna nocte roganti:
In ſex aut ſeptem ceciliane dies.
Non habeo dixi:ſed tu cauſatus amici
Aduentum:lancem paucaque uaſa rogas.
Stultus es:an ſtultum me credis amice?negaui:
Mille tibi nummos:milia quinque dabo.

In Gallum. 16

Priuignum non eſſe tuæ te galle nouercæ:
Rumor erat.coniunx dum fuit illa patris.
Non tamen hoc poterat uiuo genitore probari:
Iam nuſque pater eſt:galle nouerca domi eſt.
Magnus ab infernis reuocetur tullius umbris.
Et te defendat regulus ipſe licet.
Non potes abſolui:nam quæ non deſinit eſſe:
Poſt patrem:nunquam galle nouerca fuit.

Ad Paulum. 17

Facere in lyciſcam paule me iubes uerſus:
Quibus illa lectis rubeat & ſit irata:
O paule malus es:irrumare uis ſolus.

De Puero clacie occiſo. 18

Qua uicina pluit uipſanis porta columnis:
Et madet aſſiduo lubricus imbre lapis:
In iugulum pueri:qui roſcida templa ſubibat:
Decidit hiberno prægrauis unda gelu.
Cumque peregiſſet miſeri crudelia fata:

Ille:Cecilianus petierat mutuo a Martiale mille nummos.Martialis negauerat:Rurſus petiit uaſa ſex milium. Cauſatus:cãm afferens. Quinque milia.i.uaſa quinque milium quæ pluris ſunt.

Riuignũ:Gallus habebat rem cũ nouerca uiuo patre:quod & ſi poterat diſſimulare:q̃ diu uixit pater:tamen nunc patefecit:nã patre mortuo eam tenebat domi præter morem:quoniã poſteaq̃ erat priuignus gallus debuit diſcedere:ſed tunc cum uelit domi manere tãquã nouerca & uxor patris apte dinoſcitur eã nũquam fuiſſe nouercã. Rumor erat.i.aiebat eẽ priuignũ:uiuo genitore:quia ipſa erat coniunx. Nuſq̃:quia mortuus ẽ. Abſolui hoc iudicio:nã Cicero in cauſis ita floruit:ut appellatus fuerit rex iudiciorum auctor.Quintilia.hic Regulus cauſidicus fuit:De quo Pli.auctor. Deſinit eſſe:quæ adhuc nouerca:quia habebas rem ſemper cum illa.

Acere:In Lyciſcã meretricẽ fellatricẽ:eiuſdẽ meretricis nomen apđ iuuenalẽ:Nomẽ mẽtita Lyciſcæ:& ſimul ĩ Paulũ irrumatorẽ. Rubeat ira excãdeſcat & irata ſit mihi. Irrumare uis ſolus:& ita oſtẽdit alterã eẽ fellatricẽ & alterũ irrumatorem.

Va:De morte pueri iugulati ſtillicidio cõgelato conquerit poeta ꝙ & aq̃ ueluti & enſis iugulare didicerit. Vnda congelata.i.ſtiria. Subibat:igrediebaẗ. Colũnis:uipſãis:a uipſão conſule. Lapis lubricus:fluẽs.

Mucro:glacies tanq̄ mucro. Tabuit:concaluit in sanguine uulneris calidi.

Anc:Endromides erant uestes hirsutæ & longiore pilo:quibus utebantur in gymnasio & theatro ad munera harenæ exercenda. Iuuenalis. Endromidas tyrias & fœmineū ceroma Quis nescit? Iam mittebanẗ ex Gallia industria textorū qui illic præstantissimi habebanẗ seruato tamen pristino noīe: nā endromides dicebanẗ græca appellatione q̄uis Gallia eas mitteret. Martialis: Endromidē mittit: non expresso noīe ad quem quāuis nonnulli putent eē Sequanicū quod potius ē apellatiuum & iungitur cū textricis. Sequanicæ: id est gallicanæ. Barbara: ueniens ex Gallia. Gelido: decembri nam usus huius uestis erat hyemali tēpore in gymnasio. Ceroma: unguētū erat: ut supra ex oleo & ceno: quo utebanẗ iuuenes ad robur lacertorū eo se exercētes: nā non satis fuit petere harenā a Nilo in palæstra: unde Patrobo liberto Neronis afferebaẗ: nisi ceromata excogitassent qbus ut ait Plinius. Iuuētus uires corporis exercendo animi uires pdebat. Iuue. de hoc genere gymnasii ītelligit ut puto cum ait: Cū lassata graui ceciderūt brachia massa: sunt qui locum putent in quē sensum uidetur loqui Pli. Athlætas inqt suos: & ceromata imagibus exornāt: sed supior sentētia placet. Seu teris lētū ceroma. i. seu luctaris: nā inuicē terebāẗ palestritæ luctātes. Trigon: genus pilæ paganicæ: quæ eadē dr̄ pila trigonalis. Harpastū: genus ludi erat ut ait Suidas: sūt q putēt eē genus uehiculi: cuius cursū iuuenes ad exercitationē lacertis reprimebāt: memīt huius gymnasii Pli. ī. vii. & Seneca ī declamatioībus đ harpasto ī distichis: hæc rapit antæi uelox ī puluer̄ draucus. sed puto eē pilā. Follis: gēus pilæ q̄ & iuuenes & senes piter ludebāt. Augustus Cæsar ea maxīe delectabaẗ īfra: Folle decet iuuenes luder̄ folle senes. Plumea: ex plumea farciebaẗ: uel ex pilis. Athas: puer fuit: q uipsano cōsule a meridie ad uesperꝫ. lxxv. milia passuū cucurrit magna oīum admiratione. memīt historiæ Pli. omisso pueri noīe. Athas aūt nomē ueloci cursori conueniēs: nā Athæ dicunẗ qui uix sūmis pedū uestigiis terrā contingunt. Iris: cælū & serenitas. Sīdone cultus: sidones erāt uestes cādidæ ex lino: qbus magi utebātur: & erant subtilissimæ. cū autem comparet sindonem endromidi: aperte discit endromidē quoque ex lino fuisse: sed grossiorem. supra: Quid sindone tinctus olenti.

Icit: Cærelia erat puella & dicebat se uetulam. Gellia erat anus & dicebat se puppam.

Altera: Gellia quæ anus & uolebat uideri puella. Putidi & putiduli dicuntur qui sibi ipsis displicent. hoc Ci. uno loco: displicebā mihi. Alibi dixit: Eram putidulus. Cū aūt quisquam sibi ipsi displicet contrahit frontem & caret omni hilaritate. Propterea ait poeta alteram mulierem cupientem uideri puellam adeo gestire: ut sit ridicula & non puella alteram cupientem uideri anum non uideri solum anum: sed putidulam.

Tabuit in calido uulnere mucro tener.
Quid non sæua sibi uoluit fortuna licere:
Aut ubi mors non est: si iugulatis aquæ.

De Endromyde.

Hanc tibi sequanice pinguem textricis alumnam.
Quæ lacedæmonium barbara nomen habet.
Sordida sed gelido non aspernanda decembri:
Dona peregrinam mittimus endromydem.
Seu lentum ceroma teris tepidum ue trigona:
Siue harpasta manu puluerulenta rapis.
Plumea seu laxi partiris pondera follis:
Siue leuem cursu uincere quæris atham.
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus:
Neue grauis subita te premat iris aqua:
Ridebis uentos hoc munere tectus & imbres:
Nec sic in tyria sindone tutus eris.

De Cærelia & gellia.

Dicit se uetulam: cum sit cærelia puppa:
Puppam se dicit gellia: cum sit anus.
Ferre nec hanc possis: possis coline nec illam:
Altera ridicula est: altera putidula.

Vllos:In Celiū impium qui contemptis diis magna audacia commiſſis ſceleribus di ues euaſerat: Dū hoc negat.i.dum ita ſcelera exercet:ac ſi nulli eſſent dii. Rimos:Cleopatra uxor Martialis:cum primo thalamo fugiſſet in lacus:Martialis eam īſecutus oſculatus eſt reliqua aquis ꝓhibentibus. Placāda:qa nondū māſuefacta. Gēma:qa in gēma roſæ inſpiciunť.Potes etiā intelligere de pictura qua ita Cleopatrā latentē ſub aquis expreſſā fuiſſe dicit:ut ipſe tanq̄ in uerā inſiluerit.

De Celio. 21

Nullos eſſe deos inane cælum
Affirmat celius:probatque quod ſe:
Factum dum negat.hoc uidet beatum.

De Cleopatra uxore. 22

Primos paſſa toros & adhuc placanda marito:
Merſerat in nitidos ſe cleopatra lacus.
Dum fugit amplexus:ſed prodidit unda latenrcm:
Lucebat totis cum tegeretur aquis.
Condita ſic puro numerantur lilia uitro:
Sic prohibet tenues gemma latere roſas.
Inſilui:merſuſque uadis luctantia carpſi.
Baſia:perſpicuæ plus uetuiſtis aquæ.

Ad Thaliam. 23

Dum tu lenta nimis:diuque quæris:
Quis primus tibi:qui ue ſit ſecundus.
Gratum quis ue epigramma comparabit
Palmam callimachus thalia de ſe
Facundo dedit ipſe brutiano
Qui ſi cecropio ſatur lepore
Romanæ ſale luſerit mineruæ:
Illi me facias precor ſecundum.

De Diaulo medico. 24

Nuper erat nunc eſt ueſpillo diaulus:
Quod ueſpillo facit:fecerat & medicus.

De Littoribus altini. 25

Aemula baianis altini littora uillis:
Et phætonthei conſcia ſilua rogi.
Quæque antenoreo dryadum pulcherrima fauno:
Nupſit ad euganeos ſola puella lacus.
Et tu lædeo felix aquileia timauo:

Vm:Luſtricus Brutianus græce eruditus iam cū Callimacho elegiarū ſcriptore editis uerſibus græcis certabat. Increpat muſam Mart. ꝙ dum ceſſat iā Luſtricus Brutianus græco carmīe ſuperarit Callimachū:hortatur que ut exeat:& cū Brutianus latine ſcribere cœpit:ipſum faciat illi ſecundū laude poematis. Dedit palmā de ſe.i.ceſſit Brutiano.Brutiāi memīt Pli.ī epiſtolis. Leporē cecropio ſatur uerſu græco. Luſerit ſales:id ē iocos latinos. Emula:Laudat loca quædā uenetiæ:ubi ſe domiciliū fixurū ſenectuti ait:ſi quādo poterit uindicare ſe in libertatē. Altinū:oppidū uenetiæ Phaethontei:ad padū. Euganeos lacus:amœnitatē ſiluæ laudat ī qua dicit ueriſimile fuiſſe dyradē quæ nunq̄ nuberē ſolet ductā fuiſſe ī uxorē a Fauno deo ſiluarū:ꝙ cum ait præcipuā loci amœnitatē oſtēdit. Antenoreo:in ſilua patauīa. Ad lacus:nā xxiii.lacus illic olī recēſebāť. Aquileia:urbs extra uenetiā. Lædæo timauo ꝙ ait cillaꝝ illic bibiſſe extra hiſtoriā ē:nā Cillarus relictus ē in laconia a Caſtore quādo nauigauit cū argonautis.Papini.ī The. tua furto ꝓlapſa propago Cillare:cū ſcythici diuerſus ad hoſtia ponti caſtor amiclæas remo mutauit habenas.ſed curſum argonautaꝝ oſtēdit:cū qbus erat Caſtor:nā argonautæ duxerūt naué p ſaū:hiſtꝝ:nauportū:& ignoto quodā amne ī adriaticū iuxta tergeſte.diligētiores auctores tradiderē hūeris delatā fuiſſe p hæc loca:q̄uis Cornelius nepos ſcribat hiſtrū confluerē ad hoſtiū padi mari īteriecto:ꝙ uerius q̄ flumīs undīs miteſcit.elegāter igiť

cum curſum deſignat cum ait cillaꝝ equū Pollucis qui una cum frē inter argonautas erat illic bibiſſe. Septenas aquas: propter ſeptem hoſtia Timaui.

Vod: In Poſthumum amicū qui factus diues deſeruerat Martialē: & aut nihil aut paꝝ dabar: cū tamen uellet coli aſſidue. Quod non uidi. i. ꝙ non ſalutaui te mane.

Aepe: Ad Cæſarem. Negat: laudandos eſſe libellos. Non ſola uoce: id eſt non ſola uoce laudaſti me: ſed dediſti etiam ius trium natorum: feciſti etiam me tribunum Prætoré. Magis ut doleat. i. quéadmodum legiſti libellos meos illo inuito tanto magis ut inuidus doleret. Ita da tāto magis ut rumpatur.

Hic ubi ſeptenas cyllarus hauſit aquas.
Vos eritis noſtræ portus requieſque ſenectæ:
Si iuris fuerint otia noſtra ſui.

Ad Poſthumum.

Quod te mane domi toto non uidimus anno:
Vis dicam: quantum poſthume perdiderim.
Tricenos puto bis uicenos ter puto nummos:
Ignoſces togulam poſthume pluris emo.

Ad Auguſtum.

Sæpe meos laudare ſoles auguſte libellos:
Inuidus ecce negat. non minus ergo ſoles.
Quid quod honorato non ſola uoce dediſti:
Non alius poterat quæ dare dona mihi.
Ecce iterum nigros contorſit liuidus ungues:
Da cæſar tanto tu magis ut doleat.

Ad Cloen.

Donaſti tenero Cloe luperco
Hyſpanas tyriaſque coccinaſque
Indos ſardonicas ſcythas ſmaragdos:
Et lotam tepido togam galeſo:
Et centum numeros nouæ monetæ:
Et quicquid petit uſque & uſque donas.
Væ glabraria uæ tibi miſſella:
Nudam te ſtatuet tuus lupercus.

Ad Pudentem.

Obſtat care pudens noſtris ſua turba libellis:
Lectoremque frequens laſſat & implet opus.

Onaſti: In Cloem meretricé: quæ donabat ueſtes Luperco nomīe ꝓprio. Luperci auté noīe cōmuni agebāt ludos nudi. Virgi. nudoſque lupercos ad quod alludens monet Martialis ne tantū donet ſuo Luperco: nam ſi perrexeris inquit donare: ludus lupercus te nudā reddet. Tenero iuueni: qui ſubagitat te. Hiſpanas: bæticas quia inde optimæ lanæ afferebantur. Caleſo: canuſinam togam.

Indos ſardonycas: nā ex India mittebantur præcipui. ut Plinius ſcribit.

Smaragdus: in precio olī fuit. Nero pugnas gladiatorum ſmaragdo ſpectare ſolebat. Cum autem duodecim genera ſmaragdi ſint: nobiliſſimi ſūt ſcythici: quia nullis maior ē auſteritas nec minus uitii

Dominos flauios: nam flauii erant nummi a flauiis imperatoribus ſignati: hoc eſt Veſpaſiano Tito & Domitiāo. Glabraria: glabriones dicuntur q ſunt ſine pilis: & glabrarias oues appellat Varro in re agraria carentes lana. Cloe glabraria erat: quia expilata erat. Feſtus idem & Plinius.

Bſtat: Ait poeta ſe quidem cupere ſcribere: quod etiam dixit ſuperius: Edita ne breuibus: ſed nihil aliud offendere gratiam carminum ſuorum: quam copiam: nā quo rarior res eſt: eo ſolet eſſe carior: ſed tamen ſe propterea nolle deſiſtere: cum in hac copia unum poſſit eſſe remedium: ut ſcilicet lector quécunque libellum perlegerit eum ſolum eē putet. ſcribit autē ad Aulū Pudentem amiciſſimum. Turba ſua: multitudo. Noſtris libellis obſtat. i. nocet gratiæ noſtroꝝ carminū. Opus frequés. i. frequétia epigrammata.

Rara iuuant:& exemplo ostendit. Hyemali tempore:& ex ægypto & postea ex agro romano rosæ in urbẽ mittebantur. Erant præterea rosæ quæ dicebantur hybernæ fictæ bracteis:id est foliis auri & argenti. alibi diximus. Sic:raritate. Commendat:gratiorẽ facit. Non semper aperta:id est clausa aliquando. Numeratur:inter poetas. Marsus:Domitius:cuius ille uersus extat in Orbilium sæuum uerberatorem puerorum. De quo etiã Iuuenalis. Si quos orbilius ferula scuticaque cecidit. hic scripsit bellum Herculis in amazones:quod amazonidẽ inscripsit:idem descripsit Homerus ut tradit plutarcus. Sic:hoc pacto.

Rara iuuant:primis sic maior gratia pomis:
Hybernæ pretium sic meruere rosæ.
Sic spoliatricem commendat fastus amicam:
Ianua nec iuuenem semper aperta tenet.
Sæpius in libro memoratur persius uno:
Quam leuis in tota marsus amazonide.
Tu quoque de nostris releges quæcunque libellis:
Esse puta solum. sic tibi pluris erit.

Ad Piscatorem.

Baiano procul a lacu monemus:
Piscator fuge:ne nocens recedas.
Sacris piscibus hæ natantur undæ.
Qui norunt dominum manumque lambunt.
Illam:qua nihil est in orbe maius.
Quid quod nomen habent & ad magistri
Vocem quisque sui uenit citatus.
Hoc quondam libys impius profundo:
Dum prædam calamo tremente ducit.
Raptis luminibus repente cæcus.
Captum non potuit uidere piscem.
Et nunc sacrilegos perosus hamos:
Baianos sedet ad lacus rogator.
At tu dum potes innocens recede:
Iactis simplicibus cibis in undas.
Et pisces uenerare dedicatos.

Aiano:Ex historia:nã in piscinis Cæsaris Domitiani auctore Plinio pisces uocati ad nomen uenire solebant:Quo argumento docet idem auctor pisces habere auditũ:sed præcipuum mugilem salpam cromĩ lupum. A lacu baiano:a piscina Cæsaris:quæ erat baiis. Nocens:damnatus. Sacris:quia sunt Domitiani dei. Dominum:Domitianũ Magistri:custodis. Libis impius:quia uiolauit sacros pisces. Calamo:canna hamo. Rogator:mendicus. Ad lacus baianos:iuxta piscinam. Cibis simplicibus:non dolosis sine hamo. Dedicatos:Cæsari Domitião deo dicatos:nam deus diceba tur.

Ad Hippodamum.

Quod cupis in nostris dicique legique libellis:
Et nonnullus honos creditur esse tibi.
Ne ualeam si non res est gratissima nobis:
Et uolo te chartis inseruisse meis.
Sed tu nomen habes auersum fonte sororum:
Impositum mater quod tibi dura dedit.
Quod nec melpomene quod nec polymnia possit:

Vod:Hippodamus rogabat Martialem ut aliquid scriberet & de se:Eum deridet quod habeat nomen rebelle musis & non conueniens carminibus. hisdem ferme uerbis utitur in Carinum:cuius nomen dicit esse musis rebelle. Auersum fronte sororum:a musis. Dura mater:rusticana. Quod nomen nullo genere carminis dici posset.

Pia calliope: an propter filiū Orpheū in quo lugendo pietatis nomen meruit: an quod melioribus numeris præest. prior sententia placet. Belle: concinne uenuste.

T latet: In electro nonnunq̄ uisebantur formicæ: culices: lacertæ: quæ recenti adhærentes ab indurescenti claudebantur: quo argumento nonnulli utuntur ad ostendēdum electrū aliquando fieri liquidū. nunc laudat a Martiale apis inclusa. Gutta phaethontide. i. succino & electro quod nascitur ex lachrymis sororū phaethontis. Nectare suo: melle. Tulit pretium mortis: laborū tantorꝫ in melle faciendo.

Lena: Ad Sosibianū. Sosibianus uolebat uideri poeta multis libris cōpositis: cum nullos ederet dicebat autē se expectare: ut hæredes ederent: ipso mortuo. At īquit poeta postea q̄ libros habes perfectos: tempus est te legi: id est morere ut libri emittātur: & oportebat te iā mortuum esse ut legereris. Argute cū aliud dicere uideatur hoc significat.

Rontibus: Dammæ ī spectaculis Domitiani cum in siluis sint fugaces: inter se concurrentes: ceciderunt: quod ne mirꝫ uideatur Martialis ait factum numine Domitiani cui cū tauri inter se pugnātes & uiri præstent spectacula: Ipse quoque suū præstare uoluerunt: inde ait alio epigrammate: Vis dāmis Cæsar parcere mitte canes: scilicet ut intelligāt tibi non placerē: ut pugnēt quasi diceret in tuam pugnauerunt gratiam. Molles: olim imbelles. Canes: qui erant in theatro. Venator: qui uenerat ī theatrum. Nihil: restare uenabulo in quod sæuiret. Tauri sic pugnant: id est sic ceciderunt in gratiam tuam inter se pugnātes. Sic uiri: & sic ipsæ dammæ uoluerunt.

Entum: Apher ut nihil daret Martiali: quotiens occurrebat ei: numerabat debitores: & futuros reditus. Iam ait non potes euadere quin des aliquid: nam cum non dederis hactenus ob liberalitatem tuam: nunc saltē debes dare in præmium molestiæ qua me afficis quotidie enumerans tuos debitores.

Nec pia cum phœbo dicere calliope.
Ergo aliquod gratum musis tibi nomen adopta:
Non semper belle dicitur hippodamus.

De Ape electro inclusa. 32

Et latet & lucet phæthontide condita gutta:
Vt uideatur apis nectare clausa suo.
Dignum tantorum precium tulit illa laborum:
Credibile est ipsam sic uoluisse mori.

Ad Sosibianum. 33

Plena laboratis habeas cum scrinia libris:
Emittis quare Sosibiane nihil.
Edent hæredes inquis mea carmina. quando?
Tempus erat iam te sosibiane legi.

Ad Attalum. 34

Sordida cum tibi sit: uerum tamen attale dicit:
Quisquis te niueam dicit habere togam.

De Pugna dammarum. 35

Frontibus aduersis molles concurrere dammas:
Vidimus & fato sorte iacere pari.
Spectauere canes prædam stupuitque superbus:
Venator cultro nil superesse suo.
Vnde leues animi tanto caluere furore?
Sic pugnant tauri: sic cecidere uiri.

Ad Olum. 36

Cana est barba tibi. nigra est coma: tingere barbam
Non potes: hæc causa est: sed potes ole comam.

Ad Afrum. 37

Centum coranus & ducenta mancinus:
Trecenta debet titus: hoc bis albinus.
Decies sabellus: alterumque seranus.

Solidum:id est integre. Ter ducena ;lx.'n umeres aliquid:id est des & soluas.'

Rgenti:Carinus multa pocula habebat & uarie sculpta hisque gloriabatur. Argẽtum purum dicitur argentum illaboratum & argentũ purũ quod ad 'nullos spurcos usus adhibetur:ut Pompeius scribit. Carinus erat cunnilingus cũ ergo potaret his poculis non poterãt uideri pura.quia os fetidũ erat:sed iocãs Martialis ambiguitate uerbi : ait eũ non habere argentum purum:quũ Carinus intelligat.i.illaboratum:Martialis fallit & intelligit eum non habere ea pocula pura:quia cũ sit cunnilingus : non possit nisi spurce illis uti. Graniana : pocula ab auctoribus & magistris officinarum nomina sumebant.inde alia clodiana : alia firmana:alia graniana a granio sculptore. Linunt auro: hoc ẽ illud genus poculorum ꝗ quo Plinius iam figuras in poculis circunlini auro quærimus. Aurum:calaicũ subtile erat: huic usui accommodatũ. Anaglypta: pocula excisa in asperitatem dicũtur nam anaglypho significat sculpo. Purum :quia nullum purum haber potes : cum sis cunnilingus: nam omĩa spurca reddis ore:& usu.Fuisse Carinũ cunnilingum ante indicauit eo uersu:Cunnum lingit Carinus :& tamen pallet.

Ex insulis fundisque tricies solidum.
Ex pecore redeunt ter ducenta parmensi:
Totis diebus afer hoc mihi narras.
Et teneo melius ista quam meum nomen.
Numeres oportet aliquid: ut pati possim.
Quottidianam refice nauseam nummis.
Audire gratis afer ista non possum.

Ad Gallam.

Galla nega satiatur amor: nisi gaudia torquent:
Sed noli nimium galla negare diu.

Ad Carinum.

Argenti genus omne comparasti:
Et solus ueteres myronis artes:
Solus praxitelis manus: scopæque.'
Solus phidiaci toreuma cæli:
Solus mentoreos habes labores.
Nec desunt tibi uera glautiana:
Nec quæ callaico linuntur auro.
Nec mensis anaglypta de paternis.'
Argentum tamen inter omne miror:
Quare non habes Carine purum.

Ad Posthumum.

Atria pisonum stabant cum stemmate toto:
Et docti scenicæ ter numeranda domus.
Prætulimus tantis solum te posthume regnis:
Pauper eras & eques: sed mihi consul eras.
Tecum ter denas numeraui posthume brumas:
Communis nobis lectus & unus erat.
Iam donare potes : iam perdere plenus honorum:
Largus opum. expecto posthume quid facias.

Tria:Posthumus uetus Martialis amicus nam una uixerant triginta annis:nũc factus diues: nihil dabat.Conqueritur poeta quod exacta iã ætate alium dominum quærere non possit :& Posthumus nihil mittat. Toto stemate:cũ omnibus imaginibus quæ in atriis seruabantur. Ter numeranda. hoc propter duos Senecas dicit:& unum Lucanũ : nã tres ex ea domo docti fuerunt. Ter numeranda:id est trium uirorum laude illustrata. Alibi:Duos Senecas unicunque Lucanum facunda loquitur corduba. Regnis domini : nam poeta regem dominum sæpenumero appellat. Consul :non aliter te colebam:quam fuisses consul. Ter denas brumas.i.xxx.annos. Perdere:adimere aliqd tibi. Largus opum: afflués opibus.

Imposuit mihi:id est decepit me quia non dat & ita decepit cum sperauerim daturum. sed poeta fallit & intelligit q̃ Posthumus factus erat diues cum nunquam esse deberet ita decepit me:uel imposuit tibi fortuna quod eum diuitem fecisti & diuitiis non bene utit. huiusmodi hominē fallacē & decepisse deos:uel fortunā dicuntur.alibi in ius: O fallax atque inficiator eamus:cum de homine diuite & auare uiuente loqueretur.

Vid: Sensus acutus est:& apertus in malum recitatorē & raucum. Auribus nostris: ne audiant te male recitantē. Vellera: ꝑ uellera intelligit focale: nā recitaturi ne clamore obstrepentiū terrerent adhibebāt auribus genus ligamīs qđ focale appellarunt. Fabius: Quinti. Focalia & ligamina auriū sola excusare potest ualitudo. hæc ait cū đ recitaturis scriberet. hoc uerbo usus ē Oratius in sermonibus:& poeta in distichis: Si recitaturus dedero tibi forte libellum. Hoc focale tuas afferat auriculas. Nostris auribus: ne quid de te audiamus. Focale a faucibus: quibus hæret dicitur.

I quis: Ad Flaccū de electione pueri: quē uelit in oris niliacis ægypti. Nequicias: blādicias. lasciuiores. Molles comæ.i.demissæ. Tortas: Crispas. Aemula: certantia. Pæstū: oppidū in Lucania ubi rosæ bis in anno ꝓueniebant. Cæteris sit uir.i.cæteris neget. Mihi uni puer.i.det mihi. Amazonicus: puer Flacci talis erat: fictū nomē uel ꝓpter Hippolitū filiū Amazonis pulcherrimū uel ab αμα.i.simul: & ζέω.i.uiuo.i.puer uitæ comes.

Nil facis. & serum est alium mihi quærere regem:
Hoc fortuna placet: posthumus imposuit.

In Male recitantem. 41

Quid recitaturus circundas uellera collo:
Conueniunt nostris auribus illa magis:

Ad Flaccum. 42

Si quis forte mihi posset præstare roganti,
Audi: quem puerum flacce locare uelim:
Niliacis primum puer hic nascatur in oris.
Nequitiam tellus scit dare nulla magis.
Sit niue candidior: nanque in mareotide fusca:
Pulchrior est quanto rarior iste color.
Lumina syderibus certent: mollesque flagellent:
Colla comæ: tortas non amo flacce comas.
Frons breuis: atque modus breuiter sit naribus ūcis:
P estanis rubeant æmula labra rosis.
Sæpe & nolentem cogat: nolitque uolentem:
Liberior domino sæpe sit ille suo.
Et timeat pueros. excludat sæpe puellas:
Vir reliquis: uni sit puer ille mihi.
Iam scio nec fallis: nam me quoque iudice uerum ē:
Talis erat dices noster amazonicus.

In Coracinum. 43

Non dixi Coracine te cinædum.
Non sum tam temerarius: nec audax:
Nec mendacia qui loquar libenter.
Si dixi coracine te cynædum.
Iratam mihi pontiæ latronam:
Iratum calicem mihi metelli.

On dixi: locat in Coracinū: quē cū mollē ille dixisset iratus ē: quasi eū appellasset cinædū: iurat Mart. se eū nō appellasse cinædū: sed dixisse id qđ parum est & quod ipse non negabit: hoc est cūnilingum. Pontiæ lagœnam: Pontia uenefica erat. Infra de dapibus ab ea missis: Has ego non mittam Pontia: sed nec edam. lagœna nonnunquā ueneficio ministerium præstabat. Infra de eo qui necauerat uxorem ueneno: Diceris hac cælebs factus tamen esse lagœna. Iuro per lagenam Pontiæ: id est per Pontiam ueneficam: Nam per res contrarias solemus aliquando iurare. Iuro per calicem Metylli: idem iusiurandum: ut de Pontia: nam Metyllus ueneficus.

Syrios tumores:ĩ ſyria auctore Luciano colebatur dea:cuius ſacerdotes in ſacrificiis iter ſe digladiabantur:quẽadmodũ coribantes in ſacris magnæ deæ. Ipſe ſentit fuiſſe Iunonẽ quæ ita illic colebatur:extat eius oratio:quæ inſcribit de dea ſyria. Dea item ſyria Romæ colebatur:ut meminit Tranquillus in Nerone. uel per ſyrios tumores.i.per ſacra Iſidis ſyriæ:quæ Romæ colebatur:nam per hæc duo numina grauiſſime iurabant per Cybelem & Iſidem. alibi:non per myſtica ſacra dindimenes:Nec p niliacæ bouẽ iuuencæ.i.Iſidis:ubi ita coniunxit Cybelem & Iſidẽ ut hoc loco. Tumores dixit:quoniam epitheton ſyrorũ. alibi ſyros tumentes appellauit:& alibi Agrippæ tumidus negociator iuratur. Itẽ per Iſidẽ apud Iuuenalem nã ſiſtro ferire putabatur. hæc unica ſententia mihi placet:ĩ qua ſcio multos deliraſſe Furores berecinthios.i. cybeleios:nã in ſacris deæ ſacerdotes furebant.

Iuro per ſyrios tibi tumores.
Iuro per berecinthios furores:
Quod dixi tamen hoc leue & puſillum eſt.
Quod notum eſt. quod & ipſe non negabis.
Dixi te coracine cunnilingum.

De Veſbio monte. 44

Hic eſt pampineis uiridis modo ueſbius umbris:
  Preſſerat hic madidos nobilis una lacus.
Hæc iuga quam nyſæ colles plus baccus amauit:
  Hoc nuper ſatyri monte dedere choros.
Hæc ueneris ſedes lacedæmone gratior illi:
  Hic locus herculeo nomine clarus erat.
Cuncta iacent flammis: & triſti merſa fauilla:
  Nec ſuperi uellent hoc licuiſſe ſibi.

Ad Phœbum. 45

Hæc tibi pro nato plena dat lætus acerra:
  Phœbe palatinus munera parthenius.
Vt qui prima nouo ſignat quinquẽnia luſtro:
  Impleat innumeras burrus olympiadas.
Fac rata uota patris: ſic te tua diligat uxor:
  Gaudeat & certa uirginitate ſoror.
Perpetuo ſic flore mices: ſic denique non ſint:
  Tam longæ bromio quam tibi phœbe comæ:

Ic ẽ:Puto hoc epigrãma factũ in gratiã Titi Veſpaſiani:nam auctor Trãquillo ĩperante Tito ĩter triſtia quæ acciderunt hæc ſunt conflagratio ueſuii montis in Cãpania:& incendiũ in urbe triduo:& totidẽ noctibus. Marti. igiť deplorat conflagrationẽ montis: ut ſeruiat ĩperatoris affectui. Veſeuius mons ĩ cãpania emittebat incendia ſuperioribus temporibus:ut Strabo ſcribit.& qd mirum uideať:erat uitibus conſitus:poeta appellauit ueſuiũ a cõflagratione:nã ueſuia dicũť fauillæ. Silius:Sic ubi ui cæca tandẽ deuictus ad aſtra euomuit paſtus p ſæcula ueſuius ignes. Lacus:torcularia. Satyri:comites Bacchi. Sedes Veneris:quia illic templum Veneris:& templum Herculis erat:qui interfecerat gigantes. Cuncta:omnium ornamenta huius montis. Merſa triſti fauilla:nã fauillæ poſt incendiũ diu fuerant.

Aec tibi:Parthenius cubicularius Domitiãi filiũ hẽbat Burrũ:cuius natalẽ celebrat q̃tũ iã annũ nati. Mart. adhibet preces hoc epigrãmate ĩ grãm Parthenii. Alibi poeta cũ rogat Partheniũ:ſic Burrus cito ſentiat parẽtẽ. Palatinus:præfectus cubiculo Domitiani Acerra:uaſe turis. acerra uas erat ubi ponebať tus:& ubi reponebãť reliq̃æ ſacrorꝝ. Nouo luſtro.i.prĩo. Signat:nũerabãť ſæcula apđ romãos a conſulibus:ut Marcello conſule. apđ græcos ab olympicis ludis:q qnto quoque ãno celebrabãť ut dicerẽt prĩa olympiade:ſecũda olympiade. latini dixerũt luſtrꝝ. poeta in gratiã Parthenii q̃ſi optet longiorẽ uitã puero incipit numerare annos non a conſulibus q ſingulis annis creabanť:ſed ab olympiade:q nunc puer abſoluebat quintum annum:& amplius ẽ ſpacium olympiadis q̃ conſulis. Ratum:uocabulum ſacerdotale ẽ in ſacris:nam rata dicebantur quæ dii probabant. Vxor Daphne:ita codex antiquus habet. Soror:diana. Certa uirginitate:flore iuuentutis.i. ſic ſemp ſis iuuenis. Bromio:Baccho:nam certabant pulchritudine comarum.

De Sabello.

Saturnalia diuitem ſabellum:
Fecerunt. merito tumet ſabellus.
Nec quenquam putat eſſe prædicatque:
Inter cauſidicos beatiorem.
Hos faſtus animoſque dat ſabello:
Farris ſemodius fabæque freſſæ.
Et thuris piperiſque tres ſelibræ.
Et lucanica uentre cum faliſco.
Et nigri ſyra defruti lagœna:
Et ficus libycæ gelata teſta.
Cum bulbis cocleiſque caſeoque:
Piceno quoque uenit a cliente.
Parce ciſtula non capax oliuæ.
Et craſſo figuli polita ceno.
Septennaria ſinthesis ſagunti.
Hiſpanæ luteum rotæ toreuma.
Et lato uariata mappa clauo.
Saturnalia fructuoſiora:
Annis non habuit decem ſabellus.

Aturnalia: Sabellū deridet & reliquos patronos quoꝝ merces exigua erat Romæ: niſi diuites eént. ná plebs fulgoré diuitiarū in patrono ſequebat̃ potius q̄ doctriná. Iuue. idé: Quod uocis preciū: ſiccus petaſſunculus & uas: Pelamidū: aut ueteres afrorū epimenida bulbi aut uini tyberi deuecti qnque lagœnæ. Saturnalia. i. dona miſſa ĩ ſaturnalibus. ab amicis & clientibus munera mittebant̃. Beatioré: ditioré. Semodius: dimidius modius. Tres ſelibræ: una cū dimidia libra. Lucanica: dr̃ quia ĩ Lucania primū inuenta a militibus. Varro. Vẽter faliſcus: qa in faliſcis inuentus ut Varro. Syra lagœna defruti: duo genera erát uini cocti: quoniá muſtū coquebat̃ ad tertiá ptẽ dicebat̃ epſema: a latinis ſappa: alio uerbo ſyreum: Quádo excoquebat̃ ad dimidiá ptẽ dicebat̃ defrutū. Marti. utriuſque fecit mentioné cū ait Lagœna ſyra: & ſyrei: & d̄fruti hoc magis placet q̄ ſi dicas lagœná ſyrá. i. uitri: qđ in ſyria ſit inuentū. Ficus libycæ: antiq excogitarunt puas arbores poſt autũnū fimo contegeř una cū ficis quæ ĩ eis deprehenſæ hyeme non potuerát puenire ad maturitaté eas d̄tectas miteſcẽte cælo remittebát in lucé & ſolé: ita ficus matureſcebat ante alias illius anni: & hæ appellabant̃ ficus hybernæ ipſo ẽt tactu frigidiſſimæ. Pli. auctor ẽ ppterea appellauit poeta teſtá gelatá. Cato primus appellauit hác ficū africaná: unde ait Mart: ficus libycæ. non. n. alia ficus potuiſſet mitti in ſaturnalibus cum nulla matureſceret. de coctano ficu nõ poteſt hoc loco ĩtelligi. Bulbi: hi bulbi dicebant̃ epimenida. ut Iuue. Et ueteres afroꝝ epimenida bulbi. Piceno: cado: e piceno olĩ optimæ oliuæ mittebantur ſecūdis menſis: auctor Pli. Syntheſis: ueſtis erat ſaturnalitia: & ſyntheſis uas dicebat̃ uilioris materiei: q multa ĩterpellarét: quéadmodū dicius uas & materiá uenatá: qa uenæ ĩtercedát & ĩterpellét. Syntheſis aūt dicta: qa non pura ſit materia ſed cõpoſita & ĩmixta: quéadmodū pura uaſa criſtallĩa dixeř contrario uerbo aſyntheta. Pli. auctor ẽ. Saguntus: terrá hẽbat aptá uaſis ut ſamos. Septenaria: capax ſeptūcis. Rotæ hiſpanæ. i. rotæ ſagūtinæ. Mappa. i. gauſape. Gauſape aūt utebát̃ milites ĩ lectis: poſtea ueſtes toga: lati claui cepit texi ĩ modū gauſape. Inde ĩ diſtichis ẽ penula gauſapĩa: unde fit ut ĩtelligá hoc loco genus ueſtis potius q̄ figurá lati claui in capite mantilis.

De Phæthonte.

Encauſtus phæthon tabula tibi pictus in hac eſt:
Quid tibi uis dipyron qui phæthonta facis?

Ncauſtus: Encauſtice ẽ genus picturæ qđ adiumẽto ignis fiebat ut ĩ cæra & ĩ ebore: unde nomé accepit: ná encauſtice ſignificat iuſtricẽ: qa cõburit. Phaethon hoc geneř picturæ nūc erat ĩ tabella: ait poeta pictoré inique facere: q cū ſemel fuerit cõbuſtus Phaethon iterū eū comburat. Encauſtice. i. ignitis inſtr̃is eū pingẽdo. Dipyron bis combuſtū & dipirume præterea erat inſtr̃m quo pictores utebát̃: ut ſcrib. Pli. Encauſtus: encauſtice pictus.

Eſcis: Flaccus appellabat carmĩa Mart. luſus & iocos: ait ſe ſcribere mores hominum: ic circo non poſſit appellari iocus. Ludit: fabuloſe ſcribit. Sæui thereos. i. q ſcribit tragœdiã de Thereo. Veſſica: tumor qa tantũ in uita quotidiana uerſant. Sirma: erat genus ueſtis quæ ĩ grauioribus poematis recitãdis trahebat ab hiſtrionibus. Sirma præterea locus: qui Pauſania auctore Sirma antigone dicebat. Iuuenalis. Sirma uel antigones. Legunt iſta: quoniã ad uitam quotidianã pertinent.

In Papilium. 48

Præcidi gaudes: præciſus papile ploras.
Cur quæ uis fieri papile: facta doles?
Pœnitet obſcenæ pruriginis? an magis illud
Fles: quod præcidi papile deſieris.

Ad Flaccum. 49

Neſcis: crede mihi: quid ſint epigrammáta flacce:
Qui tantum luſus illa: iocoſque putas.
Ille magis ludit qui ſcribit prandia ſæui:
Thereos. aut cœnam crude thyeſte tuam.
Aut puero liquidas aptantem dædalon alas:
Paſcentem ſiculas aut polyphemon oues.
A noſtris procul eſt omnis ueſica libellis:
Muſa nec inſano ſyrmate noſtra tumet.
Illa tamen laudant omnes: mirantur: adorant:
Confiteor: laudant illa: ſed iſta legunt.

Ad Thaidem. 50

Quid me thai ſenem ſubinde dicis?
Nemo eſt thai ſenex ad irrumandum.

In Cecilianum. 51

Cum tibi non eſſent ſexmilia ceciliane?
Ingenti late uectus es hexaphoro.
Poſtquam bis decies tribuit dea cæca: ſinumque:
Ruperunt nummi: factus es ecce pedes.
Quid tibi pro meritis & tantis laudibus optem:
Dii reddant ſellam ceciliane tibi.

In Edilum. 52

Geſtari iunctis niſi deſinis ædile capris:
Qui modo ficus eras: iam caprificus eris.

Vid: Thais fellabat: & appellabat eũ ſenẽ: q̃ſi uellet inuer̃ eũ non poſſe futuer̃: iqt Mart. nemo ſenex ad irrumãdũ: iccirco potero præſtar̃ ꝙ uis hoc ẽ potero te fellatricẽ irrũare: nã q non arrigũt irrũare poſſũt. alibi ĩ non arrigentẽ: Summa pete. i. os.

Vm tibi: Ceciliãus cũ paup eẽt ſplẽdide uiuebat: adeo ut ẽt hexaphoro nõnũq̃ ueheret: factus diues ĩ tantã auaritiã redactus ẽ: ut hexaphoro ãplius nõ ueheret: ſed iret pedes. Mart. hoc cauillando deridet: & optat: ut ꝑ tãta laude fragilitatis dii reddãt hexaphoꝝ Ceciliano. hoc ẽ in priſtinã pauptatẽ relabat: cũ ueheret hexaphoro. Ingẽti hexaphoro i. ſexta ceruice ut ait Iuue: hexaphorũ uehiculũ: qđ portabat ſex ſeruis meritis & laudibus: ironice cauillat ĩ eũ ac ſi id faceret ĩ laudẽ fragilitatis. Sellã. i. hexaphoꝝ. i. priſtinã conditionem cũ hexaphoro geſtaretur.

Eſtari: Edilus turpi quæſtu lucrabat: nã fuerat cinædus ut ſupra: cum dicis ꝑpero fac ſi facis: adeo ut nũc geſtaret lectica ſeruos appellabat mutatis nomĩbus capros: Mart. mor̃ ſuo ĩ noĩum mutationẽ iocat ut ſupra: Si tibi miſtyllus coquus æmiliãe uocat: ſimul morbum edili notat ꝙ ex nimio pruritu factus erat ficoſus: ait ergo in edilũ niſi deſiſtat ſeruos appellar̃ capros for̃ ut cũ ipſe ficus ſit ob morbũ paulo poſt ſit caprificus cõpoſito noĩe a capris & ficu. uel ita ĩtellige capræ meretrices dicũt a fœtore. Orati: Sed nimis arcta premũt olidæ conuiuia capræ: gẽus erat concubitus quo tres una ſerie catenati coibãt: qđ alibi Mar. notauit Quo ſymplegmate. &. c. edilus eodẽ utebat: in quo iocatur poeta: ꝙ quũ Edilus paulo ante cinædus ficoſus: nunc capraꝝ id eſt meretricum concubitu utatur: iã caprificus compoſito noĩe poſſit appellari notans & priſtinã libidinem edili: & nouam coitus muliebris affectionem. hanc puto conuenire.

Vnc:In eũ qui ſordibus tantũ & nulla alia uirtute uolebat uideri philoſophus. Cynicus:ait eum non eſſe cynicum ſed canẽ:hoc eſt animal brutum cũ nihil habeat præter ſordem.dixit aũt eum canẽ ut in ratione nomĩs perſtaret:nam philoſophi cynici a κυνος quod canem ſignificat dicti ſunt:nam canino ritu contempta hominũ opinione ſola naturæ neceſſitate contenti uidebanť ſordidi.hi tamen ſuã ſectam & doctrinã profitebãtur.hunc ergo canẽ appellat:quoniam nihil cynicũ habet præter habitũ:quo etiã cynicos ipſos ſuperat: ad eo ut canis uideať. Idem eſt quod dixit in philoſopho: Palliũ uideo:philoſophũ nõ uideo:& Auguſtus cynicũ obloquentẽ canẽ appellauit. Pallados:cultæ a domitiano noſtro.q.d. ſectatur mẽſas & cibos ut canis.

Tẽpli uoui: nup erecti a Domitiano ſub nomĩe flauiæ gentis. Pera:ſaculus & baculus eſt cynicorum. Diogenes auctor huius ſectæ.pera in diſtichis: Ne mendica ferat barbati prãdia nudi:dormiat & tetrico cum cane pera rogat.

Stat:hirta eſt. Cadit.i. dimittiť uſque ad pectus.

Abolla:ueſtis erat tragica & grauiorũ perſonaꝝ: hac purpurea cũ eẽt indutus Ptolomeus:& in theatro cõuertiſſet oculos ſpectatoꝝ in ſe:Neronẽ offẽdit.hic poniť ꝑ ueſte tantũ. Cærea:i ſpeciẽ cæræ uel flaua ut mel flauũ dicimus. Vxor grabbati:q̃ utitur pro lodice nulla alia re tectus niſi ea ueſte.

Latratos: latratu mẽdicatos ab eo more canis.

Ad Coſmum.

Hunc quem ſæpe uides inter penetralia noſtræ:
Pallados & templi limina coſme noui.
Cum baculo peraque ſenem:cui cana putriſque:
Stat coma:& in pectus ſordida barba cadit.
Cærea quem nudi tegit uxor abolla grabatti:
Cui dat latratos obuia turba cibos.
Eſſe putas cynicum deceptus imagine falſa:
Non eſt hic cynicus coſme.quid ergo? canis.

Ad Colinum.

O cui tarpeias licuit contingere quercus:
Et meritas prima cingere fronde comas.
Si ſapis:utaris totis coline diebus:
Extremumque tibi ſemper adeſſe putes.
Lanificas nulli tres exorare puellas
Contingit.obſeruant quem ſtatuere diem.
Diuitior criſpo:traſea conſtantior ipſo:
Lautior & nitido ſis meliore licet.
Nil adicit penſo lacheſis:fuſoſque ſororum:
Explicat.& ſemper de tribus una necat.

Non eſt cynicus.i.non habet philoſophiã cynicã:ſed eſt canis.i.brutum animal.

Cui tarpeias:Ad Colinũ donatũ in quĩquatriis Mineruæ corona querna ab ĩperatore. hunc cytharœdũ fuiſſe coniitio:nã cytharœdi uictores corona querna ab ĩperatore donabanť.alibi poeta de ĩperatore:Perque manus tãtas pluría quercus eat.In quĩquatriis.n. coronæ premiũ dabať.Iuue.Cũ farre & uino ueſtã ianũque rogabat an capitolinã deberet pollio quercũ ſperare:& fidibus ꝓmittere.hũc hortať Mart.ad uerã uitã omiſſo ſplendoris palatini ãbitu:cũ ei oĩno ſit moriendũ. Tarpeias quercus.i.q potuiſti aſſeq quercũ palatinã. Prima frons:uel pría frons dicať quercus:qa ſit dicata Ioui:uel pría data ab ĩperatore. Vtaris totis diebus.i.totos dies conſume ĩ uera uita. Puta ſemp adeſſe extremũ diẽ i.ſemp puta te morituꝝ.alibi:Ipſe iubet mortis te meminiſſe deus. Nulli contigit.i.nullus unq̃ potuit. Exorare:placare. Tres puellas:Clothon:Lacheſin:& Atropon. Lanificas: lanificio diſpẽſãtes uitã humanã. Obſeruãt:non prætereũt. Criſpo:ſunt q intelligãt de Criſpo paſſieno uitrico Neroĩs q ditiſſimus fuit adeo ut eius hæreditate auctore Trãquillo Nero ſit ditatus.potes & ĩtelligeř de uibio Criſpo:đ quo hæc Tacitus:Vibius criſpus potentia diuitiis ĩgenio inter claros magis q̃ ĩter bonos. Thraſea: de Peto thraſea ſupra & đ eius ĩ morte conſtãtia. Attedius melior nitidus erat laudatiſſimus:cuius memĩt Papi.ĩ ſiluis. Explicat:euoluit & exciſo filo fuſũ reponit. Negat uitã:ẽt ſi aliæ duæ uellẽt cõcedeř.

Vci: Ad Lucium poetam hispanum: qui numeris cum Oratio contendebat: quem sibi proposuerat superandum. poeta Lucio appellato recenset oppida Hispaniæ patriæ. Graium: graius fluuius Hispaniæ proximus Tidæ. Tide autē a Tideo & Olo condita: q cū græcis illuc profectus est: & nomen dedit flu. ut graius a grais diceretur: sed postea deprauato nomine dictus est granius. Silius: Et quos nunc granius mutato nomine graium: Oeneæ miseræ domus. Arpis disertis: id est Oratio appulo uenusino. Generatus: generatus est illic poeta qui natus est inter urbes græcas. Celebret: palæstras lædæas. i. laconicas: a Læda uxore. Tindari: quæ amyclis habitabat. & hoc ꝓpter Pollucem & in laconica præsertim exercebāt de quo extat elegia Propertii. Lacedæmonos libidinosæ: propter Helenam: quæ inde fuit rapta: uel ꝓpter Venerē: quæ illic colebatur. Grato: erga patriam Bilbilim. Chalybes & norici populi sūt illustres ferri præstātia. Nori iuxta Pannoniam: chalibes in ponto. Sonantē: officinis multis. Salo. fl. cuius aquis ferrum temperatur. Inquieto: sonāte. Tutelam. opp. celtiberiæ. Rixamori: populi celtiberiæ. Carduæ. oppidum. Poteron: locum. Suelos: populos optios ioculatores. Petusiæ: oppidū cum lacu eiusdē nominis. Vatinessa: urbs cum fluuio eiusdem nois. Illicetū sanctū. i. siluam uenerandā: uel certe oppidū si placet: unde portus illecetanus. Buratonis: montis. Bituntum. opp. sterile.

Ad Lucium. 55

Luci gloria temporum tuorum:
Qui gaurum ueterem tagumque nostrum
Arpis cedere non sinis desertis:
Argiuas generatus inter urbes.
Thebas carmine cantet aut mycenas:
Aut claram rhodon. aut libidinosæ
Lædeas lacedæmonis palæstras.
Nos celtis genitos & ex hiberis
Nostræ nomina duriora terræ
Grato non pudeat referre uersu.
Sæuo bilbilin optimam metallo
Quæ uincit calybasque noricosque:
Et ferro plateam suo sonantem:
Quam fluctu tenui: sed inquieto
Armorum salo temperator ambit.
Tutelamque chorosque risamorum
Et conuiuia festa carduarum.
Et textis peterem rosis rubentem.
Atque antiqua patrum theatra ripas,
Et certos iaculo leui sueuos.
Turgentisque lacus petusieque
Et parue uada pura touenisse.
Et sanctum durateonis illicetum:
Per quod uel piger ambulat uiator.
Et quod fortibus excolit iuuencis,
Curuæ manlius arua matinesse.
Hæc tam rustica delicate lector
Rides nomina? rideas licebit.
Hæc tam rustica malo quam britannos.

In gargilianum. 56

Munera quod senibus uiduisque ingentia mittis:

Vnera: In Gargilianū captatorē: q cū tantū senibus & uiduis donaret a qbus speraret hæreditatem: uolebat uideri liberalis. Martialis negat hoc ait que eum esse auarissimū: quoniā plura expectet: q̄ donet. Idem sensus est Isocratis in eos qui aliqd donant regibus: ait enī non donare: sed auarius uēdere q̄ qui se negociatores ꝓfitentur passim mercem uendentes.

Munificum: liberalem. Viduis: & senibus: morituri paulo post. Indulget: dat escã. Callida: plena fraudis. Feras stultas: simplices. Largiri in malam partem accipitur Illi dicuntur largiri qui aliquid donant: ut maiora assequantur: sed proprie qui corrumpunt muneribus: unde largitio: sed donare est hominis liberalis. Dona mihi: nã quod dabis mihi plane donabis: quia nihil possum dare tibi.

Vm nos: Ad Faustinum æstiuantem tyburi ex Bais scribit: unde ait se profecturum cũ Baiæ nõ solũ astro solari caleant: sed etiam aquarũ feruore. Hyemandum ait igitur esse Baiis: æstiuandum Tyburi. Coloni argiui: id est Catilli: qui condidit Tybur. Oratius: Tybur argeo positũ colono. & alibi poeta: Argolicæ quod posuere manus. Feruent: calent: qa sol est in leone. Lasciui: puellis illuc confluẽtibus. Fontibus puniceis: lapidibus ex costis manantibus. Igne suo: feruorẽ suarum aquarum. Vincitis: superatis æstuatione.

Vis te munificum gargiliane uocem.
Sordidius nihil est: nihil est te spurcius uno:
Qui potes insidias dona uocare tuas?
Sic auidis fallax indulget piscibus hamus:
Callida sic stultas decipit esca feras.
Quid sit largiri: quid sit donare docebo:
Si nescis: dona gargiliane mihi.

Ad Faustinum.

Dum nos blanda tenent lasciui stagna lucrini:
Et quæ puniceis fontibus antra calent:
Tu colis argiui regnum faustine coloni:
Quo te bis decimus ducit ab urbe lapis.
Horrida sed feruent nemæi pectora monstri:
Nec satis est baias igne calere suo.
Ergo sacri fontes & littora sacra ualete:
Nympharum pariter nereidumque domus.
Herculeos colles gelida uos uincite bruma:
Nunc tyburtinis cedite frigoribus.

In Gallam.

In tenebris luges amissum galla maritum:
Num plorare pudet te puto galla uirum?

De Vipera electro inclusa.

Flentibus eliadum ramis dum uipera serpit:
Fluxit in obstantem succina gemma feram.
Quæ dum miratur pingui se rore teneri:
Concreto riguit uincta repente gelu.
Ne tibi regali placeas cleopatra sepulchro:
Vipera si tumulo nobiliore iacet.

Lentibus: Electrum eo preciosius erat quo liquidius inclusum aliqđ animal habebat: ut muscam apem culicem: nam illic perpetuo uiuere uidebantur. Nunc laudat guttam succini: qua erat ĩclusa uipera: & laudem sumit ab historia: nã Cleopatra admota aspide: & mammillæ & brachio sibi mortem consciuit: ait ergo poeta Cleopatram se non debere nimium efferre magnificẽtia sepulchri quo una cũ Antonio condita est: inchoato prius ab ipsa postea perfecto iussu Augusti cum uipera: qua extincta est nobiliore tumulo spectetur. Gemma succina: id est gutta electri quæ gemma uidebatur. Obstantem: contra euntem. Ramis heliadum: populorum: in quas uersæ sunt filiæ Helii: id est solis: Nam ελιοσ sol. Flentibus: manantibus. Gelu: gumi electri. Rore pingui: id est gumi uiscoso. Placeas tibi: id est ne nĩmium te efferas.

Rdea. Poeta deflet Curatiũ: q dũ Tyburi æstiuaret & fugiens æstus urbanos mortuus est: ait ergo nusq̃ posse uitari morté & non loca uel differre uel accelerare fatũ: sed ipsã certã rerũ sorté: quã nemo uitare potest. Confundantur ergo loca cũ sit nullũ fati discrimen. Ardea. opp. supra laurentũ distans a mari. lxxx. stad. condita a Danae. Solstitio: æstiuo. Rura pæstana: lucaniæ. Ager: baianus ut supra: Horrida baiani. Sardinia: pestilens insula est quod Florus indicat cũ ait: Furius sardiniã pestilenté sortitus: & Silius: serpentũ tellus pura ac uiduata ueneno: sed tristis cælo & multa uiciata palude. sensus est cũ fati necessitas aduenerit: etiã si i locis amœnis fueris non aliter morieris q̃ si i locis pestilentibus esses. Posuit tybur pro loco salubri sardiniam pro pestilenti.

Onasse: In Mãcinum: qui cũ esset oĩbus molestus: oẽsque eũ odio haberẽt: narrabat quottidie fortunatũ aliqđ sibi accidisse: quasi amicis narraret. at ĩquit Martialis nolĩ o Mancine cruciare sodales q te oderũt uerbis: uel saltem narra qđ uellemus audire: hoc ẽ dic te aliqd potius amisisse q̃ lucratũ eẽ. Lichnici: lapides erãt a lucernaꝝ splẽdorẽ dicti: quẽ præ se ferebãt: contra lychnites dr̃ marmur: qđ lucernaꝝ nomie sub terra fodiebat̃. Varro auctor & Pli. codex antiquus habet Lichnũque teruñctũ. ego aũt legendũ puto punctũ hoc ẽ nitidũ & maxĩe splẽdenté: nã λικνοσ græce: latine dr̃ lucerna: unde & lapsis ipse lichnus dr̃. Lichnus autem siue lucerna quo magis uncta ẽ eo plus flãmæ emittit: Ex ea igit̃ metaphora lichnũ perunctũ id est splendidũ: & flãmas lucernæ perunctæ emittenté in distichis: non norat parcos uncta lucerna patres. Gẽmas: smaragdos: an dicit smaragdos cæruleos: an lapillos rubri maris similes sunt undis & harenis placet đ smaragdis. Pollione: cytarœdo. Cãtãte: nec placet ĩtelligeȓ p Pollioné poetã excellenté q claruit tẽporibus Augusti notus carmĩe uirgilião: Pollio & ipse facit noua carmĩa. nã huius Pollioĩs cytarœdi đ quo hic loqt̃: memĩt Iuue. An capitolinã deberet Pollio quercũ sperare: & fidibus promittere. Pollio ergo hic cytarœdus.

Ybur. Ebur frigidissimo cælo tyburtĩo miro cãdore seruabat̃. auctor ẽ Pli. silius: sẽperque nouũ qđ tyburis aura pascit ebur. deridet Lycoridé quæ cũ non faceret quæstũ in urbe ob deformitaté migrauit tybur ut cãdesceret: eius profectionem deridet cauillando.

De Curitio. 60

Ardea solstitio pestanaque rura petantur:
Quinque cleonæo sydere feruet ager.
Cum tyburtinas damnet curatius auras:
Inter laudatas ad styga missus aquas.
Nullo fata loco possis excludere: cum mors:
Venerit in medio tybure sardinia est.

In Mancinum. 61

Donasse amicum tibi ducenta mancine
Nuper superbo lætus ore iactasti.
Quartus dies est in schola poetarum:
Dum fabulamur: milibus decem dixti
Emptas lacernas munus esse pompillæ
Sardonicas auro lineisque ter cinctum.
Duasque similes fluctibus maris gemmas
Dedisse bassam celiamque iurasti.
Here de theatro pollione cantante
Cum subito abires: dum fugis: loquebaris
Hæreditatis tibi trecenta uenisse.
Et mane centum: & post meridie centum
Quid tibi sodales fecimus mali tantum.
Miserere iam crudelis: & sile tandem.
Aut: si tacere lingua non potest: ista
Aliquando narra: quod mancine uelimus.

De Lycori. 62

Tybur in herculeum migrauit nigra lycoris
Omnia dum fieri candida credit ibi.

Vm: Bauli uicus potius quã oppidum in littore Campaniæ non procul a Baiis. Nero ſimulata reconciliatione cum matre eam reuocauit a baulis baias ad quinquatria ſimul celebranda. Inde eam remiſit data naui ſub ſimili & machinoſa quæ repente corrueret in mediis aquis. illa quidem corruit: ſed mater enatauit ad littus incolumis. Lagerinus ut Tacitus: Lagerinus ut Suetonius nunciauit Neroni incolumem matrem: quo nũcio eſt interfectus ſũmiſſo celeriter percuſſore: qui matrem necaret eo ſpacio maris quod iacet inter baias & baulas.

Iacet nuper cerelia mẽſa: id eſt iuſſæ quondam a Nerone.

De Cærelia.

Dum petit a baulis mater cærelia baias:
Occidit inſani crimine merſa freti.
Gloria quanta perit uobis. hæc monſtra neronis:
Nec quondam iuſſæ præſtiteratis aquæ.

VIIi: Laudat hortos Tulli Martialis: quos anteponit omnibus aliis. Aſtris: cælo. Aeſtimare: proſpicere diligenter. Albanos colles: id eſt algidum: nã algidum mons in albano præcipui nominis. Tuſculos: id ẽ tuſculum. Fidẽnæ ante urbẽ conditam: Fidẽnæ ſtabãt condita una cũ Collacia: Antẽnis: Lauino. Silius ꝓtulit numero ſingulari: Modo Roma minatᷣ quondam fidẽna. Rubræ: oppidum non longe ab urbe Nemus Annæ perennæ nemus aricinũ: ubi Anna ſoror Didonis colebatur: quod Silius docet: & Ouidius in faſtis. Perenna: a perpetuitate dicta: ſub quo nomĩe illic erat ipſa. in faſtis: Amne perenne latens: anna perenna uocor Cruore uirgineo: quoniam cædebantur pueri illic flagellis ex ritu thoanteo: quod placet. uel cruore uirgineo: id eſt ſanguĩe hoſtiarum: quæ mactantur Dianæ uirgini. Salaria: uia ducebat in ſabinos a ſale dicta ut Plinius ſcribit. Patet: cernitur illic Eſſedo tacente: qa non audiebatur currus ſtrepitus. Helcyariorum: trahentium naues funibus: nã Elcyo græce latine traho. Miluius: pons ad quẽ trahebantur naues.

De Hortis Martialis.

Tulli iugera pauca martialis
Hortis heſperidum beatiora.
Longo ianiculi iugo recumbunt.
Lati collibus eminent receſſus:
Et planus modico tumore uertex
Cælo perfruitur ſereniore:
Et curuas nebula tegente ualles
Solus luce nitet peculiari.
Puris leniter admouentur aſtris
Celſæ culmina delicata uillæ.
Hinc ſeptem dominos uidere montes:
Et totam licet extimare romam:
Albanos quoque tuſculoſque colles.
Et quodcunque iacet ſub urbe frigus.
Fidẽnas ueteres breueſque rubras.
Et quod uirgineo cruore gaudet:
Annæ pomiferum nemus perennæ
Illic flammineæ ſalariæque
Geſtator patet eſſedo tacente.
Ne blando rota ſit moleſta ſomno:
Quem nec rumpere nauticum celeuma:
Nec clamor ualet helciariorum.
Cum ſit tam prope miluius ſacrumque:
Lapſæ per tyberim uolent carinæ
Hoc rus ſeu potius domus uocanda eſt.
Commendat dominus. tuam putabis
Tam non inuida: tamquam liberalis
Tam comi patet hoſpitalitate:

L 4

65

Alcinous: pietate hospitalitatis laudatur: suscepit Vlyxem Nausicaa filia a littore eum ducente: quod multo carmine cecinit Homerus. Molorchus: Herculem hospicio susce pit. Setiam: nobilem uino non procul ab urbe. Istis: scilicet nostris prædiis.

Gisti: Linum deridet qui quãuis semper ruri uixerit & nullos senserit urbanos labores: tamen ex diuite erat factus pauper. ait ergo poeta quãuis o Line ruri uixeris ubi nullos sumpsisti labores: tamen fecisti rem difficilem hoc est factus es pauper. nam facere rẽ difficilem ẽ subire munus laboriosũ: res significat rẽ domesticã. Difficultas dicit̃ paupertas. res ergo domestica dr̃ difficilis quãdo est exigua. Fecisti rẽ difficilẽ: hoc ẽ substãtiã domesticam ad paupertatẽ redegisti: cũ altero sẽsu uideatur loqui. Fecisti rẽ difficilẽ. i. laboriosam. Municipalẽ: rusticanã.

Quo. i. qua uita municipali. Nil potest eẽ dulcius. i. nil iocũdius. mẽdose in recentiore codice ẽ uilius p dulcius. dulcius aũt habet codex antiquus: & ad hoc uerbum argute refert poeta: Fecisti rem difficilem. Rubens cadus: fictilis a colore. Argolica: græca: nam e Delo & e Delphis mittebãt pulchri pueri: infra appellabit delphicũ cinædũ. Fluit: nauigat tibi. Fecisti rẽ difficilẽ. i. redegisti substantiã in paupertatẽ. Ita. n. intelligit q̃uis dicere uideat̃ i uita municipali dulcissima fecisti rẽ grauẽ & laboriosam: & ex hac illusione risum mouet.

Rætorem: Gaurus pe tierat a prætore ut daret sibi. C. sestertia ut posset iusti census eques comitari Domitianum: negauit prætor quoniam erat daturus. C. milia Scorpo aurigæ: de quo infra Martialis: huic Caligula consulatum destinauerat præter multa munera: & ifra poeta conqueritur Scorpum accepisse multa una hora: ait poeta ingratum esse prætorẽ: qui uult dare equo Scorpi: & non dare equiti.

Credas alcinoi pios penates.
Aut facti modo diuitis molorchi:
Vos nunc omnia parua qui putatis?
Centeno gelidum ligone tybur:
Vel preneste domate: pendulamque.
Vni dedite sætiam colono.
Dum me iudice præferantur istis:
Tulli iugera pauca martialis.

De Phileni. 65

Oculo philenis semper altero plorat.
Quo fiat istud quæritis modo? lusca est.

Ad Linum. 66

Egisti uitam semper line municipalem:
Qua nihil omnino uilius esse potest.
Idibus & raris togula est excussa kalendis:
Duxit ad æstates sinthesis una decem.
Saltus aprum. campus leporem tibi misit inemptũ:
Silua grauis turdos exagitata dedit.
Raptus flumineo uenit de gurgite piscis:
Vina rubens fudit non peregrina cadus.
Nec tener argolica missus de gente minister:
Sed stetit inculti rustica turba foci.
Villica uel duri compressa est nupta coloni:
Incaluit quotiens saucia uena mero.
Nec nocuit tectis ignis: nec syrius agris:
Nec mersa est pelago: nec fluit ulla ratis:
Supposita est blando nunquam tibi tessara tallo:
Alea sed parcæ sola fuere nuces.
Dic ubi sic decies mater quod auara reliquit.
Nusquam est. fecisti rem line difficilem.

In Prætorem. 67

Prætorem: pauper centum sestertia gaurus:
Orabat cara notus amicicia.
Dicebatque suis hæc tantum deesse trecentis:

Domino: Domitiano. Male diuitiis: quia male utitur diuitiis. Ah pudet ingratæ: ingratæ in amicos & eos quibus debet dare. Cætera epigrammata ſunt clara.

Ihil: Amianus uiuo patre per luxum multa conſumpſerat quemadmodũ ſupra Philomuſus: idem enim ferme eſt argumentũ: nã Amianus & Philomuſus conſtitutam a patre pecuniam accipiebat: tantum autem aſſumpſerat ut pater moriens nihil habuerit quod relinqueret præter tritam ueſtem: ut recentes codices habent: ut antiquiores præter aridam ueſtem ut intelligas cathedram quæ linteis & loris uinciebatur: placet magis: ut ſecutus fidẽ antiqui codicis aridam reſtem eius: id eſt rudẽ: quã gladiatores emeriti accipiebant: ut intelligas Amiani patrem gladiatorem emeritum fuiſſe: incredibile accidiſſe ait Martialis: ut Amianus prodigus qui paulo ante luxuriabatur: & ut id licentius agere poſſet optabat patris mortem nunc patrem uiuum optat: quia ſcilicet plus a uiuo habebat quam a mortuo nunc acceperit. Vltimis cæris: id eſt teſtamẽto.

Xigis: Quintus poſtulabat a Martiale libellos. Triphon: enim proprium bibliopollæ. Sanus: ſana mente. Fatue: ſtulte ut ego donem.

Vt poſſet domino plaudere iuſſus eques.
Prætor ait ſcis me ſcorpo thalioque daturum:
Atque utinam centum milia ſol a darem.
Ah pudet ingratæ pudet ah male diuitis arcæ:
Quod non das equiti uis dare prætor equo.

Ad Sextum.

Inuitas centum quadrantibus: & bene cœnas:
Vt cœnam inuitor ſexte: an ut inuideam?

Ad Fabianum.

Omnis quas habuit fabiane licoris amicas:
Extulit: uxori fiat amica meæ.

Ad Pamphilum.

Tu ſetina quidem ſemper: uel maſſica ponis
Pamphile: ſed rumor tam bona uina negat.
Diceris hac factus celebs quater eſſe lagæna:
Nec puto. nec credo pamphile. nec ſitio.

De Amiano.

Nihl amiano præter aridam ueſtem:
Moriens reliquit ultimus pater cæris.
Fieri putet poſſe quis marunille:
Vt ãmianus mortuum patrem nolit.

Ad Sophronium.

Quæro diu totam ſophroni ruffe per urbem:
Si qua puella neget: nulla puella negat.
Tanquam fas non ſit: tanquam ſit turpe negare:
Tanquam non liceat: nulla puella negat.
Caſta igitur nulla eſt: caſtæ ſunt mille. quid ergo
Caſta facit: non dat. non tamen illa negat.

Ad Quintum.

Exigis ut donem noſtros tibi quinte libellos:
Non habeo. ſed hebet bibliopola triphon.
Aes dabo pro nugis & emam tua carmina ſanus:
Non inquis faciam tam fatue: nec ego.

Vm grauis: Laudat libertatem Vestini: qui damnatus a Nerone tãtũ temporis postulauit quantum satis esset ad distribuendas opes suas amicis: hoc facto quamuis iuuenis moreretur: putauit se mori senem: quasi maximum uitæ munus absoluisset. De supplicio Vestini: & eius causa satis sit referre uerba taciti quæ hæc sunt: cum scriberet de Nerone: Opperiebatur ut Vestinus in crimen traheretur odium ex nimia sodalitate: dum hic ignauiam principis deridet: ille ferociam animi feretur: recens causa ꝙ Statiliam Messalinam sibi matrimoĩo iunxerat: haud ignarus inter adulteros esse Cæsãrem: tum narrat eum uocatum fuisse a militibus ad tribunum: accitum statim medicum qui uenas soluerit conuiuis: qui cum Vestĩo erant: non nihil prouecta nocte amissis: hoc qđ scribit Martialis de opibus diuisis: Tacitus prætermisit nec meminit Tráquillus.

Grauis: id est moriturus. Sorores: parcas. Vltima pensa: id est ultimum filum uitæ suæ. Stamia pulla: id est nigra: ná parcæ dicũtur trahere fila nigra infelicibus. Defunctus: sibi relicta cura đ se. Vota tam pia: quia non rogabat uiuere pro se: sed pro amicis: quibus impartiretur opes.

Spicis: Eodẽ argumento supra est epigramma de dammis: quæ inter se concurrentes ceciderũt præbentes Cæsari spectaculum. Fortia prælia pugnas. Tentent: meditentur. Mitte canes: pugnant tua gratia Cæsar: at si iudicaueris: eis tibi non placere ut pugnent: desistent.

De Vestino. 74

Cum grauis extremas uestinus duceret horas:
Et iam per stygias esset iturus aquas:
Vltima uoluentes orauit pensa sorores:
Vt traherent parua stamina pulla mora.
Iam sibi defunctus caris dum uiuis amicis:
Mouerunt tetricas tam pia uota deas.
Tum largas partitus opes a luce recessit:
Seque mori post hoc credidit ille senem.

De Dammis. 75

Aspicis imbelles tentent qua fortia dammæ:
Prœlia: tam timidis quanta sit ira feris?
In mortem paruis concurrere frontibus audent.
Vis cæsar dammis parcere? mitte canes.

De Nigrina. 76

O felix animo: felix nigrina marito:
Atque inter latias gloria prima nurus:
Te patruos miscere iuuat cum coniuge census:
Gaudentem socio participemque uiro.
Arserat euadne flammis iniecta mariti:
Nec minus alcesti fama sub astra ferat.
Tu melius certe meruisti pignore uitæ:
Vt tibi non esset morte probandus amor.

Felix: Laudatur Nigrina quæ mortuo patre diues facta omnes diuitias communicauit cum uiro quamuis dotem olim dedisset: plus inquit Martialis hoc esse q̃ quod egerunt Euadne & Alcestis: quarum utraque incredili in maritum amore se in rogum iniecit audita coniugis morte: nam Nigrina uiuens amorem suum testificata est: illarũ utraque moriens. Iuuat te: id est uis. Census: diuitias quæ uenerunt a patre. Arserit: esto ꝙ arserit. Alcestis: filia regis thessaliæ uxor Admeti mater Eumeli: qui auctore Homero xi. nauibus ad Troiã nauigauit: cũ datũ esset oraculũ Admetum interiturũ nisi aliquis ex propinquis sponte obiret: ipsa se in rogũ iniecit. Oui. Si mea mors rediméda foret: quod abominor eẽt: Admeti coniunx quã sequereris erat. Iuue. Spectãs subeũtẽ fata mariti Alcestẽ. Euadne: Martis filia ex Thebe Asopi uxore uxor Capanei audita coniugis morte se ĩ rogũ iniecit: ita apud Oui. loqués: Accipe me Capaneũ cineres miscebimus ĩquit. Pignore: monuméto testificatione certæ uitæ: ná uiuens uoluisti testificare amoré tuũ. Vt tibi non esset morte ꝓbãdus amor. i. uoluisti hoc ut tibi non sit opus testificari amorẽ morte.

Ilia: Ad amicũ q miserat sex milia cum Martialis eũ bissena rogauerit. Inqnit Mart. ut bissena habeat se uelle petere. xxiiii. milia: nã dat dimidiũ: ita dat. xii. quæ perierat. Vnquam: In Zoilum inuidum: petit diuitias Martialis ut earum inuidia se suspendat nam inuidi pingebantur apud antiquos stringentes sibi guttur & suffocantes se: ita liuor in euocatione Silii describitur apud inferos. Causa quæ est? interrogat se. Noui uoti: quia opes petas. Pendentem: suspensum inuidia.

In Auarum amicum. 77

Milia misisti mihi sex bis sena petenti:
Vt bis sena feram: bis duodena petam.

In Zoilum inuidum. 78

Nunquam diuitias deos rogaui:
Contentus modicis meoque lætus.
Paupertas ueniam dabis recede,
Causa est tam subiti nouique uoti:
Pendentem uolo zoilum uidere.

In Afrum. 79

Condita cum tibi sit iam sexagesima messis:
Et facies multo splendeat alba pilo:
Discurris tota uagus urbe: nec ulla cathedra est:
Cui non mane feras irrequietus aue.
Et sine te nulli fas est prodire tribuno:
Nec caret officio consul uterque tuo.
Et sacro decies repetis pallatia cliuo:
Sydereosque modos: partheniosque sonas:
Hæc faciant sane iuuenes: deformius afer:
Omnino nihil est ardelione sene.

Ad Mathonem. 80

Hospes eras nostri semper matho tiburtini:
Hoc emis: imposui: rus tibi uendo tuum.

In Mathonem. 81

Declamas in febre mathon: hanc esse frenesim:
Si nescis: non es sanus amice mathon.

Ondita: In Afrum senem: & iuuenis munera subeunté in officiis: erga diuites ait poeta cum sit turpe omnibus sectari id institutũ uitæ: hoc ẽ anxie salutare: uenerari: colere palatinos: seni uero esse turpissimum. hæc officia qui anxie præstat dr̃ ardelio: nã ardeliones dicũtur qui studiosius ad omnia accurrunt nulla in re permanentes. Lx. messis id ẽ cũ sis natus. lx. annũ. Vlla cathedra. i. nullus diues est quem mane non salutes: uel cathedra mulierum diuitum. Oratius: inter discipularũ iubeo plorare cathedras. Et nullis tribunis fas: id ẽ nullus potest. Saturiosque modos codex antiquus habet sigeriosque modos: sed Tranquillus scribit Saturium: & non sigerium. Saturio erat decurio cubiculariorũ Domitiãi. Parthenius cubicularius. Si legis sigerios emendetur dictio eadem apud Tranquillum: ut ꝓ saturio scribatur sigerius: conueniant enim necesse est Tranquillus: & Martialis: quando de cubiculariis uterque loquitur. Sonas: loqueris. Ardelione: cursore ambitioso: Ab ardeo: id est festino: ita poeta uerbum fecit.

Ospes: Matho emit uillam Martialis ad quam sæpe accedebat. Imposui: decepi te. Tuum rus: quia eo tanquam tuo utebaris.

Eclamas: In Mathoné qui disertus uolebat haberi: cũ laborans febre declamaret. Ait Marti. eũ insanire: non eẽ locũ ĩ febre declamatiois: nisi forte id ageret cã prouocandi sudoris & non ostendendæ eloquentiæ: Matho respondit declamare in febre magnam ré esse: maior inquit Martialis esset si posset tacere: cum dolor cogat eum clamare. Quum exurat uiscera febris: id est res magna o Matho tacere: hoc est difficile silere: quasi diceret uideris potius ingemiscere propter dolorem quam declamare. Phrenesis: insania.

Hemytriteus: id est laborans febre hemytriteo.

Os: Rogat Ruffum ut hos quoque libellos commendet Venuleio: rogatque ut legat. at si fuerit difficile legere duos libellos: plicetur alterius libri charta: ut unus tantum uideatur liber. & eo lecto alter tradatur. Ita fiet ut non duo sed unus uideatur legi. Imputet: ascribat & tribuat. Aure non tetrica: id est non graui censura.

Ecuro: In Neuolum qui uel minima rerum felicitate ita efferebatur: ut omnes contēneret. Idem si quid paulum male cessisset: & propterea esset anxius: sūmisse: & humiliter donabat: uenerabatur iuitabat. Ait Martialis se optare cū aliter non exerceat Neuolus uirtutem: eum esse semper sollicitum. Securo: cum nihil times. Sollicito: cum aliquid times.

Nec quisquam liber: id est nullum putas liberum & notum præ arrogantia. Ita mouet elatum alterius fortunæ.

Declamas æger: declamas hemytritæos:
Si sudare aliter non potes: est ratio.
Magna tamen res est erras. cum uiscera febris:
Exurit: res est magna cacare mathon.

De Fabulla. 82

Epigramma nostrum cum fabulla legisset:
Negare nullam quo queror puellarum:
Semel rogata bis terque neglexit
Preces amantis. iam fabulla promitte:
Negare iussi: pernegare non iussi.

Ad Ruffum. 83

Hos quoque commenda uenuleio ruffe libellos:
Imputet & nobis otia parua: roga.
Immemor & paulum curarum operumque suorū:
Non tetriga nugas exigat aure meas.
Sed nec post primum legat hæc: summum ue triētē:
Sed sua cum medius prœlia bacchus amat.
Si nimis est legisse duos tibi charta plicetur
Altera: diuisum sic breue fiet opus.

In Neuolum. 84

Securo nihil est te neuole peius eodem:
Sollicito nihil est neuole te melius.
Securus nullum resalutas: despicis omnes:
Nec quisquam liber: nec tibi gratus homo est.
Sollicitus donas dominum: regemque salutas:
Inuitas: esto neuole sollicitus.

In Thaidem. 85

Non est in populo: nec urbe tota:
A se thaida qui probet fututam.
Cum multi cupiant: rogentque multi.
Tam casta est rogo thais: immo fellat. 86

In Ponticum.

Nos bibimus uitro: tu myrra pontice. quare?
Prodat perspicuus ne duo uina calix.

On est: In Thaidem fellatricem in quam etiam supra est illud distichon: Quid me Thai senem subinde dicis? q̄ probet se non futuisse Thaidē: sed irrumasse. Immo fellat: ergo irrumabatur Thais & non futuebatur.

Os bibimus: In Ponticum qui conuiuis aliud uinum dabat: q̄ ipse biberet: ait Martialis eū uti mirino uase: quod fuscis maculis est distinctū: & dare uasa uitrea conuiuis: ne si ipse quoque uitro biberet diuersum uinum notaretur. Ne calix perspicuus: id est nisi tu biberes uitro. Prodat & īdicet te non bibere idē uinum.

I uis auribus: Monet libellum ut paret sibi patronum Apollinarem: ut supra est: meus scazon. Candidius: magis alienum ab inuidia. Tunicas: cucullos. Salariorum: puerorum uendentium salsamenta. Arande: plicande.

VIla: Miserat carmina Septitiano Martialis in Xeniis: Xenia autem erãt munera: quæ in saturnalibus amicis mittebantur: ab hisdem qui acceperant remittebantur munera: quæ apophoreta dicebantur. Qui ergo Xenium miserat apophoretum expectabat sed Martialis nihil ĩ apophoretis a Septitiano acceperat. Dissimulator: apud Martialem ille etiam dicebatur qui postulantem aliquid amicum: simulabat se non intelligere. infra: Dissimulas: facies me puto causidicum. Et iam fuere: id est iam præterierũ saturnalia: quæ quinque diebus durabant. Scrupulum: est genus põderis: quod apud Plinium sæpe potes inuenire: argẽti scrupula: nam mittebantur ligula argentea: Coclearia certo pondere. Mappæ: & mittebantur in saturnalibus. Muria: genus liq̈minis salsi: & preciosissimi. Antipolitani thinni: Nam muria illic erat optima quemadmodum clazomene nobiles erant garo: & uas muriæ mittebatur in saturnalibus. Infra ita loquitur: Antipolitani fateor sum filia thinni. Antipolis iuxta urbem erat in ianiculo in Hispania ad littus gallicum. In Asia: de qua puto intelligendum. Cottana: paruas ficus syriæ. Syriæ autẽ paruæ erãt. Breue uimẽ: breuis cista. Dissimulator: quia simulas te non ĩtelligere quid uelim: nam misi munus ut munus acciperẽ: sed tu dissimulas: non mittam igitur amplius cum sciam te esse dissimulatorem.

Ad Librum suum. 87

Si uis auribus atticis probari:
Exhortor: moneoque te libelle:
Vt docto placeas appollinari.
Nil exactius eruditiusque est.
Sed nec candidius benigniusque.
Si te pectore: si tenebit ore:
Nec ronchos metues malignorum
Nec scombris tunicas dabis molestas.
Si damnauerit: ad salariorum:
Curras scrinia protinus licebit.
Inuersa pueris arande charta.

De Bassa. 88

Infantem secum semper tua bassa fabulle
 Collocat: & lusus deliciasque uocat.
Et quod mireris magis: infantaria non est:
 Ergo quid in causa est? pædere bassa solet.

In Dissimulatorem septitianum. 89

Nulla remisisti paruo pro munere dona:
 At iam saturni quinque fuere dies.
Ergo nec argenti se scrupula septitiane
 Missa: nec a querulo mappa cliente fuit.
Antipolitano nec quæ de sanguine thynni:
 Testa rubet: nec quæ coctana parua gerit.
Nec rugosarum uimen breue picenarum:
 Dicere te posses ut meminisse mei.
Decipies alios uerbis uultuque benigno:
 Nam mihi iam notus dissimulator eris.

De Rusticatione. 90

Rure morans quid agam: respondeo pauca. togatus
Luce deos oro: famulos post arua reuiso.
Partibus atq; meis iustos indico labores.
Inde lego: phœbumque cio: musamque lacesso
Hinc oleo corpus frico: mollique palæstra.

He iã: Alloquit̃ librum: monetq́ue iam esse quiescendũ. Ohe uerbũ peculiare Oratii: Satur est quũ dicit Oratius ohe. Vsque ad umbilicos.i.ad finem: ut Porphirio sẽtit. Sceda: tabula rudis: quæ papyro supinducta conficiebat̃. Pli. de papyro: Supina tabula sceda supinducitur papyrus: Ex hoc igitur ait scedã excedis: & quod excedebat scedã amputabat̃. Vult enĩ notare librũ nimiũ crescere. Non sit res peracta: tanq̃ non expleueris lectorem: sed ea res perfecta. Prima pagina.i.etiam pagina lectorem tedio expleuisti. Deficit: lassus est.

Stringo libens: animo gaudens: ac fœnore liber.
Pondero. poto. cano. ludo. lauo. cœno. quiesco.
Dum paruus lychnus modicum consumit oliui:
Hæc dat nocturnis nox lucubrata camænis.

Ad Librum. 91

Ohe iam satis est: ohe libelle.
Iam peruenimus usque ad umbilicos:
Tu procedere adhuc & ire quæris.
Nec summa potes in sceda teneri:
Sic tanquam tibi res peracta non sit.
Quæ prima quoque pagina peracta est.
Iam lector queriturque: deficitque.
Iam librarius hoc & ipse dicit.
Ohe iam satis est: ohe libelle.

Epigrammaton. M. V. Martialis Liber Quintus.

1

Hoc tibi palladiæ seu colli-
bus uteris albæ
Cæsar & hinc triuiam pro
spicis inde thetym
Seu tua ueredicæ discunt
responsa sorores.
Plana suburbani qua cu-
bat unda freti.
Seu placet æneæ nutrix: seu filia solis.

Hoc tibi palladiæ seu collibus. Dicat̃ hic quintus liber Domitiano: ut cum cum fuerit in secessu solutis curis perlegat: orat tantũ ut accipiat librũ: & ipse putabit lectũ esse. Merito mittitur hic Domitiano: quoniã nihil ẽ auribus principis indignum: Sales lasciui absunt. Albæ palladiæ: albã palladiã appellat quoniã Domitiãus quĩ quatria Mineruæ illic isti tuerat instituto etiã collegio sacerdotum. Vteris collibus albæ: id ẽ siue uersaris Albæ. Triuiam: id est arthemisiũ templũ Dianæ ad aritiam: quod ex monte albano prospiciebatur. Tetym: id est mare: nam & maris ex monte albano est ꝓspectus. Veridicæ sorores: id est fortunæ antiatinæ: id est siue es Antii: ubi colebatur fortuna sub duarum sororũ imagine: auctor ẽ Macrobius ĩ saturnalibus: meminit Tranquillus. earũ templum opulentũ fuisse scribit Porphyrio. Responsa: danda mortalibus. Discunt: nam minora numina a superioribus numinibus discere dicunt̃ respon sa danda mortalibus. Virgilius: Nam cætera Iuno Me uetat. Suburbani freti: nam Antium conditum est medio saxo abluente mari: ut quasi in suburbio fretum esse uideatur. Aeneæ nutrix: hoc est siue es Caietæ: Nam Caieta a nutrice Aeneæ nomen accepit: ut nostris placuit scriptoribus quamuis Strabo Caietam dictam putet: quoniam lacones curua omnia Caieta dicunt. Si num caietanum curuum appellarunt. Antium sine portu erat aptum secessui & principibus: præsertim concessum ad uacationem rerum urbanarum: ut Strabo. Seu filia solis id est es circeis: Nam circei a Circe solis & Persæ filia dicti sunt: quamuis Diodorus præter Homeri & Apollonii sententiam Circem filiam Aeetæ & Echates fuisse tradat.

Anxur:ligua uolscorum:Terracina latine dicitur:eadẽ trachinia:q̃uis Liuius aliter scribat superioris sententiæ auctore Pli. Aquis salutiferis:ob paludẽ: quæ ante terracinam erat a duobus fluminibus confectam non parua aquarũ salubritate. Candidus anxur:dicitur:dicitur candore saxorũ. Oratius neutro genere proferens:Impositũ late saxis cãdentibus anxur. Quo sospite.s.Cæsare. Credimus Iouẽ esse gratũ:non immemorẽ beneficiorum sibi collatorum:quoniã olĩ Cæsar puer capitolinũ Iouẽ defẽdit una cũ patruo Sabino. ut alibi: Prima suo gessit pro Ioue bella puer. quod Silius in tertio tetigit: Et præterea nuper Cæsar Ioui templum erexerat.

Galla credulitate: quia Strabo tribuit gallis credulitatem:& creduli sunt præter cæteros: præterea stolidi:ut galla legas: id ẽ stolida.

Atronæ: Ad matronas honestas & pueros scribit:& dedicat hũc librum: Nequiciæ procaciores:id est scurrilitatis.

Sale nudi:id est impudentes ioci. Quintus iocatur: id est quintus liber iocatur una cum domino nam in hoc libro domius uersatur. Germanicus: Domitiãus:qui id sibi nomẽ assumpsit populis germaniæ deuictis. Puella cecropia:de Domitia uxore potes intelligerẽ:sed placet intelligas de Pallade: quam colebat. Alii sentiunt de Iulia filia Titi Vespasiani: quam Domitianus ardentissime amauit.

Ore non rubenti: sine rubore.

Ccola: Datis obsidibus Domitiano a dacis:Degis Regulus iter eos cũ Domitianum uidisset mea ĩquit sors qui sum obses melior est q̃ fratris q ẽ liber in dacis:quoniã mihi licet prope intueri Germanicũ:quem ille tã longe colit. Nostræ ripæ:tyberis:qui a dacis tibi missus. Lætus:Degis. Mea sors:quamuis sim obses. Degis:proprium nomen obsidis.

Siue salutiferis candidus anxur aquis.
Mittimus o rerum felix tutela:salusque:
Sospite quo gratum credimus esse Iouem.
Tu tantum accipies:ego te legisse putabo:
Et tumidus falsa credulitate fruar.

Ad Lectores. 2

Matrone puerique uirginesque
Vobis pagina nostra dedicatur:
Tu quem nequitiæ procatiores
Delectant nimium:salesque nudi
Lasciuos lege quattuor libellos.
Quintus cum domino liber iocetur:
Quem germanicus ore non rubenti
Coram cecropia legat puella.

Ad Domitianum. 3

Accole iam nostræ degis germanice ripæ:
A famulis istri qui tibi uenit aquis:
Lætus & attonitus uiso modo præside mundi:
Affatus comites dicitur esse suos.
Sors mea qua fratris melior: cui tam prope fas est:
Cernere:tam longe quem colit ille deum.

In Myrtalem. 4

Fœtere multo myrtale solet uino
Sed fallat ut nos:folia deuorat lauari.
Merumque cauta fronde non aqua miscet.
Hanc tu rubentem prominentibus uenis
Quotiens uenire paule uideris contra
Dicas licebit:myrtale bibit laurum.

Oetere:Myrtale ebria solebat mero admiscerẽ folia lauri ne uinũ oleret sed id ad ebrietatẽ quoque uitãdã erat aptũ. nã Theophrasto auctore laurus ebrietati aduersaẽ. Iocaẽ poeta ĩ myrtalẽ:postea q̃ ĩqt nõ uult uideri bibibisse uinũ quotiẽs uideris eã rubicũdo ore dicas bibisse laurum. Decipiat nos.i.ut occultet odorẽ. Prominẽtibus uenis:nã id existit in ebrio. Licebit dicas:poteris dicerẽ. Bibit laurum:idẽ.n.erit ac si diceres bibit uinũ & ebria ẽ.

Exte: Mittit librum ad Sextum scribam & consiliarium Domitiani: rogatque ut eum collocet inter leuiores poetas, nam libris de bello gesto capitolino a Domitiano olim conueniũt grauiora poemata. Mineruæ palatinæ: qui musas & studia palatina exerces. Nascentes: id est primas curas Domitiani. Inter carmina belli capitolini: id est inter opera scripta de bello capitolino gesto a Domitiano.

I non est: Versus phallecius est: mittit carmina Domitiano: sed rogat Partheniũ cubicularium ut librum prĩcipi afferat: cum tempestiuum erit: neque porrigat: sed legat uidente Domitiano: qui cum sit studiosus litterarũ statĩ poscet libellum: fingit se esse ante hostiũ: & accersere ꝑ musas Parthenium: uel eas alloquatur: & quæ sequuntur sint mandata ad Parthenium. Parthenius colebat musas iccirco uestrum.

Sic: uerba Martialis obtestantis ad Parthenium: qui præfectus cubiculi erat Domitiãi: auctore Trãquillo. Finiat: absoluat tuam uitam. Inuidia fauente: id est inuidis etiam fauentibus: nam ei qui honestum gratiæ locum retinet illi etiam qui inuidẽt fauent: ut sit sensus: sic sẽper retineas istum gratiæ locum: Burrus: natus Parthenii & proprium uiri nomen apud Tacitum.

Iouis sereni: apto uerbo in metaphora usus est: nã cum dixisset Iouis addidit sereni: Nam serenus Iuppiter dicitur. Iniquas preces: quia multa petam: & iniusta precer.

Vmbilicus: ut Porphyrio interpretatur: erat ornamentum: quod extremis partibus librorum addebat: uel ex osse: uel ex ligno: unde dicitur res ꝑuenit ad umbilicum: id ẽ ad finem. Cedro: nam libri auctore Vetruuio oleo cedrino tincti non timent nec tineas nec cariẽ. & Hemina in annalibus: scriptũ reliquit libros Numæ repertos a Cn. Terentio sub ianiculo non fuisse consumptos: quoniam cedrati essẽt. Alii codices pliniani habent Cærati.

Ad Sextum. 5

Sexte palatinæ cultor facunde mineruæ:
Ingenio frueris qui propiore dei.
Nam tibi nascentes domini cognoscere curas:
Et secreta ducis pectora nosce licet.
Sit locus & nostris aliqua tibi parte libellis:
Qua pedo qua marsus. quaque catullus erit.
Ad capitolini cælestia carmina belli:
Grande cothurnati pone maronis opus.

Ad Musas. 6

Si non est graue nec nimis molestum
Musæ parthenium rogate uestrum.
Sic te serior & beata quondam
Saluo cæsare finiat senectus:
Et sis inuidia fauente felix.
Sic burrus cito sentiat parentem:
Admittas timidam breuemque chartam
Intra limina sanctioris aulæ.
Nosti tempora tu iouis sereni:
Cum fulget placidus suoque uultu:
Quo nil supplicibus solet negare.
Non est quod metuas preces iniquas.
Nunquam grandia nec molesta poscit:
Quæ cedro decorata purpuraque
Nigris pagina creuit umbilicis.
Nec porrexeris ista: sed teneto.
Sic tanquam nihil offeras: agasque.
Si noui dominum nouem sororum
Vltro purpureum petet libellum.

Valiter: Laudatur Domitianus: q multa ædificia incendio assumpta instaurauerit re/ nouatã esse urbẽ sub Domitiano: factamque nitidiorẽ ut phœnix nitidior est: cũ reno uatur. nã comburit se phœnix: & ex cineribus alter phœnix nascit. Apte poeta renouatã urbem ab incendio comparauit phœnici: quæ ipsa arsit: auctor est Tranquillus huius in/ staurationis in Domitiano: Manilius togatus scribit uiuere annos phœnicẽ. cccccc. &. lx. & consecratã esse soli in Arabia: conuersionẽ magni anni fieri cũ moritur: nam extrema se/ necta comburit se surculis turis: & aliis ramis odora/ tis. Exuta. i. deposuit se/ nectã cariem. Sũpsit uul tus. i. iuuentutẽ innouati/ onẽ. Sui præsidis: Domi tiani. Vna auis: sola auis phœnix: & semp sola est.

Nostræ querelæ: nõnul/ li codices habent notæ: ut dicas Vulcane parce: & no li iactare amplius querelã tuã oĩbus q. s. Venus uxor tua concubuerit cũ Marte auctore generis romani. si legis nostræ. i. noli ãplius agitare nostras querelas.

Turba Martis: nã habe/ mus genus a marte: quem odisti: sed habemus etiã a Venere genus quã amas.

Cathenis lẽniacis: qbus deprehẽdisti Venerẽ cum Marte ĩ adulterio. Home/ rus auctor ĩ primis. Amet te patiẽter: quãuis sis clau dus & deformis.

Dictũ: Phasis libertus cũ legitimũ eqtis cẽsũ nõ haberet lacernis purpu reis uolebat uideri eques: & cum nuper Domitiãus iussisset seruari legem O/ thonis: ne cui liceret sede re ĩ. xiiii. gradu: nisi eque/ strẽ censum haberet: hic ĩ theatro iactabũdus lauda bat legẽ q̃si ipse eẽt eques: sed Lectius cui ordĩs thea tralis cura erat demanda/ ta iussit eũ surgere. Pha sis: nomẽ ꝓprium liberti: sumptum a phasi fluuio queadmodũ Tanais libertus Mecœnatis olĩ sumpsit a Tanai. Domini. i. Domitiani: Do mitiãus cũ epistolã dictaret sic ĩcepit dominus deusque nr̃ ita iubet. unde ĩstitutũ ẽ ut ita appellaret. Purus. i. sine colluuiõe plebis. Commodius licet sedere. i. reddita ẽ dignitas eqtibus. Illas lacernas: nã solis lacernis poterat uideri eques: sed cẽsum non habebat.

Anguebam: Symmachus medicus: cuius alibi meminit multis discipulis comitibus ac/ cessit ad Martialem febre laborantem. discipuli autem illi erant iuniores manibus ge lidis: ait poeta sibi allatam fuisse maiorem febrem tactu illorum adolescentium: q̃ prius haberet. captus enim est amore. Nunc habeo: scilicet febrem ardore amoris.

Ad Vulcanum. 7

Qualiter assirios renouant incendia nidos:
Vna decem quotiens sæcula uixit auis.
Taliter exuta est ueterem noua roma senectam:
Et sumpsit uultus præsidis ipsa sui.
Iam precor oblitus nostræ uulcane querelæ:
Parce: sumus martis turba. sed & ueneris.
Parce: pater sic lemniacis lasciua cathenis:
Ignoscat coniunx: & patienter amet.

De Phaside. 8

Edictum domini deique nostri:
Quo subsellia certiora fiunt.
Et puros eques ordines recepit:
Dum laudat modo phasis in theatro
Phasis purpureis ruber lacernis.
Et iactat tumido superbus ore.
Tandem commodius licet sedere.
Nunc est reddita dignitas equestris.
Turba non premimur: nec inquinamur
Hæc & talia dum refert supinus.
Illas purpureas & arrogantes
Iussit surgere lectius lacernas.

In Symmachum. 9

Languebam: sed tu comitatus protinus ad me
Venisti centum symache discipulis.
Centum me tetigere manus aquilone gelatæ:
Non habui febrem symmache: nunc habeo.

Sſe quid: Conqueritur poeta inuidia hominū fieri: ut mortuis tantum poetis tribuat honos: & hoc accidere ait quoniā eadem inuidia perturbati homines uetera nouis ſemper anteponunt. eadē eſt ſententia Quint. qui ſcribit iudiciū de uiuis auctoribus liuore ꝑturbari. & Ouidii: Paſcit in uiuis liuor: poſt fata quieſcit. Sua tēpora. i. auctores ſuorū tēporū. Pompeii umbrā. i. porticū Pompeii. Domitiano: cuius porticū dicit præſtātiorem eē pompeiana: nā ꝙ Domitiāus cōdiderit porticū nulla quidē extat hiſtoria tradita uel a Trāqllo: uel a Tacito: ſed ab Euſebio tātū ī tꝑibus qđ uix potueri reperire.

Iulia tēpla Catulli: ītelligit capitoliū inſtauratū a Sylla & dedicatū a catullo quarto. n. conſtructū ē capitoliū a Tarqnio qđ Oratius dedicauit: Euerſū bellis ciuilibus īſtaurauit Sylla dedicauit Catullus: bellis uitelliāis īſtaurauit Veſpaſiāus: eo moriente īcenſū īſtaurauit Domitiāus. ait ergo poeta præ inuidia hoīes anteponere porticū Pompeii porticibus domitiani: & capitoliū dedicatū a Catullo capitolio inſtaurato a Domitiāo. Sic: ꝑpter inuidiā: Iulia templa. i. capitoliū. alibi de filio Reguli: Iulia tecta placent. i. tecta capitolina.

Vmbrā Pompeii. i. porticū Pompeii. Saluo marone: cū ꝑ ſſes legere Maronē. Menādro: qttuor Menādri fuer̄t. menāder athenien. auctor ueteris comœdiæ: Menāder laodicenus ſophiſta: Menāder byzātinus hiſtoricus: menander filius Diopitis auctor nouæ comœdiæ. Strabo: & īſani ī mulieres amoris hic ſuo tꝑe non fuit habitus ī pretio: nā ut ſcribit Quīt. Philemon prauis iudiciis ſui tꝑis ē prælatus. Corinua: nomē puellæ fictū ab Ouidio: nā duæ fuer̄t Corinnæ utraque thebana & carmībus liricis erudita: adeo ut iunior cū Pindaro contēdiſſe dicat: huius tumulus ī boetia erat ipſius effigie: uitta coronata in monumētū ſuperati Pindari: auctor Pauſanias: Inde Ouidius puellæ ſuæ nomen honeſtū indidit.

Ad Regulum. 10

Eſſe quid hoc dicam: uiuis quod fama negatur:
Et ſua quod rarus tempora lector amat:
Hi ſunt inuidiæ nimirum regule mores:
Præferat antiquos ſemper ut illa nouis.
Sic ueterem ingrati pompeii quærimus umbram:
Et laudant catuli iulia templa ſenes.
Ennius eſt lectus ſaluo tibi rome marone:
Et ſua riſerunt ſæcula mæonidem.
Rara coronato plauſere theatra menandro:
Norat naſonem ſola corynna ſuum.
Vos tamen o noſtri non feſtinate libelli:
Si poſt fata uenit gloria: non propero.

De Stella. 11

Sardonycas ſmaragdos adamantas iaſpidas uno:
Portat in articulo ſtella ſeuere meus.
Multas in digitis: plures in carmine gemmas:
Inuenies: id eſt hæc puto culta manus.

De Eadem. 12

Quod nutantia fronte pertinaci:
Geſtat pondera maſclion ſuperbus.
Aut grandis linus omnibus lacertis:
Septem quod pueros leuat: uel octo.
Res non difficilis mihi uidetur.

Ardonycas: Laudat carmē Stellæ: quo dicit eū conſecutū multas gēmas: An intelligit Violantillā amicā dediſſe ei gēmas: quā opuſculo cōpoſito Aſteriden appellauit: & in cuius gratiā defleuit colūbā: an ītelligit ab aliis etiā habuiſſe a Domitiāo ut puto: cuius uictoriā ſarmaticā cecinerit ut mox dicemus. Smaragdos. ſ. ī fine abiicias demum facias colliſionem uocalium. Plures in carmine gemmas. i. uenuſtatē & florem uerborum.

Vod: Maſclion Ninus eodem argumento epigrāma eſt de ſtella: ſed qui nominet duos Maſclionē & Ninum prodigioſa oſtentatione uirium. horum nomina quod alibi non repperi: ſed mihi fit ueriſimile: eum intelligere de Athanato: qui eius temporibus floruit. Is quinquagenario plūbeo thorace indutus: & cothurnis quingētoꝝ pondo calciatus

per harenā ingrediebatur:& de Fusio saluo:qui duo centenaria pondo pedibus totidē manibus & hūeris contra scalas ferebat:hoc genus gestandi dedit Iuue. Corbuloni. Decem puellas.i.gemmas decē puellarum:alii sentiunt precium decē puellarum:quod placet.

Vm:In Calistratū qui sibi solis diuitiis placebat:ait enim & si non diues est tamē se eū esse qui non potest esse Calistratus:sed quilibet e uulgo potest esse quod ē Calistratus. nā oēs diuites esse possunt:poetæ pauci. Non male notus:quia uirtute cognitus. Legor frequēs.i.mea epigrāmata legunť a multis. Et dř hic ē:ut illud Persii: Pulchrū ē digito monstrari:& dicier hic ē. Tua tecta cētenis colūnis.i.habes superbas ædes. Opes libertinas:an ꝙ fuerit libertus:an opes ingētes:nam libertos īperatorios supra cæteros mortales ditissīos esse scribit Pli.superasseque ciues ditissīos:ut Narcissū:Palantē:& Calistū:qđ placet.unde Tacitus ad Senecā ex Nerone:Pudet referre libertos:q ditiores spectanť. Opes libertias.i.ingētes opes. Gleba syenes:Syenes opp.ægypti qđ fertile erat.alibi poeta:Mitte tuas opes accipe nile rosas. Parma:opp.galliæ cisalpinæ. Hoc qđ tu ſđ ē diues. Et sū.s.poeta.

I tecū:Vita apđ Mart.ut supra dictū est accipiť p eo tpe:quo ī uolupta te honesta uersamur:neque qsq̄ dř uiueř apđ hūc poetā:nisi q relaxato anīo molestioribus curis honeste uoluptati uacat. Superba stemata:imagies. Gestatio:locus ubi antiq gestabāť. Virgo:aq̄ uirgis.

Bonos soles.i.bonos dies. Imputanť.i.ascribūtur tempori nostro:qđ datū erat ad uiuendum.

Edere:Renouata lege theatrali a Domitiāo multi qui prius temeritate sua promiscue sedebāt:in plebeiam turbam retrudebantur:cum censum equestrem non haberent:nunc deridetur Manneius qui ex ordine equestri deiectus in ultimum ordinem:& uix sedens extrema parte subsellii altero genu uidebatur stante cum altero sedere:tamē adhuc iactantibus dicebat se de sententia equitum sedere dimidium dimidia uero parte. Lectio:magistro theatralis ordinis iubente se stare. In primo gradu:decimoquarto.

Vno cum digito uel hoc uel illo
Portet stella meus decem puellas:

In Callistratum.

Sum fateor semperque fui callistrate pauper:
Sed non obscurus:nec male notus eques.
Sed toto legor orbe frequens:& dicitur hic est:
Quodque cinis paucis hoc mihi uita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columnis:
Et libertinas arca flagellat opes.
Magnaque niliacæ seruit tibi gleba syenes:
Tondet & innumeros gallica parma greges.
Hoc ego tuque sumus:sed quod sum non potes eē:
Tu quod es:e populo quilibet esse potest.

Ad Martialem.

Si tecum mihi care martialis
Securi liceat frui diebus:
Si disponere tempus ociosum:
Et ueræ pariter uacare uitæ:
Nec nos atria:nec domos potentum
Nec lites tetricas forumque triste
Noscemus:nec imagines superbas:
Sed gestatio:fabulæ:libelli:
Campus:porticus:umbra:uirgo:thermæ
Hæc essent loca semper:hi labores.
Nunc uiuit neuter sibi:bonosque
Soles effugere atque abire sentit.
Qui nobis pereunt & imputantur.
Quisquam uiuere cum sciat moratur?

De Manneio

Sedere primo solitus in gradu semper

Tum:ante legem promulgatã. Occupare:capere ordines promiſcue. Trãſtulit:caſtra alludit ad equitẽ.i.diſceſſit cum ſoleret ſedere prius inter primos. Caput cucullo:an qa eum pudebat & nolebat agnoſci:an quia uelis theatralibus ipſe non tegeret ueſte tegebat Indecẽs:ſine dignitate. Et ſe ſtare lectio.i.altera parte ſtare iuſſu Lectii:quaſi hoc amare diceret in Lectium:cui ex dimidia parte ſatiſfacere uolebat.riſus eſt poetæ.

Eria:Conqueritur Martialis ꝙ cum multi delectent eius carminibus nihil donent:& diſſimulent ſe intelligere qd petat his iocis:intereaque omittat alias artes:præſertĩ agendarꝫ cauſarꝫ unde multũ poſſet lucrari. Amice mihi:ãtiquus codex habet nõ mihi:ſed malo:qđ placet ut dicat:es cã dãno meo. Seria.i.res grauiores. Quãti ſtet mihi:q̃ti mihi conſtet amor tuus meorꝫ carminũ nã dũ ſeruio tibi omitto alias res. Metreta:ſunt qui putãt metretam ꝓ genere uaſis & cadi accipi:Quo uerbo uſus ẽ Iuue.ut.ſ.metretã accipiat ꝓ amphora uinaria uel potius ꝓ uino.ſupra:Septenaria ſytheſis ſagũti:ſed fuerit abſurdũ accipi metretam ꝓ genere ſordidæ pecuniæ:ut illyria hẽbat nũmos quoſdã peculiares:quos appellabat uictoriatos:afferebatque Romã gratia commercii. Tẽpla falciferi tonãtis.i.ſaturni:nã Saturnus numẽ reorꝫ erat:ĩ cuius tẽplo ſeruabat̃ ærarium romanorꝫ:ꝓpterea poeta cũ de reis loq̃t̃ huius memĩt hoc magis placet q̃ ſi dicas defẽdere tẽpla tonantis.i.publicũ fiſcũ tueri. Conuiua libellus.i.uix adhibeor ĩ cõuiuiis. Gratis:ſine precio. Pagia.i.carmen q.d.ſi daret̃ non placeret Alexis:puer datus Virgi.a Mecœnate:mũera erat Alexis quæ Mecœnas dederat Virgi. Diſſimulas:ſimulas te non ĩtelliger̃ qd uelĩ:ut ſupra:lã notus diſſimulator. Facies me cauſidicũ:id eſt coges me deſcendere ad cauſas agẽdas:cum nihil des:nihil enim dabis ut uideo.Alibi:Nec legis & laudas quæ tibi fama perit.

Tunc cum licebat occupare manneius:
Bis excitatus terque tranſtulit caſtra.
Et inter ipſas pene tertius ſellas:
Poſt caiumque luciumque conſedit.
Illinc cucullo proſpicit caput tectus:
Oculoque ludos ſpectat indecens uno
Et hinc miſer deiectus in uiam tranſit
Subſellioque ſemiſultus extremo
Et male receptus altero genu iactat:
Equiti ſe ſedere letioque ſe ſtare.

Ad Cæſ. Do.

Quintus noſtrorum liber eſt auguſte iocorum:
Et queritur læſus carmine nemo meo.
Gaudet honorato ſed multus nomine lector:
Cui uictura meo munere fama datur.
Quid tamen hæc proſũt quãuis uenerantia multos?
Non proſunt ſane:me tamen iſta iuuant.

Ad Lectorem.

Seria cum poſſim quid delectantia malim:
Scribere? tu cauſa es lector amice mihi.
Qui legis & tota cantas mea carmina roma:
Sed neſcis quanti ſtet mihi talis amor.
Nam ſi falciferi defendere templa tonantis:
Sollicitiſque uelim uendere uerba reis:
Plurimus hiſpanas mittet mihi nauta metretas
Et fiet uario ſordidus ære ſinus.
At nunc conuiua eſt comeſſatorque libellus:
Et tantum gratis pagina noſtra placet.
Sed non hac ueteres contenti laude fuerunt:
Cum minimum uati munus alexis erat.
Belle inquis dixti.ſatis eſt laudabimur uſque:
Diſſimulas facies me puto cauſidicum.

Vm proauos: Deridet Gelliā quæ iactans nobilitatē suam contēnebat equitem: negabatque se nupturā nisi Latoclauo. Latoclauo ueste utebanť & nobiliores & ditiores & qui ea ueste utebanť latoclaui dicebāť. Tranquillus de Nerone: A latoclauo cuius uxorem attracta uerat cæsus. i. tandē ut possit commiscere nupsit iudæo diuiti. Cophinus græce & cista eodē uerbo dicunť: id iudæi in supellectile habebāt. Iuuenalis: Cophinū fœnumque supellex. Iudæus ergo potest dici cistifer: quia secū ferat in supellectile cophinū: & qui ob sonia ferunt mercede cistiferi sunt: uel aliud aliqd uendentes. deridet igitur poeta gelliam q̄ nupserit cistifero: cum putet se ditissimo nupsisse. Cistifer commune uerbum est: & iudæo fortasse ditissimo: & pauperi mercenario.

Noster eques sordida conditio. i. dū nondum placet eques: & eum contemnis tāquam te inferiorem.

Vod: Ad Quintianū cui ait se mittere in saturnalibus non munera: quæ mitti soleant sed uersus: quoniā ea mūera quæ mittunť a pauperibus diuitibus sūt dolosa: & plus petunt q̄ afferāt: se tamen debere uideri liberalē: nā cū pauper nihil donat est liberalis: quia nihil petit.

Vernulas: natos domi: mense decēbri in saturnalibus. Ligula: erat genus gladii auctore Gellio a similitudine lingue: & pro instrumento accipi potest qđ ad similitudinē linguæ conflatum usui est: ad aromata & condimēta tractāda: mittebať ligula ī saturnalibus: ut ī distichis apertum ē. Cæreus: etiā mittebať in distichis: Hic tibi nocturnos præstabit cære us ignes. Pruna damascena: in distichis: Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ: Summo solent duri soluere uentris onus. Damascus nobilis urbs Syriæ prunis: & mixis nobilis. in saturnalibus Domitiani: Sparsa pruna. Papinius: Quos pia germinat Damascus. Et chartæ mittebantur: ut in distichis: Seu leuiter noto seu caro missa sodali: Omnis ista solet charta uocare suos: Et paulo post. Senibus: rugosis. Scarus: piscis optimus: solus ruminat: ut Plinio placet. Iecinore commendatur: ut in Vitellii patina commemorat Tranquillus scarorum iecinora.

I q̄ fides: Instaurata urbe a Domitiāo & castigatis moribus: poeta cōquerit unū tātū uitiū resideť: q̄ diuites amici nihil dēt pauperibus. Si q̄ fides ueri. i. si ueritati credēdū est. Quādo licuit. i. quādo potuimus. Triūphos: an duplicē triumphū: quē egit Domitianus de dacis: an pompas ludorum triūphos appellauit. Dei palatini: quādo magis meriti sūt đ patria q̄ tu Domitiāe: quoniā expulsis delatoribus uoluisti unicuique eē uitā liberā.

In Gelliam.

Dum proauos atauosque refers & nomina magna:
  Dum tibi noster eques sordida conditio est.
Dum te posse negas nisi lato gellia clauo:
  Nubere. nupsisti gellia cistifero.

Ad Quintianum.

Quod tibi decembri mense quo uolant mappæ:
Gracilesque ligulæ cæreique chartæque:
Et acuta senibus testa cum damascenis:
Præter libellos uernulas nihil misi.
Fortasse auarus uidear: aut inhumanus.
Odi dolosas munerum & malas artes.
Imitantur hamos dona: nanque quis nescit:
Auidum uorata decepi scarum musca.
Quotiens amico diuiti nihil donat.
O quintiane liberalis est pauper.

Ad Cæs. Do.

Si qua fides ueri præferri maxime cæsar
  Temporibus possunt sæcula nulla tuis.
Quando magis dignos licuit spectare triumphos?
  Quando pallatini plus meruere dei?
Pulchior & maior quo sub duce martia roma.
  Sub quo libertas principe tanta fuit?
Est tamen hoc uitium: sed non leue sit licet unum:

72

Ingratas amicitias.i.ingratos amicos. Prosequitur.i.afficit muneribus. Eques non alienus: eques non alienus a Martiale dicitur: qui censu suo equestrẽ optinet dignitatem: ad differentiã equitis qui quum equo stipendiũ faciat eques est: sed alienus: nam ĩ militiam alienam mercede conducitur. In distichis: Felix cui comes est non alienus eques. Illic plura dicemus. Eques non alienus.i.qui diuitiis eques est.

Aturnalitiæ: Idem carpit hortans Domitianũ: ut cum alii non dẽt: det ipse. Est luxuria.i.nimiũ esse putant ciues romani. Reges tumidi.i.domini superbi. Se libræ: selibra media libra erat: quod pondus in muneribus saturnaliciis erat constitutũ: ĩde apud hũc poetam reperies duas selibras tres libras. Scrupulũ: genus ponderis. Flammarisue togæ hoc.i.si miseris togam flammarẽ decem scrupulorũ. Flammari: rubræ a colore flammæ: Et rubræ uestes eadẽ metaphora ardere dicũt: nam uestes purpureæ ĩ saturnalibus mittebant.ali bi: Cadmi municipes fera lacernas. Crepet: numeret: nã dum numeranť crepitum faciũt nũmi. Quatenus.i.quoniã. Esto amicus.i.dona ita appellat amicũ Martialis. Dulcior: liberalitate.

Quod colit ingratas pauper amicicias.
Quis largitur opes ueteri fidoque sodali:
Aut quem prosequitur non alienus eques.

Ad Eundem.

Saturnalitiæ ligulam misisse selibræ:
Flammatæ ue togæ scrupula tota decem.
Luxuria est: tumidique uocant hæc munera reges:
Qui crepet aureolos forsitan unus erit.
Quatenus hi non sunt. esto tu cæsar amicus:
Nulla ducis uirtus dulcior esse potest.
Iam dudum tacito rides germanice naso:
Vtile quod non uis do tibi consilium.

De Apollonio.

Quintũ pro decimo: pro crasso regule marcum:
Ante salutabat rhetor apollonius.
Nunc utroque suo resalutat nomine. quantum:
Cura laborque potest: scripsit: & edidicit.

In Paulum.

Mane domi nisi te merui uoluique uidere.
Sunt mihi paule tuæ longius æsquiliæ:
Sed tiburtinæ sum proximus accola pilæ:
Qua uidet antiquum rustica flora Iouem.
Alta suburbani uincenda est semita cliui:

Vintũ: Apollodorum rhetorẽ memoriæ ĩfirmæ deridet: de quo alibi extat epigrãma: q ne amicos quidẽ suo noĩe salutabat: sed tandẽ cœperat recte salutare: & appellare. Ait poeta hoc accidisse eius laborẽ: quod scripserat memoriæque mãdaueret multos fuisse Apollodoros supra est dictum: Apollodoro gaudet imbrifer Nilus. Quintum': iocus est in nominibus Quintum & Decimum & Marcum & Crassum: ut ostendat eũ infirmæ prorsus memoriæ quum ne his quidem nominibus seruetur.

Ane domi: Conquerit ꝗ post longæ uiæ labores non ĩueniat Paulũ domi quẽ possit salutarẽ: ante enĩ exierat ꝗ ueneriť Martialis inter cætera poeta uota optat multis in locis somnũ: alibi se reliqsse urbẽ: cũ ibi non posset dormire scribit: Matutine cliẽs urbis mihi cã relictæ: ait ergo se nõ posse colere Paulũ: neque eũ dominũ hr̃e nisi dormiat. Sint longius: adiurãtis ẽ.i.nisi uolui te uidere. Tuæ æsqliæ: quaꝝ interuallũ mihi ẽ molestũ: sint etiã longius. Aesqliæ: ĩ qbus habites: non conqueror longitudinẽ uiæ sed qa subeo multa discrimĩa. Pila tiburtĩa: locus ĩ urbe erat ex lapidibus tiburtis. solet poeta ab obscuris locis uel exiguis domũ suã designať: ut alibi: Longum est si uelis ad pirum uenire. Iouem antiquũ: an ueteris capitolini Iouis uestigia: an de foro ãtiquo ĩtelligit: an antiquũ Iouem dixit ut Papinius dixit ad differentiam Domitiani noui Iouis. placet prima sententia: ex auctoritate Varronis est. Vincenda semita.i.oportet me superare cliuum suburbanum.

Et nunquam ſicco ſordida ſaxa gradu.
Vixque datur longas mulorum uincere mandras:
Quæque trhai multo marmore ſune uides.
Illud adhuc grauius. quod te poſt mille labores:
Paule: negat laſſa ianitor eſſe domi.
Exitus hinc operis uani: togulæque madentis:
Vix tanti paulum mane uidere fuit.
Semper inhumanos habet officioſus amicos:
Rex niſi dormieris: non potes eſſe meus.

Ad Baſſum.

Herbarum fueras indutus baſſe colores:
Iura theatralis dum ſiluere loci.
Quæ poſtquam placidi cenſoris cura renaſci:
Iuſſit. & oceanum certior audit eques.
Non niſi uel cocco madida uel murice tincta:
Veſte nites: & te ſic dare uerba putas:
Quadringentorum nullæ ſunt baſſe lacernæ:
Aut meus ante omnes codrus haberet equum.

De Hermete.

Hermes martia ſæculi uoluptas:
Hermes omnibus eruditus armis:

Nunq̃ ſicca: non contaminata luto. Mulorũ: uix poſſum ſuperare multitudinem mulorũ. Iuuenalis: ſtantis conuitia mandræ. Codex antiquus habet murorũ: quod non placet ut mandras murorũ intelligas ſaxa paſſim iacentia: qđ inſequens uerſus uidetᷣ ꝓbare.
Ttahi multo: eadem incommoda commemorat Vmbritius apud Iuue. Coruſcat longe abies. Labores: poſt mille pericula ſuperata. Madentis: pluuia. Iuue. Et multo ſtillaret penula nymbo. Vix tanti paulũ: ſenſus ẽ tot labores ſum perpeſſus cũ pueni domũ tuã: ut etiã ſi te domi inueniré id uix ſatis eſſet præmii laboribus quaſi .di. quanto grauius oportet eẽ: ꝙ poſt tot labores te non inueniam. Officioſus: qui diligenter colit amicũ. Tu non potes eẽ meus rex: id ẽ nolo te dominũ. Niſi dormieris: niſi mane domi quieſcas. q. d. nolo dominũ aliis ſeruire: quod a libi dixit: Qui rex eſt regẽ Poſthume non habeat: nã intelligo Paulũ egreſſum fuiſſe mane ut alios ſalutaret.
Erbarũ: In Baſſum qui reuocata lege de theatrali equitũ conſeſſu a Domitiano: ut ipſe quoque eques uideretᷣ ſumpſit lacernas purpureas: cum tamen non haberet cenſum equeſtrẽ: ait poeta equitẽ nullũ exiſtimari ꝓpter lacernas: cũ nullæ lacernæ ualeãt q̃dringẽta. q. d. nõ ueſtes requiri ad iuſtũ eqtem: ſed cenſũ q̃dringẽtorũ ſeſtertioꝝ: nam ſi ueſtibus dignitas equeſtris eẽt concedẽda: Cordus quem ſupra appellauit principẽ penulatorum eques eſſet: cum tamen non habeat cenſum equeſtrem: ita utrunque ſubſannat. Herbarum: eodem ferme argumento dictum eſt ſupra in Phaſidem: Illas purpureas & arrogantes Iuſſit ſurgere Lectius lacernas. Colores herbarum: an uirides colores dicit: ueſtibus enim uiridibus nonnulli utebantur: quod teſtatur Papinius in Glautia liberto Melioris cum de eius ueſtibus loquitur: Nunc herbas imitare ſinu. An qđ magis placet ad differentiam purpuræ: quæ tingitur ſanguine muricis & coccineæ: quæ cocco pomo fruticis: denique & aliarum ueſtium precioſarum: nam precioſiores ueſtes aliis medicamibus uiliores herbarum ſucis inficiebantur. Iura. xiiii. gradus. Siluere: erant abrogata. Quæ: iura equeſtris ordinis. Renaſci: reuocari in uſum: nam reuocauit legẽ Othonis. Iuuenalis: Exeat inquit ſi pudor eſt: & de puluino ſurgat equeſtri: Cuius res legi non ſufficit. Oceanum: præfectum ſubſelliorum & magiſtrum ordinis equeſtris. Certior eques: non plebe immixta. Dare uerba: decipere Oceanum. Sic: ueſtibus iſtis. Cordus: quem ſupra dixit principem penulatorum.
Ermes: Hermetem gladiatorẽ laudat eruditum omniũ genere armorũ: quẽ in omni parte certamis bene uerſantẽ ait ſolum eſſe oia & ter unũ: alludẽs ad Hermetẽ termegiſtũ quẽ græci ter maximũ dixerũt Lactãtio auctore: nã id ſignificat termegiſtus a uarietate diſciplinarũ. Martia uoluptas. i. armorũ uoluptas oibus armis. i. oi genere pugnæ.

Magiſter:laniſta magiſter gladiatorum. Turba:perturbatio. Sui ludi:ideſt ſuæ diſci-
plinæ:& ſuorum gladiatorum. Helius gladiator & uictor aliorum. Cadit:uincitur.
Aduolans:gladiator. Hermes ſuppoſititius:ideſt qui ſolus ſibiipſi ſuccedit: cũ alii aliis
feſſis ſoleant ſuccedere. Locariorum:an locarii dicuntur illi qui locant foros ad ſpectan
dum:ut dicat Hermetem diuitias eſſe locariorum:cum multi confluant ad eum ſpectan-
dum conductis locis a locatoribus.an locarios eos dicit qui ad ludos inſtruendos inſtrumẽ
ta aliqua locare ſolent.

Hermes & gladiator & magiſter:
Hermes turba ſui tremorque ludi:
Hermes quem timet elius ſed unum:
Hermes cui cadit aduolans ſed uni
Hermes uincere:nec ferire doctus
Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi:
Hermes diuitiæ locariorum.
Hermes cura laborque ludiarum.
Hermes belligera ſuperbus haſta
Hermes æquoreo minax tridente
Hermes caſſide languida timendus
Hermes gloria martis uniuerſi
Hermes omnia ſolus:& ter unus.

De Chereſtrato.

Quadringenta tibi non ſunt chereſtrate ſurge
Lætius ecce uenit:ſta:fuge:curre:late.
Ecquis io reuocat diſcedentemque reducit.
Ecquis io largas pandit amicus opes?
Quẽ chartis famæque damus: populiſque loquẽdũ
Qui ſtygios non uult totus adire lacus.
Hoc rogo non melius: quam rubro pulpita nimbo
Spargere:& effuſo permaduiſſe croco.

Vel iocariorum diuitiæ qui diligitur ab iis qui lu-
dis delectantur: ut ſequit̃ de mulieribus: quod ma-
gis placet. Ludiæ:dicuntur uxores gladiatorum & amicæ. de Hyppia Iuuenalis:Quid uidit propter qđ ludia dici Suſtinuit: Cura & labor ludiarũ: uel amat̃ a ludiis hoc eſt a mulieri-
bus: quæ gladiatoribus delectabantur. Iuuenalis:Ferrum eſt quod amant. uel ludias accipit hoc loco pſaltrias: & id genus mulierũ quæ in theatra procedũt.
Superbus haſta: & haſta pugnat Hermes. Tridente æquor: ideſt fuſcina. nã gladiatores qui retiarii di-
cebantur utebantur fuſci-
na tridẽte Neptuni aduer-
ſus gladiatorem galeatum & mirmillonem appella-
bant. In cuius galea erat pi-
ſcis. id genus certaminis inuenit primus Pithacus aduerſus Phrinonen. Ga-
lea timendus: ideſt bonus mirmillo:& optimus retiarius. Ter unus:ideſt Hermes aliter Termegiſtus: ideſt ter maximus: allu-
dit cum nomine Herme-
tis qui dicebatur termegi-
ſtos.

VADRINGENTA. Eodem ferme argumento ſupra eſt epigramma: Prætorem pauper. C. ſeſtertia Gaurus. conqueritur enim de promulgata lege theatrali ordi-
ne a Domitiano nonnullos qui equites olim erant imminuto cenſu. nunc ita exci-
tari de conſeſſu equeſtri: ut nemo ſit qui commoueatur & tantum donet quantum deeſt ad iuſtum cenſum: cum tamen aurigis multa darẽt: quod ſupra etiam conqueſtus: Quod non das equiti uis dare prætor equo. ait ergo neminem ita laudatum iri: neque fore carmine ſuo immortalem. Chereſtratus: pauper eques. hi duo uerſus ſunt amici monentis: ut ſurgat cũ non ſit eques ueniente Lectio: ut illud Iuue. Exeat inquit ſi pudor eſt. Quadringenta non ſũt. i. non habes cenſũ equeſtrẽ. Surge: ex. xiiii. gradu. Sta: fuge curre: uoces amicorũ ſũt pſequentiũ Chereſtratũ conſternatũ. Ecquis: uerba Martialis conquerẽtis. Reuocat: donatũ cẽſu equeſtri. Io: uox blandiẽtis. Quẽ. i. qs eſt q uelit celebrari carmine nr̃o. Qui non uult dare lacus: hoc ẽ q non uult oĩo mori: ut non celebret̃ carmine noſtro ob eius in aliquẽ liberalitatẽ. Nymbo rubro: uaſe illo fundẽte crocũ mixtũ uino.

Scorpus: auriga. de quo supra: scis inquit scorpo talioque daturum. & alibi: cum sermo fabulæque lassæ de scorpo fuerint: & incitato. & alibi: Cum scorpus unus. xv. graues horas feruentis auri uictor afferat saccos. Quod ait nasum: uis hoc dictum esse per contemptū a poeta: ut cum notauerit a corporis deformitate: quoniam scilicet scorpus habuerit pergrandem nasum. Is cum uellet imaginem dicere dixerit: tu das hæc ut eius nasus eiusque imago splendeat ubique per urbem. Aurea: placet magis intelligas de habitu oris: quo utebantur: nam oris indumentum fulgebat in auriga. Silius de auriga: Cinyphio rector radiabat fronte peloro: Camphasus.

Frustra: ut supra dixit male diuitis arce. q. d. dantur diuitiæ ut his utamur ad liberalitatem: sed tu cū non des frustra sunt datæ. Dissimulator est: ut supra dictum est qui cum ab eo aliquid petitur simulās se non intelligere non mouetur. Quæ fama: idest qualis fama. Perit tibi: uel tu legis hæc: & laudes mea carmina. Sed tibi hæc fama perit: idest non das aliquid: & hanc famā negligis. Alibi: Facies me puto causidicum: quia scilicet nihil dabis.

Quam non censuro dare quadringenta caballo:
  Aureus ut scorpi nasus ubique micet.
O frustra locuples: o dissimulator amice
  Hæc legis & laudas quæ tibi fama perit.

Ad Codrum.

Quod alpha dixi codre penulatorum
Te nuper aliqua cum iocarer in charta:
Si forte bilem mouit hic tibi uersus
Dicas licebit bera me togatorum.

In fictum equitem.

Ingenium studiumque tibi moresque genusque
  Sunt equitis: fateor cætera plebis habes.
Bisseptena tibi non sunt subsellia tanti:
  Vt sedeas uiso pallidus oceano.

In Mamercum.

Vt bene loquatur sentiatque mamercus
Efficere nullis aulæ moribꝰ possis:
Pietate fratres curios licet uincas
Quiete neruas: comitate drusones:
Probitate marcos: equitate mauricos
Oratione regulos: iocis paulos.
Rubiginosis cuncta dentibus rodit.
Hominem malignum forsan esse tu credas:
Ego esse miserum: credo cui placet nemo.

Vod alpha. Iratus est Cordus: q̄ de eo supra dixit alpha penulatorum si inquit poeta iratus es Corde potes ulcisci: nā appella me beta penulatorum: idest secundum: nā B. est secunda littera: solet uocari ex ordine litterarū & carminis nonnunquam ut supra: Si tibi mistyl. coquus æmiliane uocatur.

Ngenium. In equitem pauperem qui ex lege nuper renata cum deiceretur ex ordine equestri: quoniam censu careret conquerebatur: q̄ cum esset eques ingenio moribus studio genere eiceretur: Martialis respondet eum quidem esse equitem illis dotibus: sed in reliquis hoc est in censu haberi plebeium: q̄ cum ipse intelligat non debet tanti facere consessum equestrem: ut sedeat illic: & ueniente Oceano palleat timore ne detrudetur. Cætera: in censu es plebeius. Bisseptena: idest. xiiii. gradus. Non sunt tanti tibi: idest non tanti facienda a te.

T bene. In Mamercum maledicum: cui cum nemo placeat & in omnes inuehat: aliqs fortasse putauerit esse maledicū & malignū: sed poeta ait eum cui nemo placeat miserum debere uideri: & non malignum. Mamercum enim proprium est osci matrē Mamercum appellant. Curii: pii fuere: Neruæ quieti. poeta tribuit cuique familiæ suā ꝓbitatē.

I quando. Ex uulgari opinione auctore Plinio putabant eum qui edisset carnes le-
porinas septem diebus formosiorem fieri: & uideri. Gellia hoc dicebat Martiali cum mitteret leporē ipsa deformis. Nunquam gellia edisti leporem: adeo deformis es.
Arro. In saturnalibus mittit carmina Varroni: ita enim codices habent: quæ in grandiore carmine uersantem rogat: ut si relaxare animum cupit non legat potius aut Catullum aut elegiacos numeros: quam uersus suos: nisi forte malit nucibus lude-re: q̄ legere ineptum carmen. Inficiande: non respuende. A cothurno sophocleo idest a stillo tragico: quoniam in eo stillo claruit sophocles. Galabra lyra: idest enniana: alii oratianam intelligunt: cū Oratius ipse ait se dubios fines incoluisse: & non plane dignosci an calaber sit an appulus Scæna catulli facundi: idest amœna & plena uoluptatis lectio. Fumoso decembri. i. saturnalibus. Sub mense: idest apte mittuntur in saturnalibus. Oratius: Age libertate decembri.

Ad Gelliam.

Si quando leporem mittis mihi gellia dicis
Formosus septem marce diebus eris.
Si non derides: si uerum lux mea narras:
Edisti nunquam gellia tu leporem.

Ad Varronem.

Varro sophoclæo non inficiande cothurno:
Nec minus in calabra suscipiende lyra:
Differ opus: nec te facundi scæna catulli
Detineat: cultis aut elegia comis.
Sed lege fumoso non aspernanda decembri
Carmina: mittuntur quæ tibi mense suo:
Commodius nisi forte tibi: potiusque uidetur
Saturnalitias perdere uarro nuces.

De ludo puerorum cum iuuencis.

Aspice quam placidis insultet turba iuuencis:
Et sua quam facilis pondera taurus amet.
Cornibus hic pendet summis: iugus ille per armos
Currit: & in toto uentilat arma boue.
At feritas immota riget: non esset harena
Tutior: & possent fallere plana magis.
Nec trepidant gressus: sed de discrimine palmæ
Securus puer est sollicitumque pecus.

De Crispo.

Quadrantem crispus tabulis faustine supremis
Non dedit uxori: cui dedit ergo? sibi.

In Causidicum.

Carpere causidicus fertur mea carmina: qui sit
Nescio: si sciero ue tibi causidice.

Spice. Spectaculū taurorum pugnantium insidentibus pueris ei proximum uidetur: quod thessali equites in theatro auctore Tranquillo domantes feros tauros: quibus insidebant inde que desiliētes cornibus deducebāt ad terram: sed hic de pueris epigramma est. Placidis iuuencis: mā suetis. Sua pondera: idest pueros insidentes. In toto boue: idest per omnem partem bouis. Harena: theatrum. Tutior pueris magis fallere uestigia puerorum: idest facilius laberentur per harenam q̄ cū tauris insidunt. Est securus: idest non est sollicitus neque anxius de futura uictoria: sed pecus.

Vadrantem. Crispus luxu omnia perdiderat moriens nihil reliquit uxori: ait poeta non esse mirandum: si nihil dederit uxori: quoniam omnia sibi idest suo uentri dederat. Supremis tabulis: idest testamento. Sibi: idest uentri suo dedit.

Anc. Amisit Herotionem puellam natam domi ex seruis mortuam prosequitur hoc epigrámate alloquens Frontonem & Flacillam parentes suos: quibus umbram puellæ commendat: nam illi iam erant extincti. Ora prodigiosa. i. Cerberi tricipitis. Herotion a sanitate amoris nomen finxit Mart. nam heros herotos significat amorem. Fuit impletura: idest impleuisset. Frigora sextæ brumæ: idest sextum annum. Patronos: Flacillam & Frontonem qui ei sunt ueteres patroni. Garriat: pueriliter exprimat. Ore blæso: balbutienti. Illa: puella non fuit tibi grauis: quia cũ calcabat te leuissima adhuc erat puella.

Vum sibi. Euclidem græcum deridet: qui ut sederet gradu. xiiii. méntiebatur & diuitias: & genus: sed dum contenderet cum Lectio: qui eum excitabat e. xiiii. gradu defluxit repente clauis ex sinu: nam omni carebat familia Euclides ipse sibi famulus erat: & ianitor: unde deprehensum est ab omnibus eũ mentiri. Patrensibus: patræ peloponnési oppidum hic indiderat nomen a patria fundis. Corinthio suburbano: idest ex agro corinthio in suburbio. Læda pulchra: idest dicebat se ducere genus a Læda lacæna. Suscitanti: eum surgere cogenti. Nunquam fuit nequior: quæ eo tempore indicauerat dominũ carere familia: cum diuitias iactabat.

Vella. In Petum qui lugétem Martialem mortem Herotionis accusabat: monebatque eũ debere esse forti animo suo exemplo: qui quáuis uxorem locupletem amisisset tamen non lugebat. nihil inquit poeta fortius est nostro Peto: qui quáuis. cc. sestertia morte uxoris tetigerit: tamen uiuit: neque angitur: propterea hoc ironice dictum est: & per cauillum. ostendit enim Martialis eum non lugere: quia lætetur potius uxoris morte ob magnam hæreditatem: quã doleat. Puella: Herotion. Cygnis senibus. iam morituris: tunc enim optime canunt: uel senibus. i. canis ppter candorẽ: nã hoc epitheton est ppetuũ apud hũc poetã. Galesi phalẽtini. i. Tarẽtini.

De Herotionte.

Hanc tibi fronto pater genitrix flacilla puellam
Oscula commendo deliciasque meas.
Pallida nec nigras horrescat herotion umbrás
Oraque tartarei prodigiosa canis.
Impletura fuit sextæ modo frigora brumæ:
Vixisset totidem ni minus illa dies.
Inter tam ueteres ludat lasciua patronos:
Et nomen blæso garriat ore meum.
Mollia nec rigidus cespes tegat ossa: nec illi
Terra grauis fueris: non fuit illa tibi.

De euclide.

Cum sibi redire de patruelibus fundis
Ducenta clamat coccinatus euclides
Corithioque plura de suburbano
Longumque pulchra stemma repetita læda
Et suscitanti letio reluctatur
Equiti superbo nobili locupleti.
Cecidit repente magna de sinu clauis.
Nunquam fabulle nequior fuit clauis.

Ad Faustinum.

Laudatus nostro quidam faustine libello
Dissimulat quasi nil debeat: imposuit.

De Herotionte puella.

Puella senibus dulcior mihi cygnis
Agna galesi mollior phalantini
Concha lucrini delicatior stagni.
Cui nec lapillos præferas erythreos
Nec modo politum pecudis indice dentem
Niuesque primas: liliumque non tactum
Quæ crine uincit bætici gregis uellus

Maris erithræi: rubri maris: ideſt margaritas: qui ruffus erat in ſpeciem auri: quo colore oues bæticæ habent laná. Nitella: erat mica pulueris auri inter harenas. hoc uerbo uſus eſt Solinus in collectaneis: ut dicas puellam uiciſſe colorem harenæ rheni crinibus: quæ harena eſt aurifera. Si legis mitella exemplo Virgilii: Graia redimita mitella: dices puellá ſuperaſſe dignitatem criniũ germanorũ: qui & torti ſunt: ut ſupra: Crinibus in nodum torti uenere ſicambri: & mitella aurea tegunt. Iuuenalis: Reticulũque comis auratũ ingentibus

Rhenique nodos: aureamque nitellam
Fragrauit ore quod roſarium pæſti
Quod atticarum prima mella cærarum.
Quod ſuccinorum rapta de manu gleba
Cui comparatus indecens erat pauo.
Inamabilis ciris & infrequens phænix
Adhuc recenti tepet herotion buſto.
Quam peſſimorum lex auara fatorum
Sextam peregit hiemẽ: nec tamen totam
Noſtros amores gaudiumque luſuſque.
Et eſſe triſtem me meus uetat pætus.
Pectuſque pulſans pariter & comam uellens.
Deflere non te uernulæ pudet mortem.
Ego coniugem inquit extuli: & tamen uiuo.
Notam ſuperbam: nobilem: locupletem.
Quid eſſe noſtro fortius poteſt pæto?
Ducenties accepit: & tamen uiuit.

In Calliodorum.

Calliodorus habet cenſum: quis neſcit? equeſtrem
Sexte: ſed & fratrem calliodorus habet.
Quadringenta ſecat: qui dicit ſic americe.
Vno credis equo poſſe ſedere duos?
Quid cum fratre tibi: quid cum polluce moleſto?

implet. placet ut intelligas nodos rheni cincinnos: & capillos germanorũ & nitellam auream micantem in harenis. Fragrauit: redoluit. Atticarum: cærarum ideſt mel hymetiũ. Gleba ſuccinorũ ideſt electri: quia fragrat cum frãgitur electrum. Sciurus: animal eſt magnitudine gliris pilo ſubruffo: cauda totum corpus tegens: unde ſuum nomen accepit: nam σκια umbram ſignificat & ουρα caudam: nam cauda umbram ſibi facit.

Erit frequens: ideſt ita uilis erit ut multæ phœnices eſſent. Sed tamen uiuo: hic ſenſus placet ut intelligas Pætũ amiſſa uxore locuplete ſimulaſſe luctum: cum tamen lætaretur: & uſum eſſe hoc uerbo apud Martia. q. accuſantem eũ ꝙ lugeret cum ipſe uiuat amiſſa uxore. Ducenties: ſeſtertia: & tamen uiuit: alludit ad hoc uerbum uiuo quod ſupra dixerat Pætus ſimulans dolorem morte coniugis.

Alliodorus. Contendebat ſibi eſſe oportere locum in equeſtri ordine cũ haberet quadringenta: poeta ait hunc quidem habere quadringenta: ſed habere & fratrem diuiſum: igitur cenſum non ſatis eſſe duobus equitibus: conſuluit præterea ut ſi equitis locum uult retinere imitetur Caſtorem & Pollucem ut ſcilicet alternis diebus ſedeat cum fratre: non poſſe enim ambos eodem tempore ſedere tanquá equites. Cenſum equeſtrem: ideſt quadringenta. Sicamerize: prouerbium græcum tractum a fratribus diuidentibus bona: qui eo uſque minima quæque diuidi poſtulant: ut ficorum partem diuidi uelint: non poteſt igitur inquit poeta qui fratrem habet uideri ſolus habere totũ cenſum: cum frater noto illo uerbo uti ſoleat in diuidendis bonis συκαμεριζε ideſt diuide ficos. alii codices habent ita iſamerize: ideſt æqua portione diuide: quod placet. Qui dicit: ille frater qui dicit ſitamerize: ideſt diuide ficos: multo magis petet diuiſionem quadringentorum. Pollux: pugil: Caſtor domitor equorum fuit: hoc eſt alter pugili: alter equeſtri certamine pugnabat. Bis hoc repetitũ eſt ab Homero uno uerſu: & a noſtris poetis uerſum in latiná uocé. ponit igitur hoc modo Mart. Pollucem pro fratre: Caſtoré pro equite. Moleſto. ſ. tuæ dignitati.

Tu eras Caſtor.i.tu potuiſſes haberi eques. Si non eſſet Collux:hoc eſt ſi non haberes fratrem. Solœciſmũ facis:unus enim ſedetis:ſolœciſmus eſt:quia dici latine non poteſt unus ſedetis:in quo urbaniter iocatur. Lædæ:Caſtorem & Pollucé:qui inuicé ſuccedunt ita facias tu Calliodore ſedeatis alternis diebus:hoc ſimplicius é:q̃ ſi acerbitaté dicti ĩmiſcueris:ut ĩntelligat poeta Calliodoꝝ oportere mori & deſcendere ad ĩferos:aut certe frẽm idé facere:ſi alteruter uult eſſe eques:ut alter alteri ſuccedat:ut ınicem ſuccedũt Caſtor & Pollux.

Non eſſet pollux:ſi tibi caſtor erat.
Vnus cum ſitis:duo calliodore ſedetis.
Surge ſolœciſmum calliodore facis.
Aut imitare genus lædæ:cum fratre ſedere
Non potes:alternis calliodore ſede.

In carinum.

Supremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas carine miſi
Hybleis madidas thymis placentas.
Defeci:miſerere iam carine:
Signa rarius aut ſemel fac illud.
Mentitur tua quod ſubinde tuſſis.
Excuſſi loculoſque ſæculumque
Cræſo diuitior licet fuiſſem:
Iro pauperior forem carine:
Si concham totiens meam comeſſes.

Ad arthemidorum.

Pinxiſti uenerem colis arthemidore mineruam:
Et miraris opus diſplicuiſſe tuum.

In dimidium.

Spadone cum ſis euiratior fluxo

Vpremas. Captauerat hæreditaté Carini Martialis a quo ut ſcriberet hæres miſit ſæpenumero liba:eo præſertim té pore:quo conderet teſtamentum:quod tricies uno anno iam fecerat:nunc tuſſi uidebatur moriturus ut .ſ.mitterent iteꝝ munera Martia. ait ſe nihil habere amplius quod mittat:ꝙ ſi uelit habere placentas condat ſemel teſtamentũ:& non totiés.i.moriat. Placentas madidas:unctas.

Hyblæis thymis.i.melle ſiculo. Signáti ſupremas tabulas.i.teſtamentũ. Defeci.i.exhauſtus ſum:quia non habeo amplius quod mittá. Miſerere inopiæ meæ.i.morere tandem.

Conchis:faba uiridis:de qua in diſtichis:Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta:Lautoꝝ cœnis ſæpe negare potes.Ita puto legédũ apud Iuue. Cuius conchæ tumes. Irus:notus eſt carmine Homeri ĩ odyſſea hic olĩ Arneus dicebat:poſtea dictus é Irus a garulitate mendicádi:nã ηρεω græce latine é loqui.eũ binominé appellauit Ouidius:Fortuna binominis Iri.Proceri qdé corporis & ignaui hũc fuiſſe Homerus teſtat:plura ĩ ibĩ diximus. Creſus rex lydiæ ditiſſimus:cuius diuitias cũ alii multi exponũt tamé Herodotus ĩ primis

Comeſſes.i.cõediſſes totiés conché uilis precii cibũ quotiés placétas & lyba q̃ precioſa ſt.

Padone.In Didimũ ſpadoné hic contédebat ſibi locũ deberi ĩ eqtũ conſeſſu:diuitias aũt compauerat ducta uxore:quá alii ſubagitabát.diuité fuiſſe alibi teſtat poeta:Plus habuit Didimus plus Philomelus habet:ſpadoné ité:Si non foret ſpado Didimus & Coreſus:poeta ait ſe iá hr̃e exploratũ Didimũ non poſſe ſedere inter maritos an ĩnter eqtes poſſit ſe uiſurũ:p qđ oſtédit eũ nimiũ arrogáter poſcere locũ ĩter eqtes cũ ſedere non poſſit ĩter maritos ſpado & caſtratus. Loqueris theatra.i.ſupbo ore uſurpas ſermoné de theatro:

Gradus:ordiné ſedédi. Edicta:ad hoc potiſſimũ rettulit:qđ edixit Domi. ne qs ĩ.xiiii. gradu ſederet niſi eqtes. Trabeas:rubras ueſtes. Idus:dies feſtos:ná idus feſtos Iouis noĩe antiqtas ſáxit:auctor é Macro.ĩ ſaturnalibus:qđ eé ĩtellexit poeta:cũ ſupra dixit:Idibus & raris ſũpta é tibi toga Kalédis. Fibulæ:ĩduméta erát hiſtrionũ:qbus uirilia tegebant:hic ꝑ ueſtibus theatralibus.placet legas fabulas.i.actiones ſcænicas. Cenſus:reditus tanq̃ eés dignus eques. Fluxo ſpadone:an fluxo ꝑ ꝓprio noĩe accepit:an ſpadoné fluxũ ĩtelligit eũ q mollis ſpado ſit.Fluxi enĩ molles dicunt a luxu uel a fluédo. Euiratior:effœminatior.

Concubino celenæo.i.Athi phrygio puero Cybelis. Celenæo:celene opp.Phrygiæ.Papi. Noffet & illustres satyro pendẽte celenæ. Gallus:sacerdos castratus. Entheæ matris:Cybeles:quæ sacerdotes in furorẽ uerteret:nã in sacris sacerdotes Cybelis ululatu requirebãt Athim:quẽ olim Cybeles amauerat.Enthei aũt dicunt deo pleni.i.furentes.Papi. Musam entheã appellauit.Licet enthea uati exuperet piplea sitim. Videbo:cogitabo an possis sedere inter equites:nam inter maritos non potes:quoniã es spado:erat enim ordo maritorum in theatro ab Augusto olĩ constitutus:quod Trãquillus scribit: unde & poeta ex hoc iocatur.

Et concubino mollior celeneo
Quem sectus ululat matris entheæ gallus
Theatra loqueris: & gradus: & edicta.
Trabeasque & idus fibulasque censusque.
Et pumicata pauperes manu monstras.
Sedere in equitum liceat an tibi scãnis.
Videbo dindime: non licet maritorum.

Amicis esse donandum.

Callidus effracta nummos fur auferet arca
Prosternet patrios impia flamma lares.
Debitor usuram pariter sortemque negabit:
Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica.
Mercibus extructas obruet unda rates.
Extra fortunam est: quicquid donatur amicis:
Quas dederis: solas semper habebis opes.

De thaide & lecania.

Thais habet nigros: niueos lecania dentes
Quæ ratio est? emptos hæc habet illa suos.

In dentonem.

Quid factum est rogo: quid repente factum?
Ad cœnam mihi dento quod uocanti
Quis credat: quater ausus es negare.
Sed nec respicis: & fugis sequentem.
Quem thermis modo quærere & theatris
Et conclauibus omnibus solebas.
Sic est: captus es unctiore cœna.
Et maior rapuit canem culina.
Iam te sed cito cognitum & relictum
Cum fastidierit popina diues
Antiquæ uenies ad ossa cœnæ.

Allidus. Notũ argumentũ ex his uerbis laudat munificentiã: & eas opes perpetuo seruari affirmat: quæ amicis dãtur cũ omnes aliæ diuitiæ incertis fortunæ casibus eripi possint. Debitor: apud quem habueris pecunias: & qui debet tibi. Extra fortunam: extra casus fortunæ. Quæsiuit acumen ex his duobus uerbis dare & habere: nam quod das non uideris habere: & tamen habes: ut ait poeta quod das amicis.

Hais. Duæ meretrices habebant dentes nigros: altera candidos: altera scilicet lecania emptis enim utebatur: ut candidos haberet: quasi dicat si Lecania haberet suos nigros haberet etiam ipsa.

Vid factum. In Dentonem qui cum paulo ante soleret captare cœnam Martialis quãuis parua esset: & frugi nunc a ditioribus impetrata cœna Martialem aspernabatur: ait poeta quamuis Dento aspernetur meam cœnã: tamen non deposuit illud studium mensæ captandæ sed hoc agit ritu canis: qui pinguiores & unctiores culinas solent semper sequi. Sed nec respicis me: & fugis me sequentem. Conclauibus: nã conclaue cœnationem significat ut Cicero docet cœnationibus. Sic est: ut cogito. Ad ossa: permanet in translatione canis: sperneris enim ab illis.

Icis.Baſſa tribas erat:& fututor:ut poetæ uerbo utamur:ꝗ ſupra dixit:Eſſe uidebaris fateor Lucretia nobis:At tu proh facinus baſſa fututor eras:cũ ſit puella:inqt Marti. quare dicit ſe puellá qa non eſt:eſt ení fututor:ná q̃uis uera dicere uideat̃ cũ dicit ſe puellá dicit id qđ non eſt:quia non puella eſt:ſed fututor:& ſe uirũ agit ſæpe quũ ſit fœmina.

Aſia.Inuitũ & recuſanté Diadumenũ oſculabat̃:& precibus nonnũq̃ impetrabat oſculũ dicit ſe hoc agere de induſtria:ná ita aſſequit̃ oſcula & puer non amat Martialé:ut aliqd poſſit poſtulare tanq̃ ei amicus. Cædo:uincor a te. Non timeas me:ut non recuſes oſcula mea.

Nec ames:nec ſis amicus:& ꝓpterea exigas aliqd:ná ſi amaret tanq̃ amicus ſemper aliquid exigeres.

Vnq̃.Philo iurat ſe nunq̃ domi cœnaſſe:quod uerũ eſt:quoniá non coenat quádo non eſt uocatus ab aliis.q.d.non eſt qđ ſemp inuitet̃ ita ut nunq̃ poſſit domi coenare:ſed quoniam coena abſtinet:quando non eſt uocatus.

Id non.De eadem re ſupra eſt epigramma hos tibi phœbe uouet.Illic puer nouerat ſe dicaturũ crines Phoebo:cũ primũ Aulus pudens ad primipilaré dignitaté perueniret:nũc creatus eſt primipilaris:puer dãnatus uoti condit crines Aulo non ꝓhibéte:ſed tamé doléte. Quid non cogit amor. Virgilii imitatio. Sic ceſſit habenis.i.dedit currum. Queſtus:conqueſtus đ phætonte. Hylas talis raptus:an rettulit hoc ad id qđ Hercules monuerat:ne iret aq̃tum:ſed cũ ille peteret ob amoré ceſſit:An intelligit cũ raptus fuit ab Hercule:ná pr̃ Thiodamas in bellũ aduerſus Herculé qui eius boues necauerat Hylá filiũ ſequenté monuit:ut domi maneret ipſo id poſtuláte pr̃ ceſſit:unde raptus é ab Hercule uictore:q ea í pugna fuit uulneratus uſus ení ope Deianyræ uxoris.Auctores ſũt Sophocles í trachiniis:& íterpres Apollonii in argonauticis.Probus dixit tantũ hylá Thiodamátis filiũ fuiſſe reliq̃ hiſtoria omiſſa:Et Propertius Hylá Thiodamanteũ appellauit a pr̃e. Depréſus Achilles:Achilles latuit apđ lycomedé:ne accederẽt ad troiá nr̃a hiſtoria nec enodat̃.Breuibus capillis:ꝗ.ſ.ſit ꝑpea grãdis.Ná grãdiores & exoleti breuiores hént crines. Pro tãto munere:q̃to ꝓſecutus eſt.

Idiſſé Deridet Labienũ:q caluá duobus í locis capillis fultá & opertá hébat:reliq̃ area nuda:& cũ unũ eét caput tria uideret̃:monet ut uitet porticũ Philippi ubi pictus é hercules:ná ſi eũ uiderit putabit gerioné:q tricorpor dr̃ fuiſſe:& eũ necabit.Caluæ:tui capitis

In baſſam.

Dicis formoſam dicis te baſſa puellam:
Iſtud quod non eſt:dicere baſſa ſolet.

Ad Diadumenum.

Baſia dum nolo:niſi quæ luctantia carpſi
Et placet ira mihi plus tua:quam facies.
Vt te ſæpe rogem cedo diadumene ſæpe
Conſequor hoc:ut me nec timeas:nec ames.

De Philone.

Nunquam ſe cœnaſſe domi philo iurat:& hoc eſt
Non cœnat:quotiens nemo uocauit eum.

De encolpo.

Quid non cogit amor:ſecuit nolente capillos
Encolpus domino nec prohibente tamen.
Permiſit fleuitque pudens:ſic ceſſit habenis
Audaci queſtus de phætonte pater.
Talis raptus hylas:talis depenſus achylles.
Depoſuit gaudens matre dolente comas
Sed tu nec propera:breuibus nec crede capillis.
Tardaque pro tanto munere barba ueni.

Ad Labienum.

Vidiſſem modo forte cum ſedentem
Solum te labiene:tres putaui
Caluæ me numerus tuæ fefellit:
Sunt illinc tibi:ſunt & hinc capilli.
Quales nec puerum decere poſſint
Nudum eſt in medio caput:nec ullus

Longa area: spacio. Panarea: Domitianus in saturnalibus auctore Tráquillo equitibus & senatoribus panaria distribuit: Oblonia plebi sportellis. Panarium auctore Varrone loculus dicitur in quo panis seruatur. hanc historiam canens Papi. ait Hi panaria candidasque mappas Subuectant epulasque lautiores: Philippi: Martii: Philippus q téporibus Augusti condidit ædé Herculis: queádmodú. L. Carnificiusl ædé Dianæ. huius ædis meminit ét Ouidius i fastis extréi opis uersibus: & Tráql. i Augu. Peristi: ná te necabit putás Gerioné.

In longa pilus area notatur.
Hic error tibi profuit decembri
Tunc cum prandia misit imperator
Cum panariolis tribus redisti.
Talem gerionem fuisse credo:
Vites censeo porticum philippi.
Si te uiderit hercules: peristi.

In Charopinum.

Cœno domi quotiens nisi te charopine uocáui
Protinus ingentes sunt inimiciciæ.
Meque petis stricto medium transfigere ferro:
Si nostrum sine te scis caluisse focum:
Nec semel ergo mihi furtum fecisse licebit:
Improbius nihil est hac charopine gula.
Desine iam nostram precor obseruare culinam.
Vtque aliquando meus det tibi uerba coquus.

Ad Ruffum.

Hic qui libellis pergrauem gerit leuam
Notariorum quem premit chorus leuis
Qui codicillis hinc & inde prolatis
Epistolisque commodat grauem uultum
Similis catoni tullioque brutoque.
Exprimere ruffe fidiculæ licet cogant
Aue latinum χαρε non potest græcum
Si fingere me istud putas: salutemus.

In Posthumum.

Quæ mihi præstiteris memini: semperque tenebo.
Cur igitur taceo posthume tu loqueris:
Incipio quotiens alicui tua dona referre
Protinus exclamat: dixerat ipse mihi.
Non belle quædam faciunt duo: sufficit unus
Huic operi: si uis ut loquar: ipse tace.
Crede mihi quãuis ingentia posthume dones

Oeno domi. Protinus: statim petis me transfugere ferro: auget eá gulá. Sine te: te non inuito. Improbus: insatiabilis Det uerba tibi. i. decipiat te: dicens me non cœnare domi: cum tamen coené: iocus est ex elocutione. Dare uerba: ná quis uideatur significare suppeditar uerba significat decipere. Idem supra: Cui nihil ipse dabas hic tibi uerba dedit

Ic qui. In Pontilianú cuius mores agrestes & inhumanitaté accusat: qui nunq́ resalutat. infra dicit: Sæpe salutaris nunq́ prior ipse salutas: Sic erit æternum Pontiliane uale Leua: sinistra. Libelli: libelli erant scripta quæ mittebantur principi ad aliquid impetrandú: & libelli erant scripta iudiciaria. Eschines Demosthené ita incedenté cú eiusmodi libellis deridet ea oratióe quæ iscribit de falsa legatione. Premit: obsidet undique. Graué uultú. i. supercilliú. Fidiculæ: dicút tormenta a fide. i. chorda qua uinciebantur qui erát in questione.

Væ. In Posthumú: q collata Martiali munera apud oés prædicabat ait poeta se silere non obi gratitudiné: sed qa ista cómemoratio beneficii non potest cómode a duobus fieri ab altero: & beneficiorú gratiá tali exprobratio ne perire. Tenebo: i memoria. Ipse. i. Posthumus Dixerat: mihi te præstitisse hæc beneficia. Si uis ut loquar: te dedisse mihi beneficia.

Pereunt: amittunt gratiam.

Olchida. In Bassum qui cum male scriberet & malum faceret poema: sumpserit tragicam materiam: & scribebat fabulam Medeæ Thyeste Niobes uersæ in saxum: Andromaches uxoris Hectoris: consulit poeta ut sumat potius Deucalionis materiã uel Phæthontis: alludens ad incendium: & per iocum ostendens eius poemata digna esse aut aqua aut incendio. Colchida: fabulam Medeæ. Thye?tem: fabulam: Thyeste. Deucalion: tempore diluuii fuit: & ponit eum pro diluuio: nam ineptum carmen sæpenumero dicit aquis dignum. Alibi: Non aliter mitti debuit iste liber. alibi: Vis puto cum libro marce natare tuo.

Xtẽporalis. In Apollodorum: qui quoscũque salutaret scribebat ob imbecillitatem memoriæ: de quo supra: Quintum pro decimo: nunc utrũque suo salutat nomĩe Scripsit & edidicit: nunc autem salutauit Calphurnium recto nomine: miratur uim ingenii martialis irrisione: mirandum inquit est: Apollodorus factus est extemporalis. Extemporales oratores respondebant proinde ac si essent meditati: præceptũ extat Quint. de oratione extemporali paranda.

Dic mihi. In aquilã pictam Ioue insidente: quem ipsa hiãti rostro respiciebat. O regina: idest o aquila quæ es regina uolucrum. Tonantẽ: uerbum aquilæ. alibi eiusdem meminit.

Vi. Notat figurate tẽpora sua mart. nam cum bonis artibus non sit locus: consulit lupo ut tradat filium erudiendum: aut citharœdis: aut choraulis. At si uidetur duri ingenii faciat eum aut præconem: aut architectum. Nihil sit illi: idest nihil habeat commune. Rutilium: illũ intelligo qui tantæ æstimationis apud romanos fuit: ut eius opus ædificiorum iusserit in senatu recitari Augu. Architectum: architecti magistri ædificiorum dicuntur neque ars contemnenda est: sed hoc ut puto inuidiose dixit poeta cum Domitianus ad instauranda ædificia plurimum impenderet: & propterea architecti in precio essent poetis contemptis.

Auctoris pereunt garrulitate sui.

Ad bassum.

Colchida quid scribis quid scribis amice thyestem?
Quid tibi uel niobe basse uel andromache?
Materia est: mihi crede: tuis aptissima chartis
Deucalion: uel si non placet hic phæton.

De rhetore.

Extemporalis est meus rhetor.
Calphurnium non scribit & salutauit.

De aquila.

Dic mihi quem portes uolucrum regina tonantem?
Nulla manu quare flumina gestat: amat.
Quo calet igne deus: pueri cur mittis aperto
Respicis ore iouem: de ganymede loquor.

Ad lupum.

Cui tradas lupe filium magistro
Quæris sollicitus diuque rogas.
Omnes grammaticosque rhetorasque:
Deuites moneo nihil sit illi
Cum libris ciceronis: aut maronis
Famæ rutilium suæ relinquat.
Si uersus facit abdices poetam.
Artes discere uult pecuniosas.
Fac discat citharædus aut choraules.
Si duri puer ingenii uidetur:
Præconem facias: uel architectum.

Vm Voco. Cinna cum uocabatur a Martiale dominus: putabat id fieri dignitate sua: & merito at Martialis quotiens aliquid uolebat ab aliquo impetrare eũ dominum & regem appellabat: inquit igitur non appello te dominũ ꝙ eo nomine sis dignus: sed ut impetrem aliquid: quod etiam facio in meo seruo: cũ uolo aliquid ab eo blandiendo impetrare Placere tibi. i. noli te efferre. Regem & dominũ appellabant aliquid captãtes: Ita alibi ait se appellasse Priscum sperans aliquid quum non nosset eum auarum.

Ad cinnam.

Cum uoco te dominum: noli tibi cinna placere:
Sæpe etiam seruum sic resaluto tuum.

Ad posthumum.

Cras te uicturum: cras dicis posthume semper:
Dic mihi cras istud posthume quando uenit?
Quam longe cras istud ubi ẽ: aut unde petendum.
Nunquid apud parthos: armeniosque latet?
Iam cras istud habet priami uel nestoris annos.
Cras istud quanti dic mihi posset emi?
Cras uiues: hodie iam uiuere posthume serum est.
Ille sapit quisquis posthume uixit heri.

Ad stellam.

Quod non argentum quod non tibi misimus aurũ:
Hoc facinus causa stella diserte tua.
Quisquis magna dedit: uoluit sibi magna remitti:
Fictilibus nostris exoneratus eris.

Ad detractorem.

Allatres licet usque nos & usque:
Et gannitibus improbis lacessas:
Certum est hanc tibi pernegare famam:
Olim quam petis in meis libellis.
Qualiscunque legaris ut per orbem
Nam te cur aliquis sciat fuisse?
Ignotus pereas miser necesse est.
Non deerunt tamen hac in urbe forsan
Vnus: uel duo: tresue: quattuorue.

Ras. In posthumum qui eam uitam quam supra scripsit Mart. differebat: eodem arguméto supra ẽ epigrãma: Sera nimis uita ẽ crastina uiue hodie. Victuꝝ cras. i. discessuꝝ a curis & datuꝝ operã honestæ uoluptati. Quanti posset eni. q. d. facile posset comparari abs te.

Vod non. Vasa fictilia ante argẽti & auri usum ĩ precio erãt: nec usquequaque repudiata sũt iuẽtis uasis aureis: & argenteis nã patia fictilis ꝑmãsit mẽsæ: unde tripatenea est dictũ ut Fenestella Id aũt erat una patina murenaꝝ: altera lupoꝝ: tertia missionis piscis. et Vitellius. cc. sestertiis patinã parasse dicit fornace extructa in cãpis. Rhegiæ & cumanæ patinæ præstãtiores erant reliqs: nunc Mart. misit Stellæ patinã fictilẽ: & causam ostendit quare neque auꝝ neque argentũ miserit: qđ ẽt supra dixerat: Odi dolosa munera & malas artes. Do plus: ego iqt Mart. tibi plus dedi Stella ꝙ fictile uas misi: q̃ si misissẽ aut argẽtũ aut auꝝ: nam si ea accepisses coactus esses rõne gratitudĩs paria aut maiora mittere: nũc cũ patinã fictilẽ accepis exigui precii: eris liber onere remittendi aliqd. Tua cã: ꝑpter te. Exoneratus: liberatus onere remittendi.

Llatres. In maledicum cuius nomen negat se carmine unq̃ indicatuꝝ. licet ille perpetua maledicentia eũ lacessat: uult enĩ ꝑire ignotũ & miseꝝ. hoc conuenit ĩ Mamercũ: de quo supra ẽ epigrãma: Vt bene loquat̃ sentiatque Mamercus. Est mihi certũ. i. constitutũ ẽ mihi. Gãnitibus. i. maledictis. Lucretius: Gãnitu uocis adulter. Iuuenalis trahẽs uerbum de uoce uulpis: Appula gannit Sicut in amplexu. Pernegare: nunq̃ concedere. Fuisse: te uixisse: quia nihil distat a morte silentium uitæ: ut Hannibal apud Silium: Quantum etenim distant a morte silentia uitæ. Ignotus: non notus carmine meo.

Qui uelit rodere tuam pellem caninam: ideſt qui te ulciſcatur maledictis. Vngues per ſtat in metaphora. Scabie: ab iſto tuo pruritu iurgiorum & rixarum.

Riſpulus. Marianum imprudentiæ accuſat: qui putet quendam iuuenem mollem & Criſpulum procuratorem eſſe uxoris cũ ſit adulter. Criſpulus. i. iſte comatus. Premit ſellam. i. incumbit ſellæ uxoris: nam mulieres ſella utebantur. Martialis: inter fœmineas tota qui luce cathedras Deſidet. Oratius: Diſcipularum inter ĩbeo plorare cathedras.

Pellem rodere qui uelint caninam
Nos hac a ſcabie tenemus ungues.

In Marianum

Criſpulus iſte quis ẽ: uxori ſemper adhæret
Qui mariane tuæ: criſpulus iſte quis eſt?
Neſcio quid dominæ teneram qui garrit in aurem:
Et ſellam cubito dexteriore premit.
Per cuius digitos currit leuis annulus omnes.
Crura gerit nullo qui uiolata pilo.
Nil mihi reſpondes? uxoris res agit inquis
Iſte meæ: ſane certus & aſper homo eſt.
Procuratorem uultu qui præferat ipſo:
Acrior hoc chiuis non erit aufidius.
O quam dignus eras alapis mariane latini
Te ſucceſſurum credo ego pãniculo.
Res uxores agit: res nullas criſpulus iſte:
Res non uxoris: res agit iſte tuas.

Ad hoſpites.

Iure tuo nr̃is maneas licet hoſpes in hortis:
Si potes in nudo ponere membra ſolo.
Aut ſi portatur tecum tibi magna ſuppellex
Nãm mea iam digitum ſuſtulit hoſpitibus.

Iuuenalis de mulier̃: Conducit comites ſellam ceruical amicas. Currit: fluit Violata nullo pilo. i. expilata. Certi: dicuntur fideles. certi item qui ĩſupercilio grauitatem tuentur. certi præterea: quos nulla ratio rei gerendæ fallit: ut certum ſagittatorem dicemus dirigentã ſagittam in ſignum: & ita accepit hoc loco Martialis. Chius aufidius: duo fuerũt aufidii inter alios: alter Aufidius Luſcus: qui ex decuria ſcribarũ factus ẽ prætor: alter fuit mœchus notiſſimus: de quo Iuuenalis: Notior aufidio mœchus notiſſimus celebrare ſolebas: qđ taceo: & de hoc eodem loqtur Mart. in hunc ſenſum Aufidius Chius mœchus notiſſimus non eſſet procurator aptior hoc: neque maiorem ſeueritatem præ ſe ferret: q̃ præferat iſte tuus Criſpulus o Mariane: ut per hoc oſtẽdat Criſpulũ eſſe mœchũ: ut Aufidius fuit. Procuratorẽ: grauitatẽ ꝓcuratoriã. Alapis latini: nã Latinus pulſando Pãniculũ riſum mouebat: ut ſupra: Quanto non ipſe Latinus Vilia panniculi percutit ora ſono. Succeſſurũ pãniculo. i. loco Panniculi pulſatũ iri a Latino: ut moueat riſum & ſis morio. Res tuas agit: ideſt res mariti: quia eſt mœcus tuæ uxoris: riſus eſt ex inuerſa elocutione: nam agere res ẽ negocia obire ut Marianus accipiebat Criſpulum agere res uxoris: Agere item res: alterius eſt partes ſuſtinere: & locum ſubire ut Martialis accipit mœchum agere res mariti.

Vre tuo. Conſũpta ſuppellectile ĩ hortis frequẽti hoſpitio ꝓponit hoc carmen ualuis hortoꝝ: quo hoſpitẽ uẽtuꝝ monet ſi uelit ĩ hortis ꝑnoctare afferat ſupellectilẽ: quoniã eã quã olĩ hẽbat iã ẽ attrita. at ſi inqt uti uolueris paremus hoſpitiũ cõi ſũptu: ego emi hortos tu affer ſupellectilẽ. Licet maneas: potes manere. In nudo ſolo. i. ĩ humo ſine ſupellectile. Digitũ. qđ ẽ qđ dicit mea ſupellex ſuſtulit digitũ hoſpitibus: nonnulli ſignũ libertatis ſoniãt: ut dicat mea ſupellex ſuſtulit digitũ hoſpitibus. i. liberata ẽ ab hoſpitibus qa uĩdicaris ĩ libertatẽ mos ſit tollẽdi digiti: at hoc non placet. Illḃ potius ſẽtio qđ tractũ ẽ a ueteri auctore: nã cũ res uẽdebãt: & alienabãt: q emebat declarãs ſe uictorẽ ẽptionis tollebat digitũ: ſit ergo ſẽſus mea ſupellex ſuſtulit digitũ hoſpitibus. i. hoſpites totã meã ſupellectilẽ abſũpſerũt tãq̃ ſuã: nã ſi dixeris hic liber ſubſtulit digitũ Titio hoc ẽ faciat ut Titius tolleret digitũ ꝓ ſe: Idẽ ẽ ac ſi diceres hic liber ẽ ẽptus Titio. auctores Cicero & Pompeius

Culcitra nec inanis:nam culcitræ referciebantur tomento:poeta ait sibi non modo esse plenam sed ne uacuam quidem. Fascia putris:hoc dicit propter lectum qui ante fascia aut reste solebat sustentari:ut Prophyrio eo loco ubi ait Oratius: Tenta cubilia: & Cicero defert ad coniectorem quendam somniasse se onustum pondere & fascia lecti sui cubicularis. Iacet:demissa est ad terram. Tamen:cum nulla sit supplex & habeo hortos communes.i.communi sumptu paremus hospitium. Instrue:para suppellecttilem.

Nulla tegit fractos nec inanis cul citra lectos
Putris & abrupta fascia reste iacet.
Sic tamẽ hospitium nobis commune duobus
Emi hortos plus est:instrue tu:minus est.

Ad Ponticum.

Quid sentis inquis de nostris marce libellis:
Sic me sollicitus pontice sæpe rogar.
Admiror:stupeo:nihil est perfectius illis:
Ipse tuo cedet regulus ingenio.
Hoc sentis inquis:faciat tibi sic bene cæsar:
Sic capitolinus iupiter:immo tibi.

Ad suos ministros.

Sextantes caliste duos infunde falerni:
Tu super æstiuas alcine funde niues.
Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo:
Lassenturque rosis tempora sutilibus.
Iam uicina iubent nos uiuere mausolea:
Cum doceant ipsos posse perire deos.

Quid.Deridet Ponticũ cuius libros non nunq̃ laudabat assentãdo cum tamen aliter sentiret quod iocando declarat. Sentis:iudicas. Admiror assentator. Regulus: cuius Pli.meminit in epistolis. Immo tibi:sic benefaciat Cæsar quia non bene sentio:nam. Immo tibi: sunt uerba Martialis auertentis adiurationem.

Extãtes.Reuocat animum in uoluptatẽ: & quasi nuper inspexisset in campo martio pyramides uocat Calistum & Alcymum pueros suos:uinũ & algentes aquas infundere iubet: quasi daturus operam uoluptati.Papinius dixit:lunge puer cyatos & enumerarẽ labora: tamẽ iubet afferri unguentum: & rosas:quia omnino instituerit adire ad relauationem & uoluptatem: cum per mausolea sepulchra ĩperatorum:qui nuper ĩspexit non modo cognouerit ipsos mortales extingui:sed etiam ipsos imperatores:qui uolunt dii appellari.Supra est hortatus amicum in hunc sensum:Sera uita nimis est crastina:uiue hodie. Alcymus:puer quem supra extinctum dixit & sepultum in labicana uia:nunc nomine continet. Aestiuas niues:quibus calda refrigerabatur:ut supra: & Iuue. Frigidior geticis petitur decocta pruinis:uinum collabatur. Nimio amomo:unguento: Rosis sutilibus:duo genera coronarum:aliæ pactiles:aliæ sutiles dicebantur. Sutiles coronæ fiebant ex foliis primum rosarum:demum inolescente lusu ex folio nardi.has coronas nominauit Martialis in cœna plena uoluptatis: quoniam sutilibus coronis tantum utebantur ad sacra saliorum & solennes cœnas. Rosaria corona in tanto indicio uoluptatis erat: ut cum Fuluius argẽtarius secundo bello punico conspectus esset e pergula spectare in forum coronatus rosacea corona in carcerem sit ductus. Mausolea tam uicina: quia mausolea tantum in caria esse solebant auctore huius operis Arthemisia uxore Mausoli:nunc autem erant etiam in campo marrio:nam Tranquillo auctore Aug.alterum uolumen rerum suarum uoluit tabula ænea describi ante mausoleum:& Strabo de eodem: In summo positũ est Cæsaris Augusti simulacrum ex ære fabricatum:sub aggere ipso sunt eius loculi: & cognatorum:& necessariorum:hoc igitur docebat deos posse perire:quia illic erant dei:idest imperator cum familia sepultus. Viuere: dare operam honestæ uolputati. Tam uicina quæ sunt in campo martio. Deos:idest imperatores:qui dei uolunt uideri.

Stra. Laudat ſpectaculum editum crocodillorum: q̄ Domitianus crocodillū dederit in harena ut ſcribit poeta: nundum comperi. illud hiſtoria habet Auguſtū dediſſe crocodillum in ſpectaculo: & auctor eſt Strabo in ultimo crocodillos allatos romā in ſpectaculū præbuiſſe uoluptatē tentiritis hominibus. i. qui tentirā inſulam ægypti īcolunt feras inſectantibus: nam ut colatur ī ægypto crocodillus ab omnibus ſoli tentiritæ & oderūt & perſequuntur: & in hoc ſpectaculo fides ē habenda Martiali de Domitiano. Apte comparat deificationem Herculis deificationi futuræ Domitiani: quoniam appellabatur Hercules maior. Ceroma caſtigatū. i. palæſtritam Antæū ſubactū Libycæ palæſtræ: Antæi libyci. Eryx: filius Veneris & Butæ: qui necabat hoſpites occiſus ab Hercule. Cacus: filius Vulcani interfectus ab Hercule. Nec rectas: per caudam. Quota pars. q. d. minima pars eſt tuorum laborum interficere hæc monſtra in theatro tuo. Quod maiora: monſtra: nā Domitianus multas feras conficiebat ī albano: ſed hæc puto referri ad ſpectaculum & Carpophorum: quē ſupra ita laudauit. Tua haſta. Carpophori. Pugna triplex: quia Gerion tricorpor & tribus generibus telorum utebatur. Licet: ideſt ſuo arbitrio commoueret antiquitas hydram: cum maiores ſint crocodilli. Feris niliacis quid facit. qua ex parte poteſt comparari hydra crocodillis.

Ad Cæſarem.

Aſtra polumque dedit: quāuis obſtante nouerca
  Alcide nemeæ rerror & arcas aper.
Et caſtigatum libycæ ceroma paleſtræ
  Et grauis in ſiculo puluere fuſus erix.
Siluarumque tremor tacita qui fraude ſolebat
  Ducere nec rectas cacus in antra boues.
Iſta tuæ cæſar quota pars ſpectatur harenæ?
  Dat maiora nouus prœlia mane dies.
Quot grauiora cadūt nemæo pondera monſtro?
  Quot tua mænalios collocat haſta ſues.
Reddatur ſi pugna triplex paſtoris hiberi:
  Eſt tibi qui poſſit uincere gerionem
Sæpe licet graiæ numeretur belua lernæ
  Improba niliacis quid facit hydra feris?
Pro meritis cælum tantis anguſte dederūt
  Alcide cito dii: ſed tibi ſero dabunt.

In Pontilianum.

Sæpe ſalutatus nunquam prior ipſe ſalutas
  Sic erit: æternum pontiliane uale.

De hirundine.

Hibernos peterent ſolito cum more receſſus
  Atthides: in nidis una remanſit auis.

Aepe ſalutaris. Diſtichon eſt in eū de quo ſupra dixit: Libellis prægrauem gerit leuam: Is eſt Pontilianus qui nunq̄ reſalutabat: agreſtem autem hominem & inurbanum hoc diſticho eludit. Vale eſt uerbum ſalutantis in diſceſſu: Vale æternum pontificale eſt uerbum quo in mortuos utebantur. Id Euander in Palātem uſurpauit apud Virgilium. Ancipiti igitur uerbo iocatur poeta: & quaſi uideatur recuſare ſe ſalutatum amplius Pontilianum: ait tu eris uale æternum cum tamen intelligat tu mihi eris mortuus: nam ut diximus uale æternum dicebatur in mortuum. Sic: hoc pacto cum nunq̄ ſalutes. Eris uale æternum: ideſt apud me tāq̄ mortuus eris.

Ibernos. Hirundines ex nido domeſtico euolantes unam illic reliquerunt: reuerſæ primo uere lacerarunt eam quæ remanſerat: hoc cum domi Martialis acciderit: edidit poeta epigramma: & ait debuit quidem lacerari hirundo: ſed tūc cū filiū Ithym diſcerpſit: nā Progne quæ hirūdo ē facta ſi credimus fabulis Ithym filiū Thereo pr̄i ī mēſā appoſuit: Ex fabula iocās epigrāma conficit. Attides: hirūdines a Progne quæ atheniēſis fuit.

Nefas:scelus quæ remanserat. Suæ uolucres:eiusdem generis aues hirundines. Profugam:hirundinem. Mater:Prognæ.

Rcton. Plebeiæ & impudicæ mulieres flauos crines gestabat:pudicæ nigros. Iuuēalis cū mulierē introducit cupientē celare indiciū pudicitiæ:Et nigrū flauo crinē abscondente galero. Mart. īpudicæ Lesbiæ misit comā germanicā. ob hoc inquit misi ut scires q̄to magis tui crines sint flaui. Comā:crines:Scires:cognosceres. Magis flaua:coma germanica ut ostendat īpudicitiā:uel certe dicit lesbiæ crines eē magis flauos germaniacis:ut ostēdat eē comměticos:qbus dū Lesbia similitudinē germanicoꝝ æmulatur & nimiū affectat reddidit eos adeo flauos:ut iā palā eēt eē commentitos & non ueros.

Ntoni. In gratiā Ciceronis exit epigrāma:dānato Antonio cuius scelere Cicero fuerat interfectus os & caput romanū. non ē inqt Mart. ꝙ speres silentiū tuis sceleribus Antoni:nā & si Ciceronē substulisti:q tua accusabat scelera:tamē oēs miserātes illius necesse īcipiēt ī te loq pro uno Cicerone. Obiectare nihil. i. q nihil potes exprobrare Potīo ægyptio q pompeiū īteremit:tu. n. es sceleratior. Romana ora. i. ī Cicerone lingua romana:unde supra dixit:Hoc tibi roma caput cū loquereris erat. Tabula: ꝓscriptione:nā una cū Lepido & Octauio multos proscripsit:& minus sceleris admisit:q̄ ī uno Cicerone quē īteremit. Catilina:dānatus a Cicerone cons. coniurationis. hoc non admisisset Catilina:q̄uis hostis Ciceronis. Impius miles:Pompilius Lenas picenus defēsus ī cā capitis ꝑcussor Ciceronis. Auro īfādo:auro scelerato:& una uox Ciceronis. Tibi. i. in tuam gratiam. Silentia preciosa:precio comparata a te. Loqui ī te ꝓ Cicerone:Cicero ī te īuectus ē editis philippicis:nūc omnes accusabunt.

Infusū. Syriscus ꝑ multoꝝ ānoꝝ īdustriā cēties sestertia ab eo a quo fuerat manuissus cōpillauerat. Is uagus & errabūdus īter fugitiuos caupones nautas:ut Iuuēalis ait:totā rē absūpsit:nūq̄ discūbēs una mēsa:adeo ut nūc ne uolēs qdē posset discūbere:cū preciū cœnæ non hēret:magna īqt poeta luxuria ē comesse cēties sestertia:sed maior adhuc non discūbere:cuius uerbi ābiguitate ita ludit:nā cū uideat̄ dicere maior ē luxuria non discūbere:qa Syriscus uagus totū cēties consūpserit nusq̄ discūbens:Ipse ītelligit maior luxuria ē non accubare. qđ ita cēties consūpserit:āplius non possit accubare. Syriscus:nomē ductū a syro:poetæ ꝑ syros seruos ītelligūt:ut Vir. syricā seruā. Quāto maior nec adhuc accubar̄ potes simpliciter ītelligere ut dicas magna ē gula comesse centies:sed longe maior ꝙ nusq̄ accubādo:aut discūbendo Syriscus cēties consūpserit. Vagus ꝑ popinas sellariollas:sellaria dicūt̄ loca domestica ad sedēdū tātū parata. Plinius:Sellaria domus aureæ Neronis:& qdē loca ad libidinē & segnitiē. Trāquillus ī Tiberio:Secessu uero caprēsi sellariū excogitauit sedē arcanaꝝ libidinū. Popinæ sellariosæ:dicunt̄ ī qbus desidēt hoīes ignaui ad libidinē:& luxū:Salariollis nō placet ratione syllabæ:nā primā corripit. Infusū datū a ꝑrono

Deprehendere nefas ad tempora uerna reuersæ
Et profugam uolucres diripuere suæ.
Sero dedit pœnas:discerpi noxia mater
Debuerat:sed tunc cum lacerauit itym.

Ad Lesbiam.

Arctoa de gente comam tibi lesbia misi:
Vt scires quanto sit tua flaua magis.

In. M. Antonium.

Antoni phario nil obiecture pothino
Et leuius tabula q̄ cicerone nocens:
Quid gladium demens romana stringis in ora?
Hoc admisisset nec catilina nefas.
Impius infando miles corrumpitur auro.
Et tantis opibus uox tacet una tibi.
Quid prosunt sacræ preciosa silentia linguæ?
Incipient omnes pro cicerone loqui.

De Syrisco.

Infusum sibi nuper a patrono
Plenum maxime centies syriscus
In selariolis uagus popinis

Quattuor balnea:quæ autem balnea ĩtelligi:licet coniicere fuisse neroniana Girli Titi Agrippæ:quanto maior gula est consumpsisse ita centies ut nusq̃ accubaret.

Circa balnea quattuor peregit.
O quanta est gula centies comesse.
Quanto maior adhuc nec accubare.

Ad Faustinum.

Humida qua gelidas submittit trebula ualles
Et uiridis cancri mẽsibus alget ager.
Rura cleonæo nũquam temerata leone
Et domus æolio semper amica noto.
Te faustine uocat:longas his exige messes
Collibus:hibernum iam tibi tybur erit.

De origine Bacchi.

Qui potuit bacchi matrem dixisse tonantem:
Ille potest semelem dicere ruffe patrem.

Ad Theodorum.

Non donem tibi cur meos libellos
Oranti totiens:& exigenti
Miraris theodore?magna causa est.
Dones tu mihi ne tuos libellos.

De Pompeio & filiis.

Pompeios iuuenes asia atque europa:sed ipsum
Terra tegit libyes:si tamen ulla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe:iacere
Vno non poterat tanta ruina loco.

Vmida. Vocat Faustinum in agrum trebulanũ in campania:ubi tantã aeris temperiẽ esse dicit:ut si eam senserit sit existimaturus Tibur esse domicilium hybernũ calidũ cum tamen frigidissimũ habeatur æstate. Leone cleonæo.i.augusto mense quo sol est ĩ leone. Cleonæo:cleone opp.peloponnensi in uia quæ agro corinthum ducit pulchris moenibus:Inde Homerus cleonas excellere moenibus canit. Ibi hercules leonem ĩteremit:qui in cælo eẽ fertur:unde cleonæus dicit̃. Idem dicitur nemæus:nã nemæa est iuxta cleonas ĩ qua argiui nemæa sacra p̃agebãt:de quibus carmĩa extãt Pindari:Scribit Strabo:meminit Iginius. Trebula:opp.ĩ campania non procul a baiis. Alget:Friget. Cancri mẽsibus:iulio Exige:exple. Messes longas.i.longam æstatem.lã postq̃ sẽseris trebulanum cælũ. Hybernum tibur:.i.tu tam frigidam existimabis trebulam ut existimes tibur domicilium hybernum.i.utendũ hyeme

Vi potuit. In poetam ut puto qui in fabula Bacchi nati dixit Iouẽ eẽ matrem Bacchi:quoniam ĩmaturo tempore natum ĩtra femora fouisset:hunc Martialis deridet:hic ĩq̃t qui rem sibi lepidam uidetur dixisse appellando Iouem matrem Bacchi:iam poterit dicer̃ Semelem patrem.

On donem. In Theodorum:cui ait se non mittere suos libellos:ne ille suos inconditos & ineptos mittat. Exigenti:postulanti. Ne dones tu mihi tuos.s.libellos ineptos.alibi malum poetam indicat in domus incendio.

Ompeios. In gratiam & laudem Pompeiorum:quorũ gloriã tãtã fuisse scribit:ut non potuerint uno loco cadere:sed debuerint a tribus partibus orbis sepeliri. Cneus magni filius occubuit ĩ hispania ad mundam partem europæ:Sextus in asia ad miletum:Cneus pater in ægypto sepultus ad cassum montem:hic tamen non est in africa:sed poeta ẽ abusus finibus orbis ut integro satisfaceret acũmi. Asia:milctum oppo.asiæ. Tegit:Sextum Europa:munda hispaniæ opp.tegit Cneum.F.Si tamen ulla tegit:quoniam Pompeius dictus est esse insepultus uel ex eo disticho:Marmoreo in tumulo Licinus iacet:at cato paruo:Pompeius nullo:An argutius Martialis loquitur:ut hoc referat ad immẽsam Pompeii gloriam & dicat eum non tegi:idest eius famam non posse celari. Tanta ruina:triũ Pompeiorum.

Væ legis.Iuliá legẽ in adulteros reuocauit Domitianus: de qua alibi poeta: Iulia lex
populis ex quo Faustine renata ẽ:Quintus qui ante legé ꝓmulgatá erat adulter:adul
teram duxit uxoré ueritus suppliciũ legis.Legitima uxor dr̃ quæ iur̃ & ritu nuptiali nupsit
& legitima a lege dr̃.hoc uerbo cauillat̃ poeta:aitque alii appellát uxoré legitimá quæ ritu
nupsit & iur̃:Tu tuá potes legitimá appellar̃ qa nupsit tibi cá legis Iuliæ.erat.n.tibi mœchá

Rofecit.Mithridates rex Ponti sanguine anatis ponticæ imixto qbusdá medicamen
tis remediũ aduersus uene
nũ sumebat:auctor̃ Leneo
Pompeio quéadmodũ scri
bit Gellius: adeo ut cũ nũ
q̃ sumeret uenenũ iter epu
las nulla ex parte læderet̃.
Immo & eiusdé generis re/
medio nomen dedit ut ap/
pelier̃ mithridatiũ. locat̃
in Cinnam poeta male coe
nanté:quéadmodũ inquit
Mithridates sumpto san/
guine anatis ponticæ quæ
uenenis uescit̃ parauit sibi
corpus tutũ aduersus uene
num: Ita & tu tenui cœna
paras remediũ aduersus fa
mé:nam assuefacis te esuri
tioni:Ita ut postea esuritio
non possit tibi nocere.

Profecit: assecutus est po
to ueneno. Cauisti: pro/
uidisti.

Arratur. P rouerbiũ
erat apud antiquos.
ut is qui loqui non posset
diceret̃ oleum ore gestare.
eodé quidá usus est in Ma/
rullũ uolenté neminé au/
dire: sed inuerso: ut dixe/
rit Marullum non gestare
oleum ore: sed auribus: qa
nunquam uellet alios audire: sed semper loqui.

Ad Quintum.

Quæ legis causa nupsit tibi lælia quinte:
Vxorem potes hanc dicere legitimam?

Ad Cinnam.

Profecit poto mithridates sæpe ueneno:
Toxica ne possent sæua nocere sibi.
Tu quoque cauisti cœnando tam male semper:
Ne posses unquam cinna perire fame.

Ad Marullum.

Narratur belle quidam dixisse marulle
Qui te ferre oleum dixit in auriculam.

Ad Toranium.

Si tristi domicenio laboras
Torani: potes esurire mecum
Non deerunt tibi sessiles ꝓpinquæ.
Viles cappadocæ grauesque porri
Diuisis cibium latebit ouis.
Ponetur digitis tenédus ustis
Nigra coliculus uirens patella.
Algentem modo qui reliquit hortum.

I tristi.Ad Toranium alterũ eiusdem nominis mangoné:hoc est uendltorem puero
rum fuisse & Pli. n.vii.naturalis historiæ scribit:& Tranquillus in Octauio: hunc in
uitat ad tenué coená:quá infra quoque describit ad socios. Laboras:anxius es. Domicoe
nio:uouũ est uerbũ a poeta compositũ ex domi & coena.i.coena domestica. Esurire:non
uesci: sed leuiter gustare. Cappadocæ:lactucæ erant quéadmodũ aliæ purpureæ crispæ
græcæ:de his Columella:Cappadocáque premit ferali mensa lupercus. Si soles.i.si tibi
mos est.προπινειν .i.prægustare ante coená. Viles:at uiliores sunt quæ pierides dicunt̃.
Eandem coená alibi describit & inchoat a lactucis hoc uersu: Attulit & uarias quas ha
bet hortus opes: In quibus est lactuca sedens:& sectile porrú:infra est epigráma. Grauis
porri:grauis concoctionis:ut scribit Dioscurides. Cibium:hoc erat genus cibi ex cibio pi/
sce genere pulmenti salsi:cibium autem plinius scribit esse pelamidem concisam: & ouis
& ruta.Infra Martialis in hunc sensum: Secta coronabunt rutatos oua lacertos: Et madi/
dum tinni de sale sumen erit. Coliculus: siue cauliculus delicatissimus erat Apicii lu/
xuria: per quem est fastiditus Druso Cæsari.uel ut alii codices habent Blanditus: quod
placet. Botellus genus condimenti: quod ita conficit Apitius: Botellũ sic facies ex oui ui
tellis coctis;nucleis pineis concisis tum addit talia. Puls: ex farina alicæ oleo & aliis re
bus ut docet Apitius in quinto: erant autem pultes suis appellationibus distinctæ: nam
aliæ dicebantur iulianæ aliæ tractogalæ & cætera.

Premes: nam coronabant pultes. Lucanica uel botello: in distichis de botello: Pultibus hic niueis grata corona dat. Marcentes: præmatutæ: ut marcida uina apud Pa. i. præmatura: & marcida uina largiuntur. Pyra quæ ferũt nomen syrorũ. i. pyra syra ex eadẽ syria zinzipha allata sunt a sexto Papyrio Augusti tẽporibus. Docta neapolis: studiis litterarũ quæ illic erant auctore Strabone. Vinum bonum facies bibendo: hac sola re ꝗ tu bibes uinum bonũ esse ostendes: quod non est. Nimio uino epoto uomitio reddebatur: inde sequebatur appetitus: & auiditas cibi: quod tetigit Iuuenalis in muliere de quo sextarius alter Ducitur: ante cibum rabidam facturus orexin. Feruens cicer coctum. Lupini emebant: aqua tepenti & apti mensæ: ut Pli. Vultu tuo: non comparato in gratiã alterius ut cogeris apud Vironẽ Leget: ut Lygurinus. Prurientes: lasciuientes. Condilius: & condiliũ significat annulũ: condillus item in musicis dicitur digitorũ curuatura usque ad dimidiũ orbem. de hoc ĩtelligit. uel parui condili. i. exigui foraminis. Claudiam amatã a te: Catullus eiusdẽ sectæ cœnabis inqt sed non sine candida puella. Nam epicurei omnes in uoluptatẽ cœnæ adhibent puellã. ut Oratius & alii. Tu cupis priorẽ: uis eã primum omniũ adesse: nam amas. locat aũt ex eo quod dixerat sequeris: & subdit quasi opponens priorem. Ndecies. In zoilũ eodem ferme epigrãmate quo supra alterũ accusauit simulãtẽ febrẽ: ut ostẽtaret stragula: hic aũt eadẽ ex cœna surrexerat undecies: & totiens mutauerat synthesim uestẽ saturnalitiã hac excusatione ne cũ sudaret sudor remaneret: & postea læderet uento: at Mart. ĩquit quare ego non sudo: nimirũ qa unã tantũ synthesim habeo. q. d. non habeo q̃ possim ostentare: si placet sñiam alterã accipe: ꝗ zoilus bene cœnaret & propterea sudaret Martialis autem tanq̃ pauper contẽptus in extremo lecto accubans male cœnabat: sed placet ut dixi prior sensus: ut ostendat illud non fieri necessario: sed ut ostentet uestes.

Et pultem niueam premens botellus:
Et pallens faba cum rubente lardo.
Mensæ munera si uoles secundæ:
Marcentes tibi porrigentur uuæ.
Et nomen pira quæ ferunt syrorum.
Et quas docta neapolis creauit:
Lento castaneæ uapore tostæ.
Vinum tu facies bonum bibendo.
Post hæc omnia forte si mouebit:
Bacchus quam solet esuritionem:
Succurrent tibi nobiles oliuæ
Piceni modo quas tulere rami
Et feruens cicer: & tepens lupinus.
Parua est cœnula: quis potest negare?
Sed finges nihil audies ue fictum.
Et uultu placidus tuo recumbes
Nec crassum dominus leget uolumen
Nec de gadibus improbis puellæ:
Vibrabunt sine fine prurientes:
Lasciuos docili tremore lumbos.
Sed quod non graue sit nec infacetum
Parui tibia condili sonabit.
Hæc est cœnula claudiam sequeris
Quam nobis cupis esse turpiorem.

In Zoilum.

Vndecies una surrexit zoile cœna:
Et mutata tibi synthesis undecies.
Sudor inhæreret: madida ne ueste retentus
Et laxam tenuis læderet aura cutem.
Quare ego non sudo: qui tecum zoile cœno?
Frigus enim mangu[m] synthesis una facit.

Non totam. Seuero librum suũ emendandum commendat: quem rogat ut patiatur hanc tẽporis iacturam libro legẽdo: quem sperat fore emendatissimũ: nec unq̃ interiturũ si adhibuerit Secundũ alterũ censorẽ. Donas: ascribas muneri. Imputes facies me debitorẽ. Exigis: percenses & examinas. Durũ est: occurrit tacitæ obiectioni. q. d. Seuerus ego uolo relaxare animũ & nolo emẽdare nugas tuas. Domino: Mart. auctori. Sisiphus: pumilio fuit. M. Antonii intra bipedalẽ staturã: sed hic de sisipho illo intelligit: qui apud inferos est & saxũ uoluit. dicunť enim poemata adire inferos & interire cum non legunť. alibi de imortalitate carminis: Pigra p hunc fugies infernæ flumina lethes. Lassi: fessi quoniã uoluit saxũ. Lima: instrumentũ fabrile ẽ quo teriť ferrũ: hic pro censura. Momorderit: elimauerit. apta methaphora: nam & lima diciť habere dẽtes: & ꝑpterea mordet.

Ad seuerum.

Non totam mihi si uacabis horam:
Dones & licet imputes seuere.
Dum nostras legis exigisque nugas
Durum est perdere ferias rogamus.
Iacturam patiaris hanc ferasque
Quod si legeris ipsa cum diserto:
Sed nunquid sumus improbi: secundo
Plus multo tibi debiturus hic est:
Quam debet domino suo libellus.
Nam securus erit: nec inquieta
Lassi marmora sisyphi uidebit:
Quem censoria cum meo seuero
Docti lima momorderit secundi.

Ad Aemilianum.

Semper eris pauper: si pauper es æmiliane:
Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.

In Gaurum.

Quid promittebas mihi milia gaure ducenta
Si dare non poteras milia gaure decem?
An potes & non uis: rogo non est turpius istud?
I tibi dispereas gaure: pusillus homo es.

Ad Dindimum.

Insequeris fugio: fugis insequor: hæc mihi mens est
Velle tuum: nolo dindime nolle: uolo.

Ad Gallam.

Iam tristis nucibus puer relictis

Emper eris pauper. Notat figurate tẽpora sua: quibus adeo in pretio erant diuitiæ: ut ne patroni qui diserti conducerenť a clientibus nisi fuissent diuites: quod accusauit Iuue. & munera orbis tãtũ diuitibus mittebanť.

Vid promittebas. In Gaurũ fœneratorẽ qui ut uidereť magnus & liberalis cũ promisit Martiali se daturum. cc. milia intelligens in foenus: mox martialis petiit duo milia sine foenore: ille non dedit. poeta solet appellare eos qui sibi congerũt diuitias nihil amicis impartiẽtes pusillos: quod supra dixit in Quintum: Hæc animus Quite pusillus emit: Ait ergo in Gaurũ cũ promittas. cc. milia in foenus: crede mihi non magni animi es ut cupis uideri sed pusilli. Non poteras dare .s. sine foenore. Dispereas: conficiare in tuis diuitiis. Pusillus: pusilli animi: quia non das aliquid amicis & non es magni animi ut uolebas uideri.

Nsequeris. Eodem sensu epigrammatis usus est in diadumenum. Consequar: hoc ut me nec timeas: nec ames. dindimus erat spado. Tuum uelle: idest te petentem aliquid. Nolle: recusantem osculari: nam ex eo nihil petes.

Am tristis. De Galla conqueriť quæ totis saturnalibus cũ amicis munera mitti soleãt nihil ipsi miserit: minať se idem missurũ martiis Kalendis idest nihil cũ saturnalia fœminarũ celebranť. Nucibus relictis: permittebanť lusus in saturnalibus pueris nuces:

uiris alea: quod utrūque ꝓhibebatᷓ post saturnalia: nā & pueri reuocabantᷓ a magistris: & aleatores mulctabantᷓ ab ædilibus. Tristis: mœstus qa diutius ludere uellet. Vdus: uino ingurgitans: quoniā q inter pocula uersantᷓ udi dicuntᷓ: i qbus locis aleatores erāt i primis. Proditus: cognitus: qa auscultās ædilis admouebat aurē ꝓprius si uacui essent aleatores. Fritillo: alea. Fritillus simū alueolus idē significāt. Arcana: qa in locis reconditis & arcanis est. Popinæ: dicuntᷓ uiliores tabernæ. Parua & minora: ego ītelligo de xeniis & apophoreis: nā xenia intelligebantᷓ non magni qdē pretii: sed tamen maioris q̄ apophoreta: & apophoreta erāt minora. Vsa saturnalia: saturnalia celebrabantᷓ a uiris. v. diebus mense decēbri: quo tpe dabant cœnas seruis: tanq̄ agentes gratias opæ toto anno præstitæ: auctor ē in saturnalibus Macrobius: contra Kalēdis martiis mulieres seruos coena accipiebāt: tanq̄ exhortātes eos ad insequētis anni operā. mittebantᷓ ergo munera uiris mense decēbri mulieribus mēse martio. auctor ē Tranquillus in Vespasiano: nā Vespasianum scribit dedisse apophoreta & uiris ī saturnalibus: & mulieribus Kalēdis martiis. de eisdē Kalendis Oratius: Martiis cælebs quid agam Kalendis. Quod dedisti. i. nihil.

Clamoso reuocatur a magistro
Et blando male perditus fritillo.
Arcano modo raptus e popina
Aedilem rogat udus aleator.
Saturnalia transiere tota
Nec munuscula parua nec minora
Misisti mihi galla quæ solebas.
Sane sic abeat meus december.
Scis certe puto uestra iam uenire
Saturnalia martias kalendas.
Tunc reddam tibi galla: quod dedisti.

M. Val. Mart. Epigrammaton sextus.

Sextus mittitur hic tibi libellus:
In primis mihi care martialis:
Quem si terseris aure diligenti:
Audebit minus anxius: tremensque:
Magnas cæsaris in manus uenire.

Sextus mittitur. Sextū libꝵ emittit Martialis: cuius initio imparatoris nomē uenerat: dū ait emēdandū esse: ut audeat uenire in manus Cæsaris. Ego hoc epigrāma credo ad amicum scribi: quis alii dicāt ipsū se alloq. Terseris: elimaueris. Aure diligēti. i. diligēti cēsura. Magnas: impatorias.

Adulatorium.

Lusus erat sacræ connubia fallere tedæ.
Lusus & in meritos execuisse mares.
Vtraque tu prohibes cæsar: populisque futuris
Succurris: nasci quos sine fraude iubes.
Nec spado iam nec mœchus erit te præside quisq̄.

Lusus erat. Hoc epigrāmate agit grās Domitiano: q̄ iter cætera instituta & reuocata lege Iulia sustulerit adulteria: & nouo instituto ꝓhibuerit spadones fieri. Erat lusus: habebatᷓ pro lusu. Fallere connubia: facere adulteria. Execuisse mares: idest castrare & reddere spadones. hoc uoluit etiam in græcia Periander corinthius. s. ut mares castrarentur. sed vi duarum concharum nauis fuit retenta: quæ illud edictum afferebat hoc ꝓhibuisse Domitianum. Tranquillus est auctor: & Papinius in siluis de Farino: Nondum pulchra ducis clemētia cœperat hortu Intactos seruare mares nunc frangere saxo: Atque hominē mutare nefas. Sine fraude: sine adulterio.

Spado mœchus erat: ſpado ducebat uxorem non ſibi: ſed aliis: unde ipſe erat adulter ſuæ uxoris: ut de Othone ſcriptum eſt eo diſticho: Cur otho mentito ſit quæritis exul honore: Vxoris mœchus ceperat eſſe ſuæ: nam Nero cum ea rem habebat. de ſpadone conqueritur Iuuenalis: Cum tener uxoré ducat ſpado. i. non ſibi: ſed aliis. uel quod magis placet ſpado erat mœchus: quoniã mulieres ſpadonibus oblectabant. Martialis: Cur tantum eunuchos habeat tua gellia quæris Pannice: uult futui gellia non parere. Idẽ in Paulũ. erant igit ſpadones adulteri: & ita ĩ commentariis in Iuuenalé ſcripſimus.

At prius: o mores: & ſpado mœchus erat.

De filio Do.

Naſcere dardanio promiſſum nomen iulo
Vera deum ſoboles: naſcere magne puer.
Cui pater æternas poſt ſæcula tradat habenas
Quique regas orbem cum ſeniore ſenex.
Ipſa tibi niueo trahet aurea pollice fila
Et totam phrixi iulia nebit ouem.

Adulatorium.

Cenſor maxime: principumque princeps:
Cum tot iam tibi debeat triumphos:
Tot naſcentia templa: tot renata:
Tot ſpectacula: tot deos: tot urbes:
Plus debet tibi roma: quod pudica eſt.

Ad Cecilianum.

Ruſtica mercatus nummis ſum prædia multis:
Mutua des centum ceciliane rogo.
Nil mihi reſpondes: tacitum te dicere credo
Non reddes: ideo ceciliane rogo.

Aſcere dardanio. Domitianus Iuliam Titi fratris filiã amauit ardentiſſime: quã tandẽ frequentibus abortiuis coegit perire: nunc parturiebat: Martialis uoto quodã & precibus pſequit partũ. alloquitur puerũ naſciturum hoc uerſu Promiſſum a fatis: nã Aſcanio ſiue Iulo pmiſſũ erat ad genus romanũ te naſciturũ. Deũ: qa Domitianus dominus & deus appellabat. Habenas rerum. i. imperiũ. Ipſa tibi: ſenſus eſt Iulia trahet tibi fila aurea: ex diſciplina hetruſcorũ quotiens aut ouis aut aries purpureo aureoue colore aſpergeret: portendebat principi cũ felicitate rerũ omniũ largitaté. hoc ſcribit Macrobius ex oſtentario tuſco: & Virgilius indicauit eo uerſu cum uellet portendere felicitatem principi Auguſto: Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti Muricæ: iam. c. m. v. l. Eandem felicitatem portendit Seneca Neroni: Aurea formoſo deſcendunt pollice fila. Cum igitur Martialis uelit oſtendere puerum hunc fore felicem: ait arietini uelleris in aureũ colorem mutari: ut fabula eſt de ariete phryxi: Iuliam diſpenſaturam fila ſeu deducturam. hic puer potius mihi uidetur filius Iuliæ & Domitiani q̃ Domicillæ ſiue Auguſtæ: nam illum ſuſcepit in ſecundo conſulatu: nondum imperator hic imperatori Domitiano naſcitur. Tibi: in portentũ tuæ felicitatis uenturæ.

Enſor. Eadem laude pſequit imperatoré qui reuocata lege Iulia ſuſtulerit adulteria & mares caſtrari phibuerat: qua etiã ſupra eũ extulit epigrámate: Luſus erat. nũc ait ex omnibus meritis in urbé Romã collatis hoc eſſe præſtantiſſimũ: ꝙ induerit pudicitiã. Cenſura Domitiani: carmen eſt phalletium. Maximus cenſor: Domitianus inceſtã uirginum ueſtalium puniuit: multaque correxit auctore Sue. unde iure maximus cenſor dicitur. Naſcẽtia: quæ nũc ædificant. Et renata: quæ ædificata & inſtaurata ſunt. Vrbes: tot adiectas imperio romano: nã Domitianus cattos & dacos populos germaniæ adiecit imperio romano. ædificia Domitiani hæc referunt: capitoliũ inſtauratũ: forũ tranſitorium: porticus duplex: ſtadiũ quoqꝫ alteꝝ iſſũ: alterũ ſerapiũ dictũ eſt: tẽplũ flauiæ gẽtis mica aurea: minerua calchiœca:: cuius numinis meminit Pauſanias de tẽplis. Papi. Et quæ tibi tẽpla dicamus Ipſe colas. Quod pudica. i. ꝙ ĩduit pudiciciã phibitis ſtupris & adulteriis.

Vſtica. Apertum eſt argumentum: & acumen ex uerbis apparet. Sũmere: emi. Centum mutua: ſeſtertia. Ideo Ceciliane rogo: quia non ſum redditurus.

Omœdi.Libidine mulierũ usque eo progressus erat amor ut iã amarent mimmos& histriones:hoc carpit Iuuenalis longo carmie cuius initiũ:Ast aliæ quotiens aurea recondita cessant:tum sequitur:Hunc diligit Helia pauper:Soluitur his magno comœdi fibula:ex hoc Paulæ amor nimius in comoedos ostendit:hoc ẽ histriones comoediaꝝ: nam amabat quattuor:cũ tamen in nulla scæna possunt loqui plures tribus:& si quartus histrio introducit:his non loquitur:sed tantum subauscultat quæ dicũtur hoc præcepit Oratius Nec quarta loqui persona laboret.Is cum non loquat graeco uerbo appellatus est cophon prosopon.i. muta persona: auctor est Diomedes grãmaticus uetustissimus.poeta inquit cum tres comoedi sint q̃ttuor amat Paula amat κωφον πρόσωπον mutam personam: quasi dicat omnes amat quotquot sunt.

Vlia lex. In Thelesinam quæ cum esset olim adultera metu legis Iuliæ nup reuocatæ a Domitiano aduersus adulteros:nupsit:sed tanta libidine alieni uiri tenebatur:ut intra.xxx. dies decem maritos habuerit:quod cũ ueneficio fieri suspicetur poeta ait minus sceleris sibi cõmittere uideri eã quæ aperte est moecha:q̃ quæ totiẽs nubit. Lux.xxx.dies tricesimus. Renata : reuocata quæ olim promulgata a Iulio fuerat. Populis:orbi Pudicitia ẽ.i.ĩ.d. ex quo reuocata lex Iulia. Quæ nu.t.a.ẽ.le. nã lex ꝓhibet mutare uirũ : sed quæ totiens mutat uiꝝ:non ẽ uxor sed adultera : nã adultera quoque uirũ mutat. Minus of.minus displicet. Moecha sim:apte adulterium profitente: nam ueneficium non exercet.

Ad Lupercum.

Comœdi tres sunt:sed amat tua paula luperce
Quattuor:& cophon paula prosopon amat.

De Thelesina.

Iulia lex populis ex quo faustina renata est:
Atque intrare domos iussa pudicicia.
Aut minus:aut certe non plus trigesima lux est:
Et nubit decimo iam thelesina uiro.
Quæ nubit totiens:non nubit:adultera lege est.
Offendor mœcha simpliciore minus.

Ad Seuerum.

Prætores duo:quattuor tribuni:
Septem causidici:decem poetæ:
Cuiusdam modo nuptias petebant.
A quodam sene:non moratus ille
Præconi dedit eulogo puellam
Dignum quid fatuus seuere fecit.

Petit latenter a Do.Pecu.

Pauca iouem nuper cum milia forte rogarem:
Ille dabit dixit:qui mihi templa dedit.
Templa quidem dedit ille ioui:sed milia nobis
Nulla dedit:pudet & pauca rogasse iouem.
At q̃ non tetricus:q̃ nulla nubilus ira:
Quam placido nostras legerat ore preces.

Rætores.Sensus idẽ est q supra cum sua tpa notans consuluit Lupo ut iuberet filiũ fieri uel citharoedũ uel choraulẽ:& si uideret duri ĩgenii præconẽ:aut architectũ: nã hæ artes erant pecuniosæ. Laudat igit senem qui repudiatis prætoribus causidicis tribunisque poetis filiam in matrimonium collocauit præconi. Eulogo : Eulogus nomen proprium præconis est:sed tamen fictũ.nam Eulogus dicitur qui bene loquitur: quod præconi conuenit. Dignum quid f.se.fe.interrogatiue. Fatuo.s.homine.q.d.prudenter fecit:ꝙ locauerit filiam præconi qui in maiori pretio est q̃ aut tribuni:aut prætores.

Auca.Petierat pecuniam ab imperatore:quam non dederat:iterum petere turpe uidebat:ex ingenio igitur ait se ĩterrogasse Palladẽ q̃re Do.non dederit:eã respondisse si nõ dederit nõ ꝑpea eũ negasse.q.d.paulo post datuꝝ Iouẽ.Ille dabit.i.Domit.Vel pudeat.i.pudeat me ꝙ ẽt pauca petierĩ a Ioue cũ non dederit:uel pudeat Iouẽ nõ dedisse:& rogare hæc pauca ab ĩperatore:rogare.n.uidet illũ cũ ipse non det:sed illũ ꝑ se datuꝝ dicat.

Diademata:iura sua:nam dacos in deditionem accepit:promisitque ut suo uterentur iure.hoc Papinius laudat:Qui nec in extremos facilis sæuire furores: Das cattis dacisque fidem. Datis sup.uenientibus in deditioné. It & re.vi.cap.i.triumphos. O uirgo: o Pallas. Conscia no.to.consiliarii Domi nam pallas erat numé familiare Domitiani ut Quí. uidebaturque imperator eius consilio uti. Si negat hoc uul.tam benigno.q.d. hic uultus est dantis & non negantis. P osita gorg.Aegidem pallas non habebat in capitolio:quod factum erat in assentationé Domitiani cuius statua habebat ægidem: propterea cum alibi interrogaretur pallas quare ægidem non haberet: respondit Cæsar habet: uel posita ægide: quoniam quum mitis designatur deponit ægidem: ut apud propertium & Siliú. Silius de pallade compta ad iudicium paridis: Iam bellica uirgo Aegide deposita atque assuetum casside crinem Inuoluit.

Putas eē negata:quæ non sunt data.q.d.dabit paulo post.

Talis supplicibus tribuit diademata dacis
Et capitolinas itque reditque uias.
Dic precor o nostri: dic conscia uirgo tonantis.
Si negat hoc uultu: quo solet ergo dare?
Sic ego: sic breuiter posita mihi gorgone pallas.
Quæ nondum data sunt stulte negata putas?

Ad Leuinum.

In pompeiano dormis leuine theatro.
Et quereris si te suscitat oceanns.

In Marcum.

Quod non sit pilades hoc tempore: non sit orestes
Miraris? pilades marce bibebat idem.
Nec melior panis turdusue dabatur oresti.
Sed par atque eadem cœna duobus erat.
Tu lucrina uoras: me pascit aquosa peloris.
Non minus ingenua est & mihi marce gula.
Te cadmea tyros: me pinguis galea uestit.
Vis te purpureum marce sagatus amem.
Vt præstem piladem: aliquis mihi præstet orestem.
Hoc non fit uerbis marce: ut ameris: ama.

De Fabulla.

N Pompeiano. Suscitare é aliqué sedenté excitare.supra Mart. Et sedeo q̃ te suscitat oceanus. suscitare ité est dormienté expgefacere. Leui.ex.xiiii.gradu iussus est abire ab Oceano præfecto theatri. illic eni sedeř non poterat cú censú equestré non haberet.hic i theatro sæpenumero dormitabat: cú ergo conquerať se suscitari de sede.q.Mart.suscitare aliter accipiat i secunda significatione: respondet non miror ꝗ doleas te suscitari i theatro:ná illic sæpe dormitas. Suscitat:expergefacit te.Hic sésus magis placet ut dicat o Leuine tu dormis i tumultu theatri pompeiani:& conquereris te suscitari a solo Oceano quod uidetur uerisimile:nam si tumultus non potest te suscitare:longe minus solus Oceanus.Cauillatur autem hoc uerbo:nam Leuinus intelligebat te suscitari:idest excitari ex sede:Mart.respondet iocans quasi intellexerit suscitari hoc est expergefieri.

VOD non. In Marcum qui mirabatur ætate sua non existere par amicorum: quales Pilades & Orestes fuerunt:& hoc obiiciebat Martiali ꝗ se scilicet non amaret:ostendit non sua: sed Marci culpa fieri: cum ipse opibus fruatur:& nihil ei det nam oportet omnia amicorum esse communia. Non sit pi.& or.idest ꝗ non sit unú par amicorum quales Pilades & Orestes. Peloris:genus conchilii nihil habens intra se præter aquosum quendam liquorem,Oratius:Lucrina peloris. Tyros cad.idest purpura. Gallia pin.idest pingue sagum gallicum.nam gallia saga mittebat grossioris uilli. Sagatus:indutus sago. Hoc non fit uer.sed opibus communicatis. Ama: communicatis opibus. Vt a.ut te pro opibus communicatis prosequar amore.

Vrat. Fabulla emerat crines: & iurabat eos esse suos. Mart. ait eã non peierare: nam supra dixit: Nã qđ emas possis dicere iure tuũ. locus est in uerbo. Suos: Fabulla iurabat crines esse suos. i. natiuos crines. Mart. ĩquit non peierare suos ipse intelligẽs ab ea emptos.

Vis te. Ardẽtissime amauit Iuliã Titi frĩs filiã Domi. cuius statuã elygdo marmore cãdissimo iussit fieri: & ut ardorẽ amoris fateret̃ ĩ manu statuæ sculpi ceston. i. balteũ. Veneris: nã Iuno apud Home℞ cũ uult Ioueẽ conciliare eũ pcutit balteo: & quoscũque pcusserit eos uenus uertit ĩ amorẽ. Iuliæ igit̃ amore ĩcẽsus Domitianus ei iubet inesse balteũ q̃si ĩdicaret se eo eẽ pcussũ. epigrãma ẽ in hãc statuã. O Iulia: filia Titi. Cælo: instr̃o lapicidarũ. Phidiaco: quale erat Phidiæ q diis effigẽdis aptior q̃ hoĩbus & ex ebor̃ potissimũ claruit Mineruæ simulacro athenis: & statua Iouis olympiaci. nũc appellauit atticũ senẽ Pap. Palladiæ ar. non placet a Palladio sculptore potius a pallade dea artificii: nam solemus præstãtiora opa referre ad artificiũ palladis. Ita apud Papi. An te palladiæ talẽ germanice nobis Effinxere manus. Lygdus: marmor ĩ tauro reptũ auctore Pli. amplitudine q̃ lãces & crateres non excederet: prius tamen ex arabia aduehebat̃. Cãdida lyg. i. statua ex lygdo. alibi: Totã nitere lygdon. Non ta. loquẽti. Decor ui. i. naturalis pulchritudo. Ma. t. o Iulia. Nodo acid. balteo uenereo Non as. blãda. Rapuit: Iulia tãtũ ardorẽ hẽt: & ĩcutit hic balteus: ut uideatur mihi sublatus collo cupidinis. hoc sẽsu utit̃ ĩ dist. Vt mar. si Venus uult conciliar̃ Martẽ: & Iuno Iouẽ utat̃ isto balteo: quo tu impatorẽ incẽdisti Iulia: Nã apđ Home℞ ĩ. xviiii. Il. ĩtroducit̃ Iuno petẽs ceston a Vener̃: quo uolebat uti ad conciliãdũ Iouẽ: ad qđ alludẽs Mart. iã inqt Iuno non a Vener̃ Venus aliũde qua a te balteũ petat: quo uris Do. deũ nostrum.

Iurat capillos esse quos emit suos
Fabulla: nunquid paule perierat?

De statua Iuliæ.

Quis te phidiaco forma tam iulia cælo
Vel quis palladiæ non putet artis opus.
Candida non tacita respondet imagine lygdos:
Et placido fulget uiuus in ore liquor.
Ludit acidalio sed non manus aspera nodo
Quem rapuit collo parue cupido tuo.
Vt martis reuocetur amor: summique tonantis
A te iuno petat ceston: & ipsa uenus.

In Laberium.

Versus scribere posse te disertos
Affirmas laberi: quid ergo non uis?
Versus scribere qui potest disertos
Non scribat laberi: uirum putabo.

De formica electro inclusa.

Dum phæthontæa formica uagatur in umbra:
Implicuit tenuem succina gutta feram.
Sic modo quæ fuerat uita contempta manente
Funeribus facta est nunc pretiosa suis.

In Cinnamum.

Cinnam cinname te iubes uocari.

Ersus scriber̃. Laberius fuit scriptor mimorũ: is mortuus ẽ decĩo mẽse post necẽ Cæsaris alter Laberius de quo Mart. hæc. Is dicebat se posse scribere optimos uersus: sed nolle. hoc ait poeta non eẽ uerisim ile: nẽo enĩ est q cũ possit scribere nolit o stẽtare suã scribẽdo doctrinã: nã tãta ẽ gloriæ cupiditas ut q didicerit nullo pacto uelit later̃. Disertos: eruditos uersus. Putabo ui℞. i. fortissimi aĩ præt̃ cæteros: q poterit se cohiber̃ a scribẽdo & q põt scriber̃ uersus: & non scribat. q. d. nẽo ẽ adeo uir q abstiner̃ possit: nec tu posses si scires scriber̃.

Vm phæthontea. Laudat pr̃em electri ĩquo erat ĩclusa formica. supra idẽ ẽ frequẽs argumẽtũ Elect℞: gutta & gumi ex populo Ferã te. i. exilẽ formicã. Vmbra pha. sub populis ĩ q̃s uersæ sũt sorores phætontis Cõtẽpta: q nullius precii erat. Manẽte uita: dũ uiueret.

Innã. Cinnã deridet: q cũ cĩnamus uocaret̃: Cinnã mutilato noĩe uolebat appellari. Si antea inqt fuisses dictus Furius: eadẽ noĩs mutilatione dicereris fur. Vis uocari Cinna: æmulatione Cinnæ prisci: qui magnã obtinuit auctoritatẽ apud romanos.

Ancta. Priſcũ patrẽ Salonini nup mortui ĩ hiſpania conſolat᷑: ait. n. Saloninũ non eẽ plane mortuũ: ſed uiuere ea parte qua ſemper optauit: hoc eſt ĩmortali uirtutis noĩe & fama: Alterius Salonini mentio in bucolico Virgilii. Qui te. i. filius tuus.

On de ui. In Poſthumũ cauſidicũ ĩeptũ qui nihil ad ꝓpoſitã cãm dicebat: & nup conductus a Martiale: ut defenderet cãm triũ capellaꝝ: quas amiſerat furto: cœpit cãnenſem pugnã & bellũ aduerſũ Mithridantẽ recitare. At Mart. clamat dic tãdẽ o cauſidice de meis capellis. Vi: illata.

Nõ eſt hic rogo cinna barbariſmus:
Tu ſi furius ante dictus eſſes
Fur iſta ratione dicereris.

Ad Priſciam de ſalonino.

Sancta ſalonini terris requieſcit hiberis
Qua melior ſtigyas non uidet umbra domos.
Sed lugere nefas: nam qui te priſce reliquit
Viuit: qua uoluit uiuere parte magis:

In Poſthumum.

Non de ui neque cæde nec ueneno:
Sed lis eſt mihi de tribus capellis
Vicini queror has abeſſe furto
Hoc iudex ſibi poſtulat probari:
Tu cannas mithridaticumque bellum
Et periuria punici furoris.
Et ſyllas: marioſque: mutioſque.
Magna uoce ſonas: manuque tota
Iam dic poſthume: de tribus capellis.

In Ppœbum.

Mutua te centum ſextertia phœbe rogaui:
Cum mihi dixiſſes exigis ergo nihil.
Inquiris: dubitas: contaris: meque diebus
Teque decem crucias: iam rogo phœbe nega.

De Hiantide & ſtella.

Perpetuam ſtellæ dum iungit hiantida uati
Læta uenus: dixit plus dare non potui.
Hæc coram domina: ſed nequius illud in aurem

Has abeſſe: ſubtractas eẽ Sonas cãnas: cladẽ cãnẽſẽ bellũ mithridaticũ geſtũ a Lucullo: Sylla: & Pompeio contra mithridatẽ. Syllas: bellũ geſtũ inter ſyllã & mariũ. Mutios. i. bellũ Porſenæ: ĩ quo Mutius ſceuola manũ amiſit igni.

Vtua. In Phœbũ fœneratorẽ: quẽadmodũ ĩ Gauꝝ ſupra conqueſtus ẽ: nã hic pollicitus ẽ ſe daturꝫ martiali quã uellet pecuniã: intelligens. ſ. ĩ fœnus: Mart. nũc popoſcerat pecuniã ſine foenore. Ille non dabat neque audeat oĩo negare: quid opus ĩqt ẽ diutius crucieris: & hẽas me ſollicitũ: tandẽ nega. Exigis er. ni. uerba phoebi hortantis martialem: ut aliquid peteret.

Erpetuã. Stella poeta amauit Violãtillam quã longis precibus nunq̃ potuerat placar̃. cruciatuſque ẽ miſer longo amore: nũc celebrãt᷑ nuptiæ tãdẽ Stellæ Violãtillæ. poeta edit hoc epigrãma uolẽs demõſtrare ĩcredibilẽ ſtellæ amorẽ ĩ Violãtillã: aitque hoc cõnubio non ſtellã eẽ flectẽdũ: qa iã diu cupit: ſed potius flectẽdã eẽ Violãtillã quæ hactenus dura & ĩexorabilis carmẽ Pap. ĩ dicat đ uiolãtilla: Redeũt aĩo iã dõa preceſque Et lachrymæ uigileſque uiri ꝓpe lumĩa queſtus: præterea: Iãque coepit flectere corda libẽs: Et iã ſibi dura uideri. Hiãthida: Violãtilla latine grecæ dicit᷑ hiantis ab ιόσ uiola & ανθοσ flos: hoc ẽ uiola: & flos: ũde latine Violãt: Pap. uiolãtillã appellauit: Quo ſtellæ uiolãtillæque ꝓfeſſus cãtaret᷑ hymẽ: eadẽ dicta Aſteris ficto noĩe a ſtella: nã ſtella ita iã apellaĩt a ſuo noĩe: ſtella. n. h. dr̃ aſter. ge. ma. ĩde deductũ fœ. aſteris hoc ẽ aĩca aſteros. i. ſtellæ: Pa. aſteris ãte dapes nocte aſteris aſte. ortu. Læta ue. & fauore Veneris celebratas nuptias fuiſſe ſcribit Pa. plus da. no. po. c. dedi qđ mihi potiſſimũ erat: & ita apđ Pap. Grãde qdẽ rarũque uiris quos ipſa ꝓbaui. Pierius uotũ iuuenis cupit: Domina: Violãtilla. Sed nequs: ĩſultat amori Stellæ cũ Venus moneat ne relinquat Violantillã: quã nullo pacto erat relicturus.

Tu ne quid pecces exitiose uide.
Sæpe ego lasciuum martem furibũda cecidi.
Legitimos esset cum uagus ante toros.
Sed postquam meus est: nulla me pellice læsit.
Tam frugi iuno uellet habere iouem.
Dixit: & arcano percussit pectora loro.
Plaga iuuat: sed tu iam dea parce deo.

In Proculinam.

Quod nubis proculina concubino:
Et mœchum modo: nunc facis maritum:
Ne lex iulia te notare possit:
Nõ nubis proculina: sed fateris.

De Carisiano.

Nil lasciuius est carisiano.
Saturnalibus ambulat togatus.

Ad Priapum.

Tu qui pene uiros terres: & falce cinædos
Iugera sepositi pauca tuere loci.
Sic tua non intrent ueteli pomaria fures
Sed puer: aut lõgis pulchra puella comis.

In Lesbiam.

Stare iubes nostrum semper tibi lesbia penem.
Crede mihi non est mentula quod digitus.
Tu licet & manibus blandis & uocib⁊ instes:
Contra te facies imperiosa tua est.

Ad Marcellinum.

Marcelline boni soboles sincera parẽtis
Horrida parrasio quem tegit ursa iugo
Ille uetus ꝓ te patriusque quid optet amicus
Accipe: & hæc memori pectore uota tene.

Ne pec. ali. i. aliquã aliã sequaris. Frugi: continentẽ. Iupiter: & Mars inter deos erãt adulteri: ut Iuue. Adeo senuerunt Iupiter & Mars. Loro ar. i. balteo quo incutiebatur amor q balteus: dicit̃ etiã flagellũ. Oratius ad Venerẽ: Sublimi ferias cloem flagello. Duos. i. Violantillã etiã quæ hactenus fuit dura ut mutuo amore diligat Stellam.

Vod nubis. Proculina adulterũ habuerat: cui nunc nupsit metu legis Iuliæ: de qua satis supra. Non nu. inquit poeta Proculina: sed fatet̃ se esse moechã. q. d. fruebat̃ eodẽ uiro ante nuptias. in eodẽ sensum supra ẽ dist. Mœchus erat poteras tamen hoc paula negar̃. & cætera Non nu. non accipis uirum: quia antea habebas. Notare: punire. Fateris: te scilicet cum hoc fuisse mœcham.

II. Deridet Carisianum: qui cum synthesim non haberet ĩ saturnalibus: qua ueste reliqui utebant̃: togã gestabat. Toga autem in saturnalibus deponebatur: & sumebatur synthesis: de q̃ ĩ distichis: Cum toga per quinas audet requiescere luces: Hos poteris cultus sumere iure tuo: nunc gestabat togam Carisianus: nõ ꝙ lasciuus esset: sed quia non hẽbat synthesim: propterea deridetur.

V Qui. Deum hortorum rogat: ut suos hortos custodiat ĩ iaĩculo.

Tare. Lesbiam impudicam esse supra ostẽdit cum dixit: Arctoa de gente comam. hæc blãda quidem erat: sed d̃formis iccirco ait eius faciem aduersari blãditiis & eius cupiditati. Contra te: quoniã sua deformitate non sinit tuas blanditias exaudiri.

Arcelline. Marcellinum tyronem Domitiani in germania monet: ne in medios ẽses ruat: sed dispensato calore iuuenili ita pugnet: ut patri uiuat: & imperatori operam præstet. Soboles syn. idest uera proles: qui imitaris parentem animo & moribus. Horrida ursa: maior. uel ad feritatem: uel ad mores gentis germaniæ quæ horrida est. Iugo pa. hoc dixit quoniam ursa parrasia fuit: idest arcas: ea fuit Calisto. Iugo: regione septentrionali.

Cauta:ꝓuida uirtus. Ferũ Martẽ:periculoſũ & multos abſumẽtẽ.hic Marcellinus fuit hiſpanus:cui tanq̃ ex eadẽ patria amanter conſuluit Mart. Tu po.e.mi.i.ſi tu prudenter pugnaueris:poteris opitulari patriæ:& fortiter diu agere ꝓ imperatore.

Ericlitaṯ.Hoc argumentũ ex multis ſuperioribus notũ eſt.Iocatur poeta in lingentẽ cũnũ. Periclitaṯ ca.i.ĩ periculo capitis ẽ. Eſſe reũ.i.trahi ĩ iudiciũ. Lingit:iocus ẽ nã cũniligi capite agũt:iccirco hic capite periclitaṯ:& ita ſuſpenſũ auditorẽ cricũſcripſit.

Cauta ſit ut uirtus:ne te temerarius ardor
In medios enſes ſæuaque tela ferat.
Bella uelint:martemque ferum rationis egentes.
Tu potes & patriæ miles & eſſe decus.

De Sotade.

Periclitatur capite ſotades noſter
Reum putatis eſſe ſotadem:non eſt.
Arrigere deſit:poſſe ſotades lingit

Ad Nepotem.

Bis uicine nepos:nam tu quoque proxima floræ
Incolis:& ueteres tu quoque ficelias.
Eſt tibi quæ patrii ſignatur imagine uultus
Teſtis maternæ nata pudiciciæ.
Tu tamen annoſo nimium ne parce falerno.
Et potius plenos ære relinque cados.
Sit pia:ſit locuples:ſed potet filia muſtum.
Amphora cum domina nunc noua fiat anus.
Cecuba non ſolos uindemia nutriat orbos.
Poſſunt & patres uiuere:crede mihi.

Epitaphium Glauciæ.

Libertus melioris ille notus.
Tota qui cecidit dolente roma.
Cari deliciæ breues patroni.

Is uicine. Nepos ut ego poſſũ argumentum colligere hactenus caruerat liberis:& captatores certatim ei mittebãt falernum & alia ei munera:ut ſcriberenṯ hæredes:nunc ſuſtulit filiã & iam carens muneribus captatorũ abſtinebat falerno olĩ miſſo Mar.eum conſolatur:hortaturque ut det operã uoluptati:& bibatur falernũ ſatis.n.futuꝝ:Filia & pia & locuplex erit:ꝙ ſi cupiat habere falernũ nuſq̃ defutuꝝ:nã ſi filia nunc coepit potare muſtũ:poſt aliquot ãnos idẽ erit optimũ uinũ.& falernũ:q̃uis non mittant captatores:denique ait non ſolũ hi qui carent liberis debent bibere falernũ:& dare operã uoluptati:ſed & illi qui hẽnt filios poſſunt idẽ facere ut tu. Nepos:nomẽ ꝓpriũ:ut Iuue.Mollã uerſare nepotis. Bis ui.i.in duobus locis mihi uicine. Ficelias:ficeliæ locus erat ĩ urbe apđ Põpeiũ ẽ fregellæ quoniã hoĩes urbis fregellæ eũ locũ tenuerũt.eſt tibi nata i.hẽs filiã.ſignaṯ ima.uul.pa.ne.ſuſpito ſit adulterii

Tu.ta.an.hoc dolebat Nepos ꝙ muneribus captatoꝝ careret:ut Iuue. Tollere dulcẽ Cogitat hæredem cariturus turture magno. Parce:abſtineas ãnoſo falerno:quod miſerunt captatores:q̃uis habeas filiam. Relinque po.ca.ple.ae.q̃.ſ.uino. Idem alibi: Vnguentum hæredi nunq̃ nec uina relinquas.ille habeat nũmos:hæc tibi tota dato. Locuples ſit ideſt habeat diuitias. Cecuba uim.i.cecubum uinũ.naſcebatur autem ĩ populetis paluſtribus ſinus amyclan iuxta pontinas paludes.periit incuria colonorum:& anguſtia loci:ſed maxime foſſa quam fecit Nero nauigabilem a ſinu baiano hoſtiam uſque hoc uinum tenuit pricipatum ſecundas partes falernum. Solos orbos:carentes liberis. Patres:qui liberos habent ut tu. Poſſunt ui.dare operam uoluptati:& relaxare animum:nam uiuere ut ſæpe ẽ dictum ita accipitur apud Martialem.

Ibertus.Attedius Melior habuit puerum natum ex ſerua domi nomine Glauciam:cuius ingenium longo carmĩe teſtatus eſt Papi.dum illius mortem deflet:quẽadmodũ hoc loco Mart. Libertus:nam ſtatim manumiſit eum Attedius delectatus ingenio moribus. Cecidit:mortuus eſt. Delitiæ bre.quia.xii.anno mortuus eſt. Patronus dicebatur quia manumiſerat.Patronus & libertus correlatiua ut dominus & ſeruus.

Humatus:ſepultus. Extra urbem ſepultus erat in uia flammina.Pap.Plebs cuncta nefas: & præuia flerunt Agmina flammino quæ limite miluius ager Tranſuehit. Innocens pu. ideſt qui pudorem præ ſe ferebat non ex culpa. Velox inge.quia iam recitabat uerſus Homeri & Menádri ut Papi. Docere felix:ideſt pulcherrimus. Biſſenis meſſibus uix applicabat.xii.annum:Papi.Herculeos annis æquare labores:ideſt.xii.annos:Cœperat aſſurgens

Qui fles:ſenſus eſt uiator qui commoueris miſeratione pueri opto nihil unq̃ in uita habeas flendum.

Hoc ſub marmore glaucias humatus.
Iuncto flamineæ iacet ſepulchro.
Caſtus moribus:integer pudore:
Velox ingenio:decore felix.
Biſſenis modo menſibus peractis:
Vix unum puer applicabat annum
Ni fles talia:nil fleas uiator.

De eodem.

Non de plebe domus:nec auaræ uerna cacaſtæ:
 Sed domini ſancto dignus amore puer.
Munera cum poſſet nondum ſentire patroni:
 Glaucia libertus iam melioris erat.
Moribus hoc formæque datum:quis blandior illo
 Aut quis apollinio pulchrior ore fuit?
Immodicis breuis eſt ætas:& rara ſenectus
 Quicquid amas:cupias non placuiſſe nimis.

In Pætum.

Sex ſeſtertia ſi ſtatim dediſſes,
Cum dixti mihi ſume:tolle:dono.
Deberem tibi pæte pro ducentis.
At nunc cum dederis diu moratus,
Poſt ſeptem puto uel nouem kalendas.
Vis dicam tibi ueriora ueris:
Sex ſeſtertia pæte perdidiſti.

On. Epigramma in eundem. Auaræ ca. cataſtæ loca erant ubi uēdebātur pueri a uerbo græco κατιςαω q̃ eſt expono Perſius:Cappadocas rigida ſeruos uinxiſſe cataſta. Tibullus:Nota loquor regnumque tenet quem ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.hic aūt Glaucias non erat emptus ex grege ſeruorum:ſed domi natus:quod indicauit etiam Papi.Non te barbaricæ uerſabat turba cataſtæ. Non do.de ple.non ex plebe:nam populus alexandrinus in ſacerdotes & plebem diuidebantur: ideſt plebei erāt ſerui:alii liberi Sue.in Veſpaſiano: Quidam e plebe. De eadē re Taci. Quidam e plebe alexandrina.& Iuue.cum uellet indicare Criſpinū eſſe ſeruilis conditionis: Cum pars niliacæ plebis. Munera:manumiſſionis: & ſuauitatem libertatis. Immodicis:his qui nimiū ſapiunt ante ætatē. Rara ſe.i.raro perueniunt ad ſenectutem:Ita Papi.primū enim Glauciam noſtrum cuius gratiſſimam infantiam & qualem plerūque infelices:ideſt cito morituri ſortiuntur.Apud te complexus amabam.Quint.Facilis obſeruatum eſt occidere clerius feſtinatam natiuitatem. Cupias non pla.hoc eſt eos quos ames non cupias habere multa in ſe propter quæ placeant;quia cito cadent quæ nimium omnibus placent.

Ex ſeſtertia.Intelligas Pætū ꝓmiſiſſe ſe donaturꝶ ſex ſeſtertia:quæ ſi cito donaſſet: Mart.ut ait putaret ſe ei debere:non ꝓ ſex ſeſtertiis:ſed pro ducentis:nunc autem cū ſero dederit amiſit gratiam muneris:quia putabat Mart.ſe nihil ei deberi. Perdidiſti: quia nullas habeo gratias.qui cito dat bis dat.placet intelligas eum accepiſſe in foenus ducenta:pro quibus iam debere ſex ſeſtertia:ſi Pætus ſtatī dediſſet:ſed quum poſt ſeptem:K. dederit:nam amiſit ſex ſeſtertia.

De morte Othonis.

Cum dubitaret adhuc belli ciuilis enyo
  Forsitan:& posset uincere mollis otho:
Damnauit multo saturum iam sanguine martem:
  Et fodit certa pectora nuda manu.
Sic cato dum uiuit sane uel cæsare maior.
  Dum moritur:nunquid maior othone fuit?

In Charidemū.

Vxorem charideme tuam scis ipse:sinis que
  A medico futui:uis sine febre mori.

In sabellum.

Nil miserabilius matho pædicone sabello
  Vidisti:quo nil lætius ante fuit.
Furta fugæ mortes seruorum incendia luctus
  Affligunt hominem:tam miser & futuit.

Ad Diadumenum.

Basia da nobis diadumene pressa:quot inquis?
  Oceani fluctus me numerare iubes.
Et maris ægei sparsas per littora conchas
  Et quæ cecropio monte uagantur apes:
Quæque sonant pleno uocesque manusque theatro
  Cum populus subditi cæsaris ora uidet.

Vm dubitaret.Otho q̄uis per omnem uitam mollissime uixisset:adeo ut muliebres munditias sectaret̃:tamē cū ad Bebriacū uictus esset a Vitellio ausus est sibi consciscere mortē.huius fortitudinē laudat & anteponit Catoni hac ratione Cato interfecit se uticæ rebus iam afflictis:& desperatis:Otho cū haberet multas copias:& quotidie augerentur ex dalmatia & mysia post bebriacū:præterea milites ardentissimos ad dimicationem: adeo ut uictoriā potuerit sperare:mori uoluit dānans bella ciuilia:præterea ut scribit Tacitus egregiam famā morte est consecutus.anteponat̃ igitur mors Othonis catonianæ.quoniā Otho se interfecit ne bella ciuilia amplius gererentur se duce.Cato autē mortē sibi consciuit copiis destitutus & metu ne ī manus hostiles ueniret:& non studio ponendoꝝ ciuilium belloꝝ.loga ē oratio Othonis apđ Tacitū ad milites in xviii. Enyo:furor belli ciuilis inter Vitelliū & Othonē.Pausanias ex carmine Homeri putat Enyo deā una cum Pallade præesse bellis:& ea curare. Dānauit ma.ci.i.detestatus est bellum ciuile. Certa:forti manu. Maior:Cæsare a quo uictus erat. Dū mo.fuit maior Othone.q.d.non:quia fuit laudabilior mors Othonis:qui uoluit depōere bella ciuilia morte sua:q̄ mors Catonis:q se interfecit metu hostiū.

Xorem.In Charidemū est epigrāma siue distichon:qui cum sciret uxorem habere rē cū medico id pmittebat.poeta iocās in eū ait optare mortem sine febre.nulla.n.cā ē cur pmittat uxorē a medico subagitari:nisi fortasse qa nolit ægrotare ūq̄ amore medici & fide erga ipsū.Vel mo.si.fe.i.expilari:nā oīa dabūt̃ medico:nā paupes mortuos Mar.sæpe appellat:uel uis mori sine febr̄.i.nūq̄ uis ægrotare:ppea cōduxisti medicū hoc munere

Il miserabilius.Hoc uerbū miserabilius totū declarat epigrāma:si fuerit ītellectū miserabile dicit Sabellū hoc ē dignū sūma cōmiseratione:nō solū qa magnā iacturā fecerit īiuriā fortunæ & īcōmodis domesticis:sed cū āte amaret & potiret̃ pueris:nūc pp magnā calamitatē ē ad mulieres detrusus.Fugæ:seruoꝝ. Tā mi.lege p īterrogationē ut dicat Matho tā miser ē ꝙ.s.tot amiserit:respondet.Mar.huic grauius qddā īesse ꝙ.s.cogat̃.Et fu.uerbū Mart.respondentis.i.hoc additur calamitati ꝙ cogitur futuere mulieres.

Asia.Diadumenū fuisse elegātis oris apđ ātiquos ut testat̃ Pli.q̄ scribit hūc fuisse effictū a Policleto leuiter iuuenē:& eā effigiē uēditā.C.talētis.īde Mar.dedit nomē molli puero:huius suauia alibi laudat:& nūc exigit iocās ī Catullū pauca optasse q potuerit addere numeꝝ. Quot īqs:conchæ eiiciūt̃ fluctibus. Monte ce.i.hymeto monte atticæ. Sonāt:applaudūt. Subiti Cæ.repēte īgrediētis. Arguto:bene canēti. Lesbia:hæc noīe proprio dicebat̃ Clodia:sed fictū nomē a Catullo ut Ticides poeta Metellā dixit pro Perilla: unde Ouidii filia nomen sumpsit.

Nolo quod dedit: quia numerata dedit. Notum est carmen Catulli.

Eptem clepsydras. Locus ē fabii Quint. qui hunc morē confirmat his uerbis: Bibere autem interagendum: quod multis moris fuit: & est: quibusdam procul absit a meo oratore. Cecilianus: causidicus inepte orans poposcerat a iudice septem clepsydras idest septem horas: nam dicentibus in foro ex more atheniēsium præscriptum erat tempus. uerbum extat Demosthenis aduesus Eschinem: ex quo hic mos apertus est. Ita enim ait dic Eschines aliquid aduersus hæc si potes: & ego partem meæ aquæ: idest clepsydræ tibi concedam. Cecilianus concessis septem clepsydris ad dicendum ī media actione feruens potabat. Optat Mart. ut potet aquam clepsydrarum: hoc est ut tandem finiat: nam clepsydra uas erat qd̄ aqua fluēte horas designabat ut nunc harena. Arbiter: iudex. Clepsydras septem: idest spacium septem horarum. Semisupinus: fessus recumbens. Aquam: calidam: quia calidam potabant antiqui. Iuue. Calidæ gelidæque minister: an ꝙ magis placet calidam aquam intelligit: ꝙ diu manserat in uase ut iam temperet. De cle. hoc est ex aqua clepsydræ ut tandem finias.

Nolo quot arguto dedit exorata catullo
Lesbia: pauca cupit qui numerare potest.

In Cecilianum.

Septem clepsydras magna tibi uoce petenti
Arbiter inuitus ceciliane dedit.
At tu multa diu dicis: uitreisque tepentem
Ampullis potas semisupinus aquam.
Vt tandem facies uocemque sitimque rogamus.
Iam de clepsydra ceciliane bibas.

De Filio Reguli.

Aspicis ut paruus nec adhuc trieteride plena
Regulus auditum laudet & ipse patrem.
Maternosque sinus uiso genitore relinquat:
Et patrias laudes sentiat esse suas.
Iam clamor: centumque uiri: densumque corona
Vulgus: & infanti uilia tecta placent.
Acris equi soboles magno sic puluere gaudet:
Sic uitulus molli prœlia fronte cupit.
Dii seruate precor matri sua uota patrique.
Audiat ut natum regulus: illa duos.

In Cinnam.

Pater ex marulla cinna factus es septem.
Non liberorum: nanque nec tuus quisquā
Nec est amici filius ue uicini.
Sed in grabatis tegetibusque concepti
Materna produnt capitibus suis furta.
Hic qui retorto crine maurus incedit

Spicis. Regulus causidicus susceperat filiū huius ingenium & felicitatem optat Mart. Reguli ingenium inuisum fuit Plinio laudatum a martiale. Regulus par. filius. Plena tri. nondum finitis annis. Auditum pa. orantē Regulum patrem. Sinus ma. idest gremium matris Laudes su. pertinere ad se. Clamor: clientum. .C. uiri erant iudices ad quos quæ pertinerent scripsit Cicero in oratore. Iulia te. capitolium. Acris equi: sensus ē Oratii Fortes creantur fortibus & bonis: & sumpsit exemplum ab equo. Cupit præ. idest meditatur. Molli fronte: inhermi nondum cornuta: ut Virgilius & Silius. Natam: audiat agentes causas. Illa duos: patrem & filium.

Ater ex Marulla. Adulteria uxoris Cinnæ iocando commemorat: nam Cinna habebat pater. vii. liberoꝝ: cū nullū ꝓcreasset: simul sordes adulterioꝝ accusat: ꝗ moriōnē pistorem seruos mulier sectet. Non libe. simul alludit eos esse seruos: qui nati sunt ex seruis non sūt liberi. Grabatis: lectulis. Produnt: indicāt. Suis ca. ore. Maurus niger.

Cogiſantræ:ſerui mauri. Nare ſi.depreſſa. Panici:ſerui dantis operá palæſtræ:ná palæſtritæ in familia erant. Dáma erat piſtor téporibus Domitiani:& erat lippus hoc é ſtillátibus oculis.alibi ſordidus dicitur a Martiale. Cinæda fronte.i.ípudica. Nefas non eſt:quia non é filius tuus. Moriones:dicebátur q ſimplici ſtoliditate mentis & deformi ore riſum mouebant:dicti quoniá græce μώροι dicunť ſtulti. In diſtichis:Non mendax ſtupor é nec fingiť arte doloſa:Quiſqs plus iuſto non ſapit ille ſapit.Morionis métioné fecit Plinius in epiſtolam:Cœnabis inquit ſine morione

Sobolem fatetur eſſe ſe cogiſantræ.
At ille ſima nare turgidis labris
Ipſa eſt imago pannici palæſtritæ.
Piſtoris eſſe tertium quis ignorat:
Quicunque lippum nouit & uidet dámam.
Quartus cinæda fronte candido uultu:
Ex concubino natus eſt tibi lygdo.
Præcide ſi uis filium:nephas non eſt.
Hunc uero acuto capite:& auribus longis.
Quæ ſic mouentur:ut ſolent aſellorum
Quis morionis filium neget gyrthæ.
Duæ ſorores illa nigra & hæc ruffa
Croti choraulæ uillicique ſunt carpi.
Iam lubridarum grex tibi foret plenus:
Si ſpado coreuſus dindimuſque non eſſet.

Choraulæ:tibicinis.Carpus:nomen fictum & uillico conueniens:ná καρποσ fructus eſt. Hybridarum hybridæ auctore Porphyrione in Oratium dicunť qui ex imparibus parentibus naſcuntur:ut canes ex uenatico & gregario:& hybride qui ex apro & ſue naſcuntur Pli.auctor é.poeta infra eodem uerbo uſus eſt dum iocaretur de ſue nato ex apro & ſue domeſtico.hybridæ hi pueri dicuntur qui nati erant e ſeruis hominibus:& ciue muliere. Alii codices habent niobidarum:ut referas ad numerum filiorum Niobes:ſed placet prior ſcriptura.

Ad Lycorim.

Fœmina præferri potuit tibi nulla lycori.
Præferri glyceræ fœmina nulla poteſt.
Hæc erit hoc quod tu non potes eſſe:quod hæc eſt
Tempora quid faciunt:hanc uolo:te uolui.

Oemina. Vtranque amauerat Mar.Lycoridé & Glycerem:alteram aſpernabatur quia anus & alterá amabat quia iuuéis.

In Raucum poetam.

Qui recitat lana fauces & colla reuinctus:
Hic ſe poſſe loqui:poſſe tacere negat.

Ví recitat. Focale ligamétum auriú:qđ oratores ſumebát laneum ne interagédum ſtrepitu perterrerentur:dictum focale a faucibus. iocádo illi inquit qui ſumpto focali recitant:duo inter pugnátia oſtédunt:& ꝙ non poſſunt loqui:cum habeant colla reuícta:& ꝙ non poſſint tacere cum loquátur. Focalis:meminit Quít.& Ora. Negat ſe poſ.lo.quia ligat tanq̃ ſit raucus. Et negat ſe poſſe tacere:quia loquitur.

De Hetruſci thermis.

Hetruſci niſi thermulis laueris
Illotus morieris oppiane
Nullæ ſic tibi blandientur undæ.
Nec fontes aponi rudes puellis:

Etruſci.Laudat balnea Claudii Hetruſci quæ etiá carmíe Papi.celebrantur.Oppinianus qdá mali erat coloris ut ífra:Mali erat coloris uerſus ſcribere cœpit Op.húc iocás hortať ut lauet ſe claudii Hetruſci thermis:atque ita nactus occaſioné eas deſcribit.Illotus non lotus.Bládieť:erút iocúdæ.Fonte apõi:iuxta patauiú:& núc extát. Rudes:ruſticani.

Sinuessa:balnea habebat auctore Strabone quibusdã morbis acommodata.scribit Tacitus Narcissũ libertum Claudii eius cæli temperie:& balneis morbo fuisse leuatũ. Mollis amœna:nam ille ager amœnus est. Passer:iocus ad orã inferi maris in cãpania. Iuue. Dic passer cui tot montes tot appula seruas Rura: Anxur.i.terracinenses aquæ. Supbus:ĩ saxo conditus.urbs olim capta est ex anxure monte uicino:ut Liuius scribit. Vada Phœbi: an cumanũ littus itelligit:ubi erat templũ phoebi quoniã auctor Papinio auspiciis phoebi cumæ fuerũt:& templũ illic Phoebi erat:quod cognoscas ex carmĩe Virgi.& Silii:hoc placet:an ĩtelligit balnea Phoebi:de quibus Iuue. Baiæ:ĩ littore cumano multa hẽbãt balnea & in primis aquas possideas quas possidius libertus claudii Cæsaris aperuit. Prĩcipes:primũ locũ tenẽtes ĩter balnea. Vacat:iã laxũ & apertum ẽ ibi ĩ thermis Claudii. Tardius:q̃ a thermis Claudii. Onyx:marmor coloris unguiũ:unde nomen sũpsit. tamen hoc genus marmoris nõ fuisse in his thermis canit Papi. Moeret onyx longe queriturque exclusus ophites.

Non mollis sinuesa feruidique
Fluctus passeris: aut superbus anxur.
Non phœbi uada principesque baie
N usq̃ tam nitidum micat serenum
Lux ipsa est ibi longior: diesque
Nullo tardius a loco credit.
Siccos pinguis onyx anhelat æstus.
Illic taigeti uirent metalla.
Et certant uario decore saxa
Quæ phryx & libys altius cecidit.
Et flamma tenui calent ophitæ.
Ritus si placeant tibi laconum
Contentus potes arido uapore
Cruda uirgine martiaque mergi.
Quæ tam candida: tam serena lucet.
Vt nullas ibi suspiceris undas.
Et credas uacuam nitere lygdon.
Non attendis: & aure me supina.
Iam dudum quasi negligenter audis.
Illotus morieris oppiane.

Taigeti me.i.marmor laconicũ:quod uiride ẽ. P apinius:Hic & amyclæi cæsum de monte lycurgi:qđ ĩuro. Taigetũ:pmontorium laconiæ ut meminit Herodotus. Metalla:tam uẽæ ferri q̃ lapidis. Phryx .i.populus phryx marmor sinadicũ: nã sinada urbs phrygiæ iuxta se hẽt planitiẽ oleis consitã:docimã uicũ:unde lapides effodiunť:quos ĩcolæ appellant docimitæ.alii dixerũt marmor sinadicũ:colũnæ inde afferebãť uarietate similes alabastritæ:ubi ergo reperies marmor phrygiũ:expone marmor sinadicũ:hoc marmor pĩgebať purpura ĩueto romanoꝝ. Libys:populus:& ĩtelligit marmor nomadicũ libyæ qđ flauũ ẽ. Recidit: altius effodit. Vario de.qa phrygiũ distinguebať purpura:Nomadicũ erat flauũ. Ophites:lapis maculis serptẽũ distictus:unde nomẽ accepit:nã οφισ significat serpentẽ:ũde ophites

Virgo:aqua erat quæ in urbẽ inuehebatur ab octaui lapidis diuerticulo:ea quoniã declinabat herculaneũ riuũ dicta ẽ uirgo.q.fugiens Herculẽ: Virgo haustiui: martia acommodata naratui.Martia aq̃ itẽ erat quæ olĩ dicebať aufeia:eius fons picoma.Martia dicta quoniam primũ ab Anco Marco rege postea a Qu.Martio prætore: demum a Marco Agrippa ductu instaurato inuecta est in urbem. Ritus la.mos erat laconum ut natarent lauarentque aqua frigida quod & Seruius in Virgili.est suspicatus: & Plutarchus in uita Alcybiadis scribit.Sensus est Oppiane si non uis lauari in thermis: potes sudare arido uapore.hoc est ubi non sunt aquæ:sed tantum sudatur. Arido:nam color ille ex uaporibus igneis fit qui aridi sunt: & postea potes te immergere in aquam uirginem frigidam & in martiam: nam Claudius duxerat riuum in balnea sua aquæ uirginis & martiæ. Quæ: uirgo tam nitida. Lygdon ua.sine aquis nitere Lygdon:idest marmor lygdinum sine aquis nitere. quoniam lygdus est marmor candoris eximii; Martialis pro uase & statua foeminino genere protulit. Supina:negligente.

Vm tibi: Laborauerat aduersa ualitudine Mart. sed cũ iã conualesceret: secesserat in agrum nomentanum: scribit hoc ad Castricũ qui erat baiis: indicatque se iam uix posse ambulare & tamen sibi satis eẽ putat: ꝙ possit eẽ piger. i. ꝙ euaserit & possit exigua spacia pambulare. Confirmãt confirmari dicũt q recupant ualitudiné conualescétes. Cicero: nondũ satis suũ confirmatus. Confirmãt. i pristiná restituũt ualitudiné. Ocia ruris. i. secessus agri nométani. Nympha: aqua. Cana: a colore qa sulphurea. Aquis sul. i. aqs

Ad Castricum.

Dum tibi felices indulgent castrice baiæ:
Canaque sulphureis nympha natatur aquis:
Me nomentani confirmant otia ruris:
Et casa iugeribus non onerosa suis.
Hic mihi baiani soles mollisque lucrinus:
Hic uestræ mihi sunt castrice diuitiæ.
Quondam laudatus quocunque libebat ad undas:
Currere: nec longas pertimuisse uias.
Nunc urbi uicina iuuant: facilesque recessus:
Et satis est: pigro si licet esse mihi.

In Calliodorum

Festiue credis te calliodore iocari:
Et solum multo permaduisse sale.
Omnibus arrides: dicteria dicis in omnes:
Sic te conuiuam posse placere putas.
At si ego non belle: sed uere dixero quiddam:
Nemo propinabit calliodore tibi.

In lectoriam.

Lusistis: satis est: lasciui nubite cunni:
Permissa est uobis non nisi casta uenus.
Hæc est casta uenus. nubit lectoria lygdo.
Turpior uxor erit: quam modo moecha fuit.

Ad Catianum.

Vapulat assiduo ueneti quadriga flagello:
Nec currit: magnam rem catiane facit:

baianis. Non one. su. iu. i. quæ paꝝ spacii occupauit Hoc: casa & ociũ nomentanũ. Soles. i. dies baiáus. & secessus. Quondá: olí cũ bene ualeré. Laudatas ad undas. i. ibam baias ubi sũt laudatæ aquæ: ná balnea baiana dicũť a Mart. aquæ laudatæ. ut alibi: Inter laudatas ad styga missus aq̃s. Faciles re: qđ facile possũ accedeř exiguo uiæ spacio. Scilicet e. pi. id est si possum hoc parũ spacii ambulare.

Estiue: In Calliodorũ qui iocis & scurrilitate uenabať cœnas: os aũt fœtebat fellatione: si inquit Mart. dixero unũ đ te nõ satis festiue sed uere: hoc é si dixero te fellatoré: néo ad poculũ te inuitabit: ná fellatoris os male olet. Permaduisse multo sale: i. multis facetiis. Arridere: é ridenté risu ꝓsequi. Dicteria: dicunť dicta urbana: græce dicunť apohtegmata. Belle: nõ festiue Nemo ꝓpinat tibi. i. néo inuitabit te ad poculum: quum sis tam fœtido ore ob fellationem.

Vusistis: Lygdus mollis cõcubius duxerat mœchã: duæ ergo mœchæ erãt coniũctæ: de Lygdo supra: ex concubio natus é tibi lygdo: poeta ridet ꝙ lex Iulia hoc pacto seruet: ná dũ íqt ꝓhibẽus adulteria: duo adulteri coniũgũť. Nubite la. hoc erat edictũ legis Iuliæ. Non é p. uobis nisi casta uenus. Lectoria: mœcha. Turpior uxor erat: ná ãbo erant adulteræ: uel certe ꝙ placet notat turpitudiné lectoriæ: q̃ spadoné olí hřet adulteꝝ & nũc uiꝝ: turpius íqt é nubeř spadoni q̃ tãtá adulterá & mœchá eẽ. hic illa ídignatio. Iuue. cũ tener uxoré ducat spado. ita. n. & illũ & hũc locũ sumus íterpretati

Apulat: Venetus auriga erat: non poterat peruenire ad metam ante alios pigris eqs: quamuis uapularent. Turba spectatorum putabat eos faceř magnam rem qui ad metam uenirent ante alios. poeta iocans ait quadrigá Veneti sibi uideri magná rem facere: ꝙ cũ uerberetur assidue: non currat. de Veneto alibi sæpe de Prassino: Conuiua meus: ueneto que loquať. Vapulat: uerberať. Facit magná ré: ꝙ. s. uapuládo ad metam non ueniat:

Ympha: Anteq̄ plane conualuisset Mart. bibit aquā ex fonte Stellæ: uouitque porcam uirginē Dianæ: ut alii sentiūt: quod magis placet Proserpinæ ut Macrobius ex sententia Cornelii recitat porca uictima erat Proserpinæ uouit inq̄ porcā: si aqua illa furtī hausta eū non læderet: nūc penitus confirmatus ꝓsoluit uotū & rogat fontē: ut sine ullo nocēdi metu largas aquas præbeat: cum iam satisfecerit necata porca suo crimini: qđ olim æger bibisset: optat demū ut nunc bene ualens hauriat fontē quēadmodū olim æger biberat.

Domestica: itra parietes.

Ab antris: antiquus codex habet ab anna. Anna soror Didonis ad Aritiam consecrata erat. supra ē dictū & satis cecinit Ouidius & Silius. Coniunx numæ. i. egeria quæ illic numen hebat fontē. Ab āna .i. ab Aritia in q̄ colebatur Diana. Nona de gre. ca. illac. n. fluebat: an alludit ad nouē aquaꝝ ductus: q ī urbē inuehebāt: q iis noibus dicebāt teste Frontio Appia: Anio uetus: martia Tepula: Iulia: Virgo: Augusta: Claudia: Anio nouus: postea ad tpra usque Dioclitiāi. x. & . viii. aquaꝝ ductus creuerī: & apte poeta has. ix. aquas. ix. musis compauit: cū diceret hāc īgredi in domū poetæ. potes & accipe dictū qđ magis placet ꝑpter egeriam: quæ una iter. ix. musas fuit quorūdā sentētia: aucto re Plutar. Marcus: Mart. Exoluit se uotis. i. ꝓsoluit uota. Virgie porca. i. intacta: nā & sterilis uacca mactaī apud Homerū Proserpinæ. Aquā furtiuā. i. clam bibit ex aqua tua. Tu contēta meo crimīe. i. cū iā satisfecerī tibi de meo crimīe: qa mactaui porcā. Sana sitis. i. utinam ita sanus sitiā nunc ut olim æger sitiebā. optat potum alibi ægrotans: Setinum dominæ ꝙ niues densique trientes: Quando ego uos medico non prohibente bibam.

Ad Hiantida nympham.

Nympha mei stellæ quæ fonte domestica puro:
Laberis: & domini gemmea tecta subis.
Siue nume coniunx triuiæ te misit ab amne:
Siue camænarum de grege noua uenis.
Exoluit uotis hac te sibi uirgine porca:
Marcus: furtiuam quod bibit æger aquam.
Tu contenta meo iam crimine gaudia fontis:
Da secura tui. sit mihi sana sitis.

In Pomponium.

Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata:
Non tu pomponi: cœna diserta tua est.

De Priapo.

Non sum de fragili dolatus ulmo:
Nec quæ stat rigida supina uena.
De ligno mihi quolibet columna est.
Sed uiua generata de cupresso:
Quæ nec sæcula centies peracta.
Nec longe cariem timet senectæ.
Hanc tu: quisquis es o malus: timeto.

Vod: Pomponius mala carmina scribebat: quæ cū uellet laudari cœnam dabat amicis hoc carpit Persius: Calidū scis ponere sumē. Idē tangit Ora. in arte poetica: qđ igitur laudenī carmīa Pomponii dicit poeta carmīa non eē erudita sed cœnā. q. d. laudātur carmīa ꝑpter coenā. Turba togata. i. romana uel leuioꝝ hoīum turba qđ placet: nā poeta dicit sæpe se esse inter togatos: cū est comes alicuius. Clamat grāde sophos. i. assētatorie laudat: græca est assentatio: qui dicit σοφοσ . i. doctus est: nam græci immodice laudabant: quod luue. carpit: Laudare paratus. & cætera. supra: Audieris cum grande sophos.

On sū: Epigrāma hoc affixit poeta ī hortis custodi priapo. Priapus nomē ē urbis & portus iuxta dardaniā urbē: condiderī Milesii: ut alii putāt illis deus eodē noīe colīt ex sacris sumptis a corīthiis: qui Priapum Orneum colunt: ut eius sacra ornea uocant: Filius fuit patris Liberi & Veneris: ut Diodo. ut Strabo nymphæ: huic cū cæteris Bacchi comitibus sacra celebrāt ad Alebedum iuxta Colophonem. ūde ipse Silenus & reliqui comites Alebedi dicuntur. Virgilius. Huc Alebede ueni. huius numis originem tradiderunt ægyptii: qui pudenda Osyridis coluerunt pro deo: quem dixerūt Priapum. Is non modo inter urbes colitur: sed etiam ruri fructuum fures castigat. Alloquitur custos Priapus.

Nam si:id est ficosus fies o fur. Inserta tibi colūna mea cupressea:ficus enī genus morbi:id est qui orit̄ ex frequenti pædicatione:ex quo iocans alludit ad arborem.

Vod conuiuaris:In Lupercum iocatur qui nunquam eum inuitauerat: Nam inquit sum tibi iratus & noui qua ratione te ulciscar. Quid facies:inquit Lupercus ueniam & ita tuam auariciam ulciscar. Conuiuaris:conuiuia facis. Irascar:tibi. Licet: quamuis me sæpe uoces.

Nam si uel minimos manu rapaci:
Hoc de palmite læseris racemos
Nascetur: licet hoc uelis negare.
Inserta tibi ficus in cupresso.

Ad Lupercum.

Quod conuiuaris sine me tam sæpe luperce:
Inueni noceam qua ratione tibi.
Irascar licet usque uoces:mittasque rogesque:
Quid facies inquis:quid faciam?ueniam.

Epi. Pantagathi.

Hoc iacet in tumulo raptus puerilibus annis
Pantagathus:domini cura dolorque sui.
Vix tangente uagos ferro resecare capillos:
Doctus:& hirsutas excoluisse genas.
Sis licet inde sibi tellus placata leuisque:
Artificis leuior non potes esse manu.

Oc iacet: Pantagathū tonsorem laudat qui nuper erat mortuus cuius manus facilitatem & leuitatem tātam fuisse scribit. ut terra quamuis cupiat ei esse leuissima:non tamen possit esse leuior q̄ manus fuerit. Pantagathus:seruus erat. Rapti: dicuntur qui moriuntur:annis puerilibus. Vagos:inæq̄les. Vix ferro tangente: forpice. Excoluisse:expolire. Genas hirsutas: id est barbatam faciem.

De Andragora.

Lotus nobiscum est hilaris: cœnauit & idem:
Inuentus mane est mortuus andragoras.
Tam subitæ mortis causam faustine requiris:
In somnis medicum uiderat hermocratem.

Otus:Hermocrates medicus fuit:q plurimos imperitia necabat.In hūc scribit poeta ait enim Andragorā una lotum fuisse in balneis: & cœnasse hilarem: sed inuentum mane domi mortuum:quare inquit hoc accidit:nimirum uiderat in somnio Hermocratem:q tantæ est perniciei:ut non modo si medetur:sed etiā si cernitur aliquo pacto interficiat.

De Sextiliano.

Tantos & tantas si dicere sextilianum:
Aule uetes:iunget uix tria uerba miser.
Quid sibi uult inquis:dicam quid suspicer esse:
Tantos & tantas sextilianus amat.

Ad Papilum.

Mentula tam magna est : tantus tibi papile nasus:
Vt possis quotiens arrigis olfacere.

Antos: Sextilianus hæc uerba sæpenumero usurpabat:tantos & tantas: hoc accidere ait qui amet mutoniatos. Tantos & tantas:draucos ut diximus amabat: hoc est prægrandes iuuenes:qui hispidos & barbatos præcidebant. Tantos:id est prægrādes pueros. Tantas:id est mentulas.hoc etiam supra notauit poeta: Dormis cum pueris mutoniatis: in Phœbum.

Ecti podicis:Impudicū fuisse Carinū duobus epigrámatis supra ostēdit:quorꝫ utrun/
que īdicauit eū pudenda muliebria lingua sectari:Catamitū indicat :hoc est puerum
meritorium tanta libidine: ut nullum faciat finem pruriginis:q̄uis iam inutilis sit.

Vm coleret:Idē sensus ē apd̄ Iuue.Diligit̄ nemo nūc nisi conscius.Thelesinus q̄ diu ca
ste & pudice adolescētes amicos coluit nihil ē assecutus:cū primū aūt cœpit curar̄ tur
pes pueros:& illorꝫ libidīs conscius eē:factus ē diues.Iuue.Nil tibi debere putat nil cōferet
unq̄ pticipē q te secreti fe
cit honesti. Pudica basia:
& casta failiaritas nihil po
test præstare : sed si fueris
cōscius alienorꝫ scelerꝫ eua
des diues. Basia pura:ca/
stos cōgressus amicorū.q.
d.optet iter turpes uersari

Vod sēp:In Coracinū
cuius anhelitū fœtidū
unguētorꝫ odores emēda/
bāt.poeta optat nil potius
olere q̄ olere unguēta .q.ī
dicaret eū unguēta sumer̄
qa male oleat:& ī Posthu/
mū idē ē sēsus:Posthume
nō bene olet q bene semp
olet. Nos:me. Niger:un
ctus. Nido supbæ alitis.i.
nido phœnicis:nam phœ
nix moritura & ex casia &
thuris surculis nidū cōfi\
cit quēadmodū auctor̄ Pli.
scripsit Manilius.Men do
sū alterutrꝫ codicem arbi
tror Pli.aut Hero.nā Pli.
ita scribit: Cīnamomū &
casias : fabulosa narrauit
antiqtas:prīceps Herodo.
auium nidis & præsertim
phœnicis ī quo situ Liber
pr̄ sit educatus : easque de
cuti ī rupibus inuiis frusto
carnis allato: aut plūbatis
sagittis:hæc Pli . Herodo.
eo loco ubi scribit de cīna
momo de phœnice nullā
mētionem fecit: scribit ta
mē arabes hoc cogitasse ut
coactū cīnamomū ī nidū decutiāt:obiiciūt asinorꝫ aut boū mortuorꝫ corpa secta ī frusta.
quæ aues nidis īferētes nidos ea mole dissipāt:atque ita cadētes surculi ab arabis colligūt̄.
de plūbatis sagittis nullū extat Herodo.testioniū:ꝙ Pli.scribit:Casia ītra paludes in ara\
bia colligit̄ aduersus duo uesptilionū genera pugna. Nicerotiana:unguēta erāt a magr̄o
tabernæ Nicerote:ut cosmiana a Cosmo.Nicerotes aūt unguentarius fuit.huius Laberius
meminit ut mox dicet̄.Plumbea dicunt̄ unguēta non tam a colore ut mihi qđ placet:q̄ a
confectione ipsa:nā in uasis plumbeis in umbra coquebātur auctore Plinio: quoniam sol
erat ei inimicus. Fragras:redoles. Plumbea:decocta in uasis plumbeis.

Vod tibi:In senē hispidū fellatorem:hic ut alienus a libidīe uideret̄: ostētabat setas &
mēbra hispida:at poeta inqt alia corpis pte eū posse eē turpē & libidinosū & leuius crī
men futurū si depilato corpore suspitionē præbuerit ꝙ sit cinædus: nā id qđ agebat erat
sceleratius. Charidemus:dr̄ qui delectat̄ fama populari. Dare uerba: decipere. Crede

In Carinum.

Secti podicis usque ad umbilicum
Nullas reliquias habet carinus:
Et prurit tamen usque ad umbilicum.
O quanta scabie miser laborat:
Culum non habet : est tamen cinædus.

De Thelesino.

Cum coleret puros pauper thelesinus amicos:
  Errabat gelida sordidus in togula.
Obscenos postquam cœpit curare cinædos:
  Argentum :mensas:prædia: solus emit.
Vis fieri diues bithinice: conscius esto:
  Nil tibi:uel minimum: basia pura dabunt.

In Coracinum.

Quod semper casia:cinnamoque:
Et nido niger alitis superbæ
Fragras plumbea niceroniana:
Rides nos coracine nil olentes.
Malo quam bene olere: nil olere.

In Charidemum.

Quod tibi crura rigent setis & pectora uillis:
  Verba putas famæ te charideme dare.
Extirpa:mihi crede:pilos de corpore toto.
  Teque pilare tuas testificare nates.
Quæ ratio est inquis:scis multos dicere multa:

mihi:sequere consilium meum. Multa dicere: loqui uaria. Fac putent te pædicari: nam quod putant te fellatorem esse:turpius est.

Entiris:In Phœbũ iã canũ:sed dissimulãtẽ canitiẽ unguẽto non erit inqt opus tonderẽ: nã sola spongia poterit caput tuũ o Phœbe detergere. Pictis:unctis ut nigri essẽt. Radere:detergerẽ.spongia tergẽdis mẽsis utebãt antiq:qđ distichon iudicabit:spongia itẽ piscis erat tribus generibus:ut Pli.scribit hærens lapidibus:ita ut uix auelli possit:sed hic de spongia nõ pisce itelligit.

Fac pædicari te charideme putent.

In Phœbum.

Mentiris fictos unguento phœbe capillos:
Et tegitur pictis sordida calua comis.
Tonsorem capiti non est adhibere necessum:
Radere te melius spongia phœbe potest.

Ad Aulum.

Cernere parrasios dum te iuuat aule triones:
Comminus & scythici sydera ferre poli.
O quam pene tibi stygias ego raptus ad undas:
Elysiæ uidi nubila fusca plagæ.
Quamuis lassa tuos quærebant lumina uultus:
Atque erat in gelido plurimus ore dolor.
Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores:
Stamina:nec surdos uox habet ista deos:
Sospite me sospes latias reueheris ad urbes:
Et referes pili præmia clarus eques.

In Baccaram.

Et dolet & queritur sibi non contingere frigus:
Propter sexcentas baccara gausapinas.
Optat & obscuras luces uentosque niuesque:
Odit & hibernos si tepuere dies.
Quid fecere mali nostræ tibi sæue lacernæ:
Tollere de scapulis quas leuis aura potest:
Quanto simplicius:quanto est humanius illud:
Mense uel augusto sumere gausapinas.

Ernerẽ:Ad Aulũ pudentẽ amicũ militãtẽ i germania huius supra bis meminit cũ de Encolpo puero loqueretẽ:nũc significat se cõualuisse ex grauissimo morbo:quo illo absẽte laborauit.Sibi aũt eẽ i uotis ut ille primipilaris reuertatẽ sospes:nã Aulus pudẽs primipilũ maxĩe affectabat qđ cẽturioĩbus dabatẽ cũ rẽ bene gessissẽt dignitate equestri etiã si q̃drin gẽta sestertia non possiderẽt. Plagæ:regioĩs. Triones parhasios:septẽtrionẽ in germaĩa ab ursa parhasia. Sidera:pigra boetes & ursa:qa nunq̃ nobis occidũt: Pigra:nunq̃ nobis occidẽtia. Lassa:languẽtia. Plurimus pudẽs:ita codex ãtiquus habet & ita ẽ legẽdũ nõ aũt pudor Pudẽs.i.nomẽ Auli pudẽtis. Plurimus:sæpissime erat ĩ ore.s.mihi: hoc ẽ sæpe te lãguẽs noĩabã. Clarus eques:ĩ equestrẽ dignitatẽ ascitus. Pulla:stamina parcæ ducũt ĩfelicibus sẽsus ẽ si non sũ oĩno inuisus diis & ĩfelix. Vox:meum uotũ. Surdi:dicũtẽ dii quãdo non audiunt uota.

T dolet: Bacharis significat nardũ rusticũ:auctor ẽ Pli.hic Bachara nomẽ ẽ ppriũ. Gausapia pe

nula:erat toga q̃ gestabatẽ sub latoclauo:ut alii scribũt erat tũica laticlaui:ea texebatẽ ĩ mo/
dũ gausape miro cãdore uillo℞ gestabatẽ hyeme.Bacchara multas gausapias hẽbat & opta/
bat ppetuã hyemẽ his ostẽtãdis:Mar.trita & lacerata tũica accusat Bacharã q sibi bene ĩdu
to frigus optet:cũ idẽ noceat poetæ habẽti tritas lacernas. Frigus:hyemẽ & dies frigidos.
Sexcẽtas:nõ sexcẽtas sed multas:nã sexcẽtũ nomẽ erat ĩ pmptu uolẽtibus significarẽ ma
gnũ nume℞.Cic.sexcẽta ĩcõmoda sũ ppessus ĩ tuẽda rep. Gausapias:uestes. Luces obscu
ras.i.nubilos dies. Hybernos:hyemales. Si tepuere:si ĩcaluerĩt sole. Nr̃æ lacernæ:tritæ.
Scapulis:hũeris.q̃to tu humãius faceres si ferres gausapias media æstate ut tu calorẽ labora
res:q̃ optarẽ hyemẽ ppetuã.Distichon de penula gausapia:Tã mihi cãdor ĩest uillo℞ grã tã
ta ut me uel media sumerẽ messe uelis hoc ẽ tu optares ferrẽ media messe q̃uis sim hyberna.

Audat:Oderat iuidos poeta:qđ ſupra indicauit in Zoilum:pendentem uolo Zoilum uidere. Et alibi:Omnibus inuideas Liuide nemo tibi: & nunc ait ſibi placere carmina ſua nulla alia re magis q̃ ꝙ eorum iuidia quidam cruciatur. Mea Roma:mihi amica & beniuola. Rubet:hi ſunt affectus inuidentis. Oſcitat:ore hiſcit. Hoc uolo:hoc premium. Noſtra placent:ut hic rumpatur inuidia.

Em:Pompili dicũť quidã thini q nauibus plenis uelis eũtibus a gubernaculis nuſquã diſcedũt. Pompilus nomẽ ꝓpriũ ẽ hoc loco: qui carmẽ qdẽ ſcribebat: ſed tamẽ ſine ulla uenere aut lepoř cũ eẽt igenioſũ multi putabãt fore imortalẽ. poeta hoc negat: Quoniã non ſolũ igeniũ ꝑpetuitatẽ donat: ſed qdã lepos & gr̃a quæ aberat a carmine Põpili Rẽ factã:uerbũ a Mart. alibi etiã uſurpatũ: nã dicit eũ hr̃e rẽ factã: q uſque eo i negocio ſuo eſt ꝓgreſſus ut putet ſe conſecutuꝝ reliquũ ſine cõtrouerſia. ſupra: Et factã tibi rẽ ſtati putaſti. hi duo uerſus dicũť ex ſentẽtia uulgi. Vſipioꝝ: Ptholomæus uſipũ deprauata dictione ꝓ uſipiũ poit ad hiſtꝝ. Accolæ aũt hiſtri fuerunt hoſtes đ qbus ſcribit Tacitus Domitiãi: Daci: Catti: Sarmatæ. poſuit uſipios hoc loco: q iter eos hoſtes ſũt. Leue: iconſtãs: qa ſæpe defecerũt. Flauorũ: a crinibus. Sic ualeat: ut põpilus legeť. Famæ: imortalitati. Tineas: paſcunt cũ obiiciũt chartas non legẽdas. Blatra nomen ſũpſit a græco uerbo qđ ẽ noceo. Coci ſoli: cum redimũt pip. Chartis: libris.

Geniũ: leporẽ & gratiã natiuã. Genius itẽ rerũ gerẽdaꝝ deus, ut ſcrib. Pop.

In Inuidum.

Laudat: amat: cantat: noſtros mea roma libellos:
Meque ſinus om nis: me manus omnis habet.
Ecce rubet quidam: pallet: ſtupet: oſcitat: odit.
Hoc uolo: nũc nobis carmina noſtra placent.

De Pompillo.

Rem factam pompillus habet fauſtine legetur:
Et nomen toto ſparget in orbe ſuum.
Sic leue flauorum ualeat genus uſipiorum:
Quiſquis & auſonium non amat imperium.
Ingenioſa tamen pompilli ſcripta feruntur:
Sed famæ non eſt hoc: mihi crede: ſatis.
Quammulti tineas paſcunt blatraſque diſerti:
Et redimunt ſoli carmina docta coci.
Neſcio quid plus eſt quod donat ſæcula chartis:
Victurus genium debet habere liber.

Ad Apianum.

Amiſit pater unicum ſilanus
Ceſſas mittere munera apiane?
Heu crudele nefas: malæque parcæ:
Cuius uulturis hoc erit cadauer.

Ad Marianum.

Scis te captari: ſcis hunc qui captat auarum:
Et ſcis qui captat: quid mariane uelit.
Tu tamen hunc fabulis hæredem ſtulte ſupremis:
Scribis: & eſſe tuo uis furioſe loco.
Munera magna quidem miſit: ſed miſit in hamo:

Miſit: Apianus erat captator apđ græcos poeta ẽ q de piſcibus carmĩe elegãtiſſĩe ſcripſit: quẽ imitatus ẽ Ouidi. apđ latinos opis eodẽ argumento: ut apđ Pli. legĩus. Sillãus: factus ẽ orbus amiſſo unico filio quẽ hẽbat. Inqt poeta argute filiũ mortuũ non eẽ cadauer: ſed patrẽ: qa multi captatores ad ipſũ tãq̃ aues aduolabãt. Sillãus: ditiſſĩus. Vnicũ. i. filiũ quẽ hẽbat q mortuus ẽ. Vulturis: uultur cadauera ſectãť præter cæteras aues: ut illđ Ennii: Vulturis ĩ ſiluis miſeꝝ mãdebať homonẽ. Cuius uulturis. i. cuius captatoris: nã captatores ꝑinde ac uultures ſũt: aduolãtes ad cadauer.

Cis te captari: Mariãus captatorẽ ſcripſerat hæredẽ, hũc igeioſe carpit poeta. captabãť q blãditiis & muneribus alliciebanť ut illud maius darent. Tu ſcis quid uelit captator: nam cupit te cito mori. Supremis tabulis: teſtamẽto. Eſſe tuo loco. i. ſuccedeř tibi.

Et piſcatorē piſcis amare poteſt.q.d.qui decipitur non debet amare auctorem fraudis. Tua fata:tuā mortē. Des nihil:ut illud plorat lachrymis amiſſa pecunia ueris. Iraſcūtur apud Iuue.qui non ſunt ſcripti bonis conſūptis: Ducit iratis plaudēdū funus amicis.

Vm ſis: In puerū mollē:qui ſcripſerat epigrāma in Martialē:hūc hexametris īſectat.

Permittis tibi:tāta uteris licētia aī ut committas emēdare meos libellos:quos fama nouit qui ab oībus probati ſunt. Nugas:carmīa mea. Felices:quæ legunt & laudē habent.

Et piſcatorem piſcis amare poteſt.
Hiccine deflebit uero tua fata dolore?
Si cupis ut ploret:des mariane nihil.

In Detractorem.

Cum ſis nec rigida fabiorum gente creatus:
Nec qualem curio dum prandia portat aranti
Hirſuta peperit rubicunda ſub ilice coniunx.
Sed patris ad ſpeculum tonſi matriſque togatæ
Filius:& ſponſam poſſit te ſponſa uocare:
Emendare meos:quos nouit fama libellos
Et tibi permittis felices carpere nugas:
Has inquam nugas:quibus aurem aduertere totam
Non aſpernantur proceres urbiſque forique
Quas & perpetui dignantur ſcrinia ſili
Et repetit totiens facundo regulus ore:
Quique uidet propius magni certmina circi
Laudat auentinæ uicinus ſura dianæ.
Ipſe etiam tanto dominus ſub pondere rerum
Non dedignatur bis terque reuoluere cæſar.
Sed tibi plus mentis:tibi cor limante minerua
Acrius:& tenues fixerunt pectus athenæ.
Næ ualeam ſi non multo ſapit altius iſtud:
Quod cum panticibus laxis:& cum pede grandi
Et rubro pulmone uetus naſiſque timendum
Omnia crudelis lanius per compita portat.
Audes præterea:quos nullus nouerit:in me
Scribere uerſiculos:miſeras & perdere chartas
At ſi quid noſtræ tibi bilis inuſſerit ardor.
Viuet:& hærebit:totoque legetur in orbe.

Curio:dentato marito:qui ex aratro fuit creatus conſul:ſed ſis filius pr̃is.

Tonſi ad ſpeculū.i.cinædi. Nā ad ſpeculū cinædi tondebāt:ut Iuue. Ille tenet ſpeculū pathici geſtamen othoīs. Matris togatæ.i.mœchæ famoſæ:Nā mœchæ depræhēſæ cogebāt toga indutæ ꝓcedere in publicū. Et ſponſam:ut ſupra:nam cinædi ſūt ſponſæ uiroꝝ. Totā aurē.i.diligēter audire. Si lii ꝑpetui:īmortalem famā conſecuti. Dignant:accipiūt. Silius declamauit ī foro ad mediā ætatē.

Sura:ad Surā ſcribit Pli. hic doctiſſius fuit dictus:Palphurius Sura:& coronatus ē in certamīe oratorū.coronati autē honeſto loco ī ludis ſedebāt.cū autem hoc certamīe quo fuerat uictor ī circo eſſet:poeta ait Surā hr̃e honeſtū illic locū:unde ſpectet certamīa.placet ſupior ſēſus potes etiam intelligere ex Auētio monte eū ſpectaſſe certamina:nā illic hītabat.pātices īteſtinoꝝ ꝑtes ſūt & qdē ſordidæ.Feſtus ita ſcribit:pātices ſūt uentris fluxus. Diana:in auētino colebat:Cuius poſtibus cornua boū affigebāt:cū aliis eius tēplis tātū cer uoꝝ pēderēt. Magni circi:ī quo coronā aſſecutus erat. Tāto pondere rerū.i.in tātis negociis. Sed tu plus mētis habes:quā alii. ironia ē. Pectus fixerūt:uulnerauerunt doctrina. Tria carmina:quæ ſequunt. Quid cū panticibus:ſcripta fuerunt ab hoc puero quæ inſerit Mart.& deridet ut Perſius Neronis carmē:Torua mimalloneis īplerūt cornua bombis.& Ora.carmē Furii bibaculi:Furius hybernas cana niue cōſpuit alpes.& alibi mali ſcriptoris:Fortunā Priami cantabo & nobile bellū. Multo altius multo eruditius ē. Audes præterea.quū tale carmē ſcribas. Inuſſerit:urendo ſignauerit.

Stigmata: signa & notæ quas habuerit carmen meum. Cinnamus: qui scit expolire cutem. placet magis ut accipias pro fullone. Vafra arte: fullonaria. Erit ursus: ueniet ad feritatem. Fatiges dentes: translationem a cane sumpsit.

Exametris: Tucca reprehẽderat superius epigrãma: ꝙ & longum esset: & hexametris compositũ. Alterũ. s. ut constet hexametris poeta ait sibi licere: & hoc solere fieri. In alteꝝ. s. ꝙ sit longũ paciscit̃ cũ Tucca ut sola disticha legat: epigrãmata aũt longa tã liceat Tuccæ transire q̃ sibi scribere. Tuccæ nomen conuenit cẽsori: nam & Octauius in emendãdo carmie uirgiliano Tucca usus dicitur auctore Eusebio. Solet fieri: ut epigrãmata sit hexametris. Conueniat nobis: hoc est hoc pactum sit inter nos.

Amæ: Præconis Geliani imprudentiam accusat qui puellam uendens ut eius pudicitiam & blanditias ostentaret ita ĩstitutam ut negaret: faceretque uendibiliorem ter osculatus est. at qui paulo ante promiserat sexcenta noluit dare. Vult enim innuere Gelianũ fuisse fœtido anhelitu: uel cunnilingum uel fellatorem: nã ĩ eius generis homĩes hoc ioci genere sæpe utitur ut in escam in quam Sabidius sufflauerat fellator: sed nemo potuit tangere merda fuit: Et in Posthumum sæpe. Suburra: in suburra erant impudicæ mulieres: quod supra ĩdicauit: Tonstrix suburræ faucibus sedet primis.

Licere dicuntur res uenales: quando certatĩ præmia offeruntur: dũ uenduntur sub hasta: & licitatores dicuntur qui eãdem rem affectantes pollicentur precium. Purã: quia negabat negantem: ita enĩ docuerat. Profecerit: id est sit assecutus. Negauit: noluit dare offensus osculo Geliani: nam erat fœtido anhelitu ob fellationem.

Stigmata nec uafra delebit cinnamus arte.
Sed miserere tui: rabido nec perditus ore:
Fumantem nasum uiui tentaueris ursi.
Sit placidus: licet & lambat: digitosque manusque:
Si dolor: & bilis: si iusta coegerit ira.
Vrsus erit: uacua dentes in pelle fatiges:
Et tacitus quæras quam possis rodere carnem.

A d Tuccam.

Hexametris epigramma: facis scio dicere tuccam:
Tucca solet fieri: denique tucca licet.
Sed tamen hoc longũ ẽ: solet hoc quoq; tucca licere:
Si breuiora probas disticha sola legas.
Conueniat nobis ut fas epigrammata longa:
Sit transire tibi: scribere tucca mihi.

De Præcone puellam uendente.

Famæ non nimium bonæ puellam
Quales in media sedent suburra
Vendebat modo præco gellianus.
Paruo cum precio diu liceret.
Dum puram cupit approbare cunctis:
Attraxit prope se manu negantem:
Et bis terque quaterque basiauit.
Quid profecerit osculo requiris?
Sexcentos modo qui dabat: negauit.

Ad Pannicum.

Cur tantum eunuchos habeat tua gellia quæris:
P annice? uult futui gellia: non parere.

Vr tantum: Eunuchi spadones dicti sunt auctore Donato: a græco σπάω quod significat extraho. Adhibebantur custodiendis lectis matronarum: nam in eum usum emebantur: imprudenter factum ostendit poeta & accomodatum esse consilio mulierum uolentium futui nec parere: ut nunc in Gelliam iocatur: nã Eunuchi procreare non possunt & si rem habent. Tanta erat mulierum libido: ut spadones quoque adulteros haberent: quod alibi conqueritur: At prius o facinus & spado mœchus erat.

Lete nefas: Castricus puerū amiserat baiis ubi erat: ut supra: Dū tibi fœlices indulgēt Castrice baiæ. huius poeta mortē deflet. Nayades: nymphæ aquaꝝ. Lucrinus. iuxta baias. Tethys: mare. Eutichus: nomen ē pueri: alibi nomē asinarii: q primo mane occurrit Augu. unde bonū accepit omē. nā Eutichus significat fortunatū auctor Tran. Dulce la. tuū. i. q lateri semp hærebat. Alexis: alter Alexis ut Virg. Hylas raptus est in bithía secutus ceruā immissā a Iunone: ut Theocritus scribit ab omnibus nymphis: ut Onasus in. i. amazonicoꝝ a nulla nympha raptus submersus ē ut Apollonius canit ab una nympha: eius noīe lacus ē quē lustrātes quotānis bithini hylā uocāt. Hermaphroditus: ueneris & Mercurii. f. quē Salmacis nympha dilexit. is utrūque habebat sexū: ūde eius generis hoīes Hermaphroditi dicti sunt: & alio uerbo adrogyni: q olī in portentis hēbant postea ī delitias recepti: ut Pli. Sollicitata: allecta. Viri: Euthici.

De Morte eutychi pueri.

Flete nefas uestrum sed toto Flete lucrino:
 Naiades: & luctus sentiat ipsa thetis.
Inter baianas raptus puer occidit undas:
 Eutychus: ille tuum castrice dulce latus.
Hic tibi curarum socius blandumque leuamen:
 Hic amor: hic nostri uatis alexis erat.
Nunquid te uitreis nudum lasciua sub undis:
 Vidit: & alcidæ nympha remisit hylam.
An dea fœmineum iam negligit hermaphroditum:
 Amplexu teneri sollicitata uiri?
Quicquid id est subitæ quæcūque est causa rapinæ:
 Sit præcor & tellus mitis: & unda tibi.

De Bassa.

Non miror quod potat aquam tua bassa catulle:
 Miror quod bassi filia potat aquam.

Ad Martianum.

Sexagesima martiane messis
Acta est: & puto iam secunda cottæ
Nec se tædia lectuli calentis
Expertum meminit die uel uno.
Ostendit digitum: sed impudicum:
Alconti: dasioque: symmachoque.
At nostri bene computentur anni
Et quantum tetricæ tulere febres.
Aut langor grauis: aut mali dolores:
A uita meliore separentur.
Infantes sumus: & senes uidemur.
Aetatem priamique nestorisque
Longam qui putat esse martiane
Multum decipiturque: fallitur que.

On miror: Bassa Bassi filia aquā potabat: cum pr fuisset ebrius hoc miratur Mar. nā & cū Dioge. ebriū ī foro uidisset: Illius inquit pater ebrius fuit: simul inqt eā fuisse fellatricē. ita dixit alibi in Lesbiā Qua tibi parte opus ē Lesbia sumis aquam.

Exagesima: Cottæ uitā iocundissimā admirat ꝙ cū. lxii. annū expleuerit: unq̄ ægrotauerit: & hanc fuisse uerā uitā scribit: non enī multi anni ostendunt aliquē diu uixisse: sed uitæ iocūditas & carentia morborū. Messis acta. i. annus absolutus.

Calētis le. in febre. Alcon: alcontius alio uerbo dictus ē. Oratius Alcontē dixit. Alcon maris expers pro seruo Oratii uerbū cū Mart. conuēit. Pli. nō conuenit q scribit alcontium uulneꝝ medicū a claudio. c. sestertiis condēnatū exulē missū ī galliā deīđ restitutū. Dasius: nomē medici hoc loco. dasii etiā cuiusdā memit Liuius ī secundo bello pūico. Simachus: medicus: de quo supra cū uenit ad Martialē ægrotantē comitatus. c. discipulis. Digitū ipudicū: deridet & contēnit: nā ostēdere mediū digitū q infamis dr opprobriū erat. Computēt: nūerent. Sumus infantes: id est parū uiximus ac si essemus infantes: quia febres & dolores occuparunt uitæ tempus.

Vita non uiuere:hoc ē non ē consumere annos. Valere:esse sanus & in uoluptate agere. Dere. Eū deridet q Thelesinā ancillā olī uēdiderat:sed eius postea amore captus eā redemit:pulchre īquit factū:nā quæ paulo ante diuēdita fuerat tanq̄ ancilla:nunc redimit ꝑ domina:placet potius ut ītelligas eā non fuisse iterū emptā:sed magno interdū precio conduci a domio priore. Crusmata ad sonitus bæticos. Crusmata dicunt sonitus cimbalorū & instrumētorꝫ quæ digitis pulsant:nā κρουω ē uerbero & pulso:unde crusma.

Non est uiuere:sed ualere uita.

De Thelesina.

Edere lasciuos & bætica crusmata gestus:
Et gaditanis ludere docta modis.
Tendere quæ tremulum pelian:hecubæq̄ maritū:
Posset ad hectoreos sollicitare rogos:
Vrit & excruciat dominum thelesina priorem:
Vendidit ancillam:nunc redimit dominam.

De Cilice fure.

Fur note nimium rapacitatis
Compilare cilix uolebat hortum.
Ingenti sed erat fabulle in horto:
Præter marmoreum nihil priapum:
Dum non uult uacua manu redire.
Ipsum surripuit cilix priapum.

De Priapo.

Non rudis indocta fecit male falce colonus:
Dispensatoris nobile cernis opus.
Nam ceretani cultor notissimus agri:
Hos hilarus colles & iuga lenta tenet.
Aspice quam certo uidear non ligneus ore:
Nec deuota focis inguinis arma geram.
Sed mihi perpetua nunquam moritura cupresso
Phidiaca rigeat mentula digna manu.
Vicini moneo sanctum celebrate priapum:
Et bis septenis parcite iugeribus.

Ad Esculanum.

Medio recumbit imus ille qui lecto
Caluam triphylem semitatus unguento

Modis gaditanis:nā puellæ gaditanæ peculiarem saltationē habebāt. Pelias frater Nelei fuit:Neptuni & Tyro filius ex eadē matre. ex Cretea nati sūt Amithaō:Pheretus:Eson Pelias alter Iasonis:q ad decrepitā ætatem uixit:ꝺ quo ītelligit ad rogos hectoreos:id est ī medio merore. Redimit dominā:precio impetrat tanquā a domina. Redēptores dicunt qui suscipiunt opera conficienda. Redimere item est assequi precio:ut hic.

On:Custos hortorū alloquit ex agro hilari ceretani dispēsatoris:cū tantū dispensatorē dicat.ego Publium ītelligo:& Palatinū. Cerelim:agilinam dixerunt:sunt q dispensatorē accipiant ꝑ artifice qui custodē effinxit:quod placet. Parcite iu.nolite aliquid furari.

Edio:Senem deridet qui non secus ungebat crines & reliquum corpus colebat:quam si iuuenis:ut aut iuuenile os indicaret:cū nullos haberet dentes:dentiscalpio utebatur ridens hoc significat Esculano ne uidens dentiscalpium deceptus putet eum dentes habere. Imus:in imo loco. Segmenta:dicuntur quisquiliæ rerum sectarum. Segmenta item dicebantur colli ornamēta:quæ senatus romanus aurea ꝑmisit mulieribus:in gratiā Volumniæ:quæ Coriolanum repressit imminentem patriæ.segmēta præterea fasciolæ. Iuuenalis:Segmēta & longos habitus. Nonnulli codices habent semitatus:id est distinctus & expolitus:Vt Catullus:Omnes pusilli & semitatii mœchi.at segmentati fasciolis obuoluti dicuntur & per translationem segmentati unguento obliti dicūt. Caluā triphilē.i.triū capillorū.

Fodit scalpit. Lentiscus erat arbor: ex qua fiebant dentiscalpia. Tonsis: politis.
Vm mittis: Ad Pontiam ueneficam: cuius meminit Iuuena. Tu ne duos una sæuissima uipera cœna: Tu ne duos? Hæc mittebat Martiali sæpenumero munera esculenta: idest apta esui: dicebatque se mittere suas bucellas: at poeta inquit has ego non mittam amicis: nec edam: quia puto inesse uenenum. Bucella genus cibi conditi est: sed mihi Aug. uidetur accepisse bucellas pro exiguo frusto panis his uerbis: In balneo demum post horam primam noctis duas bucellas manducaui. & alibi poeta primitiuum protulit: horret caninas canis improbi buccas: ut exponas tuas bucellas: id est quas tibi paraueras. Nec mit. amicis. Nec edam. q. ego puto iesse uenenũ: quod nec mihi uolo sumere: nec tradere amicis.

Foditque tonsis ora laxa lentiscis.
Mentitur esculane: non habet dentes.

In Pontiam.

Cum mittis turdumque mihi: quadram ue placētæ:
Siue femur leporis: siue quid his simile.
Buccellas misisse tuas te pontia dicis:
Has ego nec mittam pontia: sed nec edam.

Epi. Tusci.

Ille sacri lateris custos martisque togati:
Credita cui summi castra fuere ducis.
Hic situs est fuscus. licet hoc fortuna fateri:
Non timet hostiles iam lapis iste minas.
Grande iugum domita dacus ceruice recepit:
Et famulum uictrix possidet umbra nemus.

In Afrum.

Cum sis tam pauper quam nec miserabilis irus:
Tam iuuenis: quam nec parthenopæus erat.
Tam fortis: quam nec cum uinceret arthemidorus:
Quid te cappadocum sex onus esse iuuat?
Rideris multoque magis traduceris apher:
Quam nudus medio si spatiere foro.
Non aliter monstratur atlas cum corpore gibo:

LLe sacri: Domitianus duas expeditioẽs suscepit in dacos populos germãniæ: in priore Appius Sabinus consularis oppressus est: Alteram commisit Cornelio Fusco qui erat præfectus cohortium prætorii data ei belli summa: hic mortuus est eo in bello. inde inquit Iuuena. Fuscum præbuisse uiscera laniãda uulturibus dacis. poeta epithaphium ei cõponit. Ille cu. ille præfectus prætorii: & q custodiebat latus Domitiani.
Martis to. id est cohortium prætorii. nam cohortes prætorianæ non uersãtur in castris sed in urbe.
Castra summi ducis: domitiani. Credita: commissa. O fortuna: quæ iuidisti Fusco: potes hoc fateri: q̃uis mortuus sit uicit tamẽ: quia domuit dacos. Dacus populus germaniæ. Nemus famulum: domitum & redactum in deditionem.

Vm sis: Afrum carpit qui pauper iuuenis fortis a sex seruis gestabatur: quum tantum diuitis sit senis & imbecillis. hoc multo maiorem ait risum commouere q̃ si nudus incederet per mediũ forũ. Esse onus: portare humeris. Cappadocia: finitima Armeniæ. unde serui mittebant ut e Syria. Irus: pauperrimus fuit. Parthonopeius: unus ex septẽ ducibus: q ad thebas fuerũt profecti: iunior & oĩum pulcherrius. longũ de hoc extat Papinii carmẽ in thebaide. Pulchrior haud ulli triste ad discrimẽ ituro frons fuit. Arthemidorus: pugil. Cũ uinceret: ætate florẽte. Traduceris: subsãnaris. Atlas: sensus poetæ ẽ tanta admiratione & risu spectari Afrum: quanta spectantur res nouæ in ludis. ut Atlas q cælum dicitur sustinere: si gibo corpore & curuo fuerit repræsentatus: ut si elephas per stadium incederet insidente mauro. Hanc nouitatem spectaculi quæsiuit Nero. In cuius ludis notissimus eques romanus insidens elephanto per medium catradomum cucurrit: & apte spectacula ab Atlante & elephanto sumpsit: cum in Afrum scribat: & ex Africa elephantes mauri sint. Compare gibo: id est cum pari gibi magnitudine.

Nigra belua:id eſt elephas.hexaphorum non niſi ditiſſimorum erat lectica & ſex ſeruis geſtata.de hac.Iuue.Et ſexta ceruice feratur.An alludit ad ludos Neronis:in quibus fuerunt camellorum quadrigæ:& uotiſſimus eques romanus ut propoſui elephanto eſt uectus:ut per gibos camellos intelligat:qui gibum habent dorſum:& quod ſequitur de equite romano non aliter Atlas magnus ridetur:cum gibo camello compare idoneo ad eũ geſtandum. Sandapila:feretrum erat populare.pauperes nunquam geſtabantur niſi mortui.Senſus ergo eſt non debes geſtari niſi mortuus fueris:at ſi fueris mortuus đbes geſtari ſandapila: non hexaphoro. An placet ut mortuum accipiat ꝑ pauperẽ & ignauo. Mortuus: pauper & ignauus non debes geſtari hexaphoro: id ẽ lectica ditiſſimorum hominũ.alibi đ lectica ignaui:Quum tua ſit ſandapila eſt.

Otor: Clarueruͣt potu nonnulli: ut Torquatus mediolan.qui tres uini congios:uno ſpiritu potare dicebatur: Plinio auctore. Lippus: cui oculi ſtillabant. Valebis: peribis. Oculis bibit uenenum:quia periit.

Riſtis:In Lupum: q arrogantiam ſibi palam deberi arbitrabatur: quã haberet:monet Mar. eum eſſe fortunatũ: & fortunam accuſaturam ipſũ ingratitudinis: ſi ſenſerit eum triſtem:& hoc pacto auaritiam hominis: & nimia atque immodica appetentem animum accuſat. Triſtis:mœſtus:ſcierit te eſſe triſtem.

T noua: Roſæ olim mittebantur ex ægypto hyemali tempore. In gratiam autem Domitiani iam erat excogitatum: ut in urbe quoque hyeme ꝓuirerẽt. Virebant etiã ꝑpetua hyeme in Hiſpania ad Carthaginẽ nouã:ex italicis mileſiæ palmã ferebant ſero prouenientes antequã ueræ roſæ ſeruarentur: ex ramentis & ſegmentis cornuum tinctis coronæ conſerebantur imitantes ueros flores:& hæ appellabantur hybernæ:nunc poeta ab ægypto ait deſiderari in urbem frumentum:non roſas quæ iã poterant mitti illuc ex urbe. Memphiticus:ægyptus uiſus eſt deridere. Hortos pha. ægyptios. Ambitioſa: quærens laudem nouitate florum. Noua dona: id eſt inuſitata:nam nouæ roſæ hyeme erant noua dona. Floræ:deæ florum. Pæſtani ruris: id eſt roſacei. Omne iter:id eſt omnis pars urbis. Iuſſus iam cedere:id eſt qui cogeris cederẽ. Hyemi romanæ:id eſt roſis romanis:quæ hyeme ſunt & proueniunt.

Quæque uehit ſimilem belua nigra libyn.
Inuidioſa tibi quam ſit lectica requiris:
Non debes ferri mortuus exapohro.

Ad Aulum de luſco.

Potor nobilis aule lumine uno
Luſcus phryx erat alteroque lippus:
Huic dicit medicus bibas caueto
Vinum:ſi biberis nihil uidebis.
Ridens phryx oculo ualebis inquit.
Miſceri ſibi protinus deunces
Sed crebros iubet. exitum requiris.
Vinum phryx. oculus bibit uenenum.

Ad Lupum.

Triſtis es: & felix. ſciat hoc fortuna: caueto:
Ingratum dicet te lupe: ſi ſcierit.

De Roſis ad Cæ. miſſis.

Vt noua dona tibi cæſar nilotica tellus:
Miſerat hibernas ambitioſa roſas.
Nauita deriſit pharios memphiticus hortos:
Vrbis ut intrauit limina prima tuæ.
Tantus ueris honos & odoræ gratia floræ:
Tantaque peſtani gloria ruris erat.
Sic quacunque uagus greſſum oculoſque ferebat:
Textilibus ſertis omne rubebat iter.
At tu romanæ iuſſus iam cedere brumæ:
Mitte tuas meſſes:accipe nile roſas.

Ratus: De solio supra. hoc ligneo usus est Augu. quo pedes & brachia iactabat: idque appellauit duretã uerbo hispanico Charidemus erat fellator: & cũ inguina in solio lauaret: ita aquas iactabat ut uideret̃ uelle eas pollutas eẽ: & ĩmundas iis qui postea se lauarent eodẽ loco. Ego ĩquit poeta nollẽ Charidemũ sic lauare caput: ut lauat inguina. at si lauat caput fœdius ẽ ob fellationẽ. Sic: tãto ĩpetu. Subluis: iactas lauãdo ĩ solio uase: qđ erat ĩ balneis. Malo laues inguina: qa puriora sũt ore tuo. Vrbane fellatorem indicat.

In Charidemum.

Iratus tanquam populo charideme lauaris:
  Inguina sic toto subluis in solio.
Nec caput hic uellem: sic te charideme lauare.
  Et caput ecce lauas: inguina malo laues.

Ad Ruffum.

Quidam me modo ruffe diligenter
Inspectum uelut emptor aut lanista:
Cum uultu digitoque subnotasset.
Tu ne es tu ne ait ille martialis?
Cuius nequitias iocosque nouit:
Aurem qui modo non habet seueram.
Subrisi modice: lenique nutu:
Me quem dixerat esse non negaui.
Cur ergo inquit habes malas lacernas?
Respondi quia sum malus poeta.
Hoc ne sæpius accidat poetæ:
Mittas ruffe mihi bonas lacernas.

Ad Cæsarem do.

Quantum sollicito fortuna parentis hetrusco:
  Tantum summe ducum debet uterque tibi.
Nam tu missa tua reuocasti fulmina dextra:
  Hos cuperem mores ignibus esse iouis.
Si tua sit summo cæsar natura tonanti:
  Vtetur toto fulmine rara manus:
Muneris hoc utrunque tui testatur hetruscus:
  Esse quod & comiti contigit: & reduci.

Vidã: Iocat̃ cũ Ruffo cuius fata paulo post deflebit: ait se ĩterrogatũ eẽ a quodã an eẽt mart. poeta: & cũ annuisset: miratũ cur habuisset tã malas lacernas: respondit quia erat malus poeta. At ne cogar inquit hoc sæpius fateri mitte o Ruffe bonas lacernas. Lanistæ: erãt qui habebant familias gladiatorꝝ. Mãgones: qui habebãt seruos uenales. Emptor: mango. Inspectum: me uelut emptor: tanquã uellet emere seruũ. Aut lanista: q uellet emere gladiatorẽ. Batauã aurẽ: Bataui insulã tenẽt in rheno hos domuit Domiti. pría ætate: cũ poeta barbarum uellet noiare: batauum di xit: qui & barbarus erat: & hostis fuerat Domit. aurẽ batauã. i. barbarã & hostilẽ. Inspectũ diligenter: inspiciebant aũt diligẽter cũ emerentur serui. Inde illud legimus Augustum misisse amicos per urbem q matressfamilias & adultas ætate uirgines denudarent: atque pspicerẽt tanq̃ Toranio magone uenden te: ne hoc accidat hoc sæpe mihi: id est ne cogar dici malus poeta: mitte bonas lacernas.

Vantum: Duos Claudios Hetruscos patrẽ & filium temporibus Domitiani fuisse & Papi. Et Mart. testant̃: pater leui suspitione ab ĩperatore in exiliũ ẽ missus: quẽ filius ẽ comitatus: nunc restitutus est. laudaturque carmine hoc ĩperatoris clemẽtia. Parẽtis Hetrusci: pr̃is. Hetrusco: filio sollicito de exilio: quoniam patrem comitatus est: & prosecutus singulari pietate. Fulmina missa. i. exiliũ. i. reuocasti ab exilio Hetruscũ patrẽ. Hos mores: talẽ clemẽtiã. Ignibus Iouis. i. fulmibus. Hetruscus filius: q fuerat pscutus patrẽ in exilium Esse: hoc utrũque tui mũeris contigit filio eẽ comiti: & patri eẽ reduci: nec prohibuisti filium esse comitem: ut tuo munere pius fuisse uideat̃: & reduxisti ab exilio patrem auditis precibus filii ut hoc ipsum etiam abs te acceperit. Meminit Papi. in siluis.

Ctophoro: Sanus prudentē significat & mētis constitutæ. & sanus significat beneualē tem. Philippus gestabat Octophoro cū sanus esset. poeta sanū esse negat hoc est prudentē: nā ancipiti uerbo iocat. Octophoro: lectica gestata ab octo seruis: si sanū credis. i. prudentē & habere mentē constitutā: potius placet exponas si credis sanum. q. d. non est sanus sed mortuus ignauus & pauper: quod supra dixit: Non debes ferri mortuus.

Ditus: Ruffus uix absoluto. xxv. anno ī Cappadocia mortuus ē. huius īteritus deplorat poeta: cū ei eēt amicissimus: nec spero te āplius lecturum: qa mortuus es. Tellus ca. i. cappadocia. Tibi a te. Orbata: priuata re carissima. Aemilia: hanc æmiliam strauit. M. scaurus. Tota æmilia uia uicia. Occidit: extīcta est Quita præmia alphei. v. lustrꝫ. i. xxv. annū. alpheus flu. iuxta pisā & Elidē ī peloponneso: ubi ludi olympici singulis lustris celebrabāt. Amici: absentis. Thura: nā amicoꝝ cineribus thura dabāt puta hæc carmia eē thura absentis amici: id est habe.

Etinum: Aestuabat siti poeta ægrotās. Nullas ergo diuitias optat potius q̄ setinū & niues. Setinum uinū optimū & recentissimū erat ex Setia missum. Niues dominæ: appellat niues domias ab affectu rē. n. optatā blādioribus uerbis nūcupamus. Bibebāt niues: qa his refrigerabāt decocta: & ide etiā uina expressa liqta quæ bibebāt. Ingratus: erga naturam. Mida: rex phrygū fuit ditissimus filius gordii. Gordius aūt ab agricultura ad imperium est euectus. Ab eius nomine inter phrygiā minorē & maiorē erat gordiæ urbs: in qua seruabat plaustrum quod oli Gordii fuerat. Illic gesta sunt quæ de nouo dissoluto ab Alexādro scribit Curtius. Mida aūt habuit aures asini: cū electus iudex Marsiā phœbo prætulisset. de eo scripsit Herodotus in. i. & Trogus in. xi. Hermes in pricipio misiæ ex monte didimenæ sacro fluit suo alueo accipit hilum & pactolū flumina lydiæ: quæ tandē in phocaicū mare erūpunt. ut Strabo & Herodotus: uehit auri harenas: ut Pactolus: unde Crœsi diuitiæ auctæ sunt. Silius: Nec qui profundit auro. Atque illati hermi flauescit harenis. Tagus: notissīa Strabonis & Pli. & nostrorū omniū auctoritate: oli aureas harenas habebat in Hispania. Libare: ē leuiter gustare: & libare dicunt qui aliis propinant. poeta optat totū setinū: & omēs nines: & dicit se promissuꝝ ut qui ei propinat habeat ingentes diuitias: bibatque ille calidam & totā frigidam relinquat Mart. Et potet cali. hic sensus magis placet: ut detestet ministrantē sibi ægrotanti aquā calidā: & dicat is qui mihi libat ægrotanti aquam calidā: possideat messes libycas & ingentes diuitias: & ipse istam aquam bibat: quasi dicat: ego uolo carere potius ingentibus diuitiis: & potare frigidam. Libet: propinet.

De Philippo.

Octophoro sanus portatur auite philippus:
Hunc tu si sanum credis auite: furis.

Flet mortem ruffi.

Editus est sextus sine te mi ruffe camoni:
Nec te lectorem sperat amice liber.
Impia cappadocum tellus & numine læuo:
Visa tibi cineres reddit & ossa patri.
Funde tuo lachrymas orbata bononia ruffo:
Et resonet tota planctus in æmylia.
Heu qualis pietas: heu quam breuis occidit ætas:
Viderat alphei præmia quinque modo.
Pectore tu memori nostros euoluere lusus:
Tu solitus nostros ruffe tenere iocos.
Accipe cum fletu mœsti breue carmen amici:
Atque hæc absentis thura fuisse puta.

In Bibentes aquam.

Setinum: dominæque niues densique trientes:
Quando ego uos medico non prohibente bibam.
Stultus & ingratus nec tanto munere dignus:
Qui mauult hæres diuitis esse midæ.
Possideat libycas messes: hermumque: tagumque:
Et potet calidam: qui mihi laudat aquam.

Ii: Tantã facultatẽ benefaciẽdi in Domitiano esse ostendit: ut nihil aliunde debeat petere q̃ aut a se aut a diis: se uero debere optare: ut ab ipso & diis: & ita optat.

Ane: Sportula .c. quadrantum dabaƭ a diuitibus his qui ipsos colebant: Mart. solitus colere Cecilianum casu eum salutauit suo noĩe. cũ ex more deberet dominũ appellare: ꝑpterea eo uerbo amisit sportulã. Libertas: ꝙ ausus sim appellare te uero nomine: & non dominum. Abstulit .c. quadrantes .i. sportulam quæ erat .c. quadrantum.

Ad Cæsarem.

Dii tibi dant & tu cæsar quæcunque m ereris:
Dii mihi dent & tu: quæ uolo: si merui.

Ad Cecilianum.

Mane salutaui uero te nomine casu:
Nec dixi dominum ceciliane meum.
Quanti libertas constet mihi tanta requiris?
Centum quadrantes abstulit illa mihi.

De Panareto potore.

Cum peteret seram media iam nocte matellam:
Arguto madidus pollice panaretus.
Spoletina data est: sed quam siccauerat ipse:
Nec fuerat soli tanta lagœna satis.
Ille fide summa teste sua uina remensus:
Reddidit œnophori pondera plena sui.
Miraris quantum biberat cepisse lagœnam:
Desine mirari ruffe merum biberat.

In Zoilum.

Sancta ducis summi prohibet censura uetatque
Mœchari gaude zoile non futuis.

In Amianum.

Cælatus tibi cum sit amiane.
Serpens in patera myronis arte:
Vaticana bibis: bibis uenenum.

De Gellia.

Mœchum gellia non habet nisi unum.
Turpe est hoc magis: uxor est duorum.

Vm peteret: In Panaretũ ebriũ: qui superiore nocte lagœnã ãplius biberat: & cum posceret paulo post matellã: data est ei testa spoletina: quam exhauserat eam totã repleuit lotio: cũ plus bibisset: quare etiã plus non minxit: quia scilicet nihil indiderat aquæ: iccirco minns mixit: nã merũ bibẽtibus minus lotii fit. Madidus: ebrius Matellã .i. scaphiũ. Arguto pol .i. digito resonãti Crepitu enim digitorum poscebatur matella. supra Digiti crepantis signa nouit eunuchus: & delicatæ suscitator urinæ. Matella ita loquitur in distichis.
Cum poscor crepitu digitorum & uerna moratur.
O quotiẽs pellex culcitra facta mea est. Spoletina: testa: anteponebatur spoletinum musto setino.

Oenophorũ: uas ẽ uinarium. Lagænã cepisse .i. capacem fuisse quantũ biberat: nam supra dixerat plus bibisse.

Ancta: In Zoilũ fellatorẽ: i quẽ & supra dixit: Nec uidicare te Ruffe possumus fellat. hunc ait non oportere grauiter ferre promulgatã legẽ aduersus adulteros: quoniã ipse non sectabaƭ mulieres sed fellabat. Non futuis: sed fellas. Summi ducis: Domitiani imperatoris.

Aelatus: Amianus habebat pateram in qua sculptoris arte erat effictus serpẽs: & ea bibebat uinum uaticanum: quod pessimum est. cũ inquit serpens sit in patera & illic uinũ uaticanum: qui inde bibit uenenũ alludens ad uinum pessimum: & serpẽtis effigiem bene expressam. Arte mironis: Miron claruit argento effingendo & sculpto.

Oechum: Gellia cum unum tantum haberet moechum dicebat se non esse nimium accusandam quia unum tantum haberet. at Martialis inquit hoc turpe est: sed turpius quod est uxor duorum: nam lepide describit moecham. Moecha inquit est compluriũ uirorum uxor: & quæ unum habet moechum uxor duorum est.

Am male: Thaidē male olentē & conantē emēdare fœtorē unguentis deridet iocando aitque nulla ratione poſſe tegi qn inſitū ſibi fœtorem exhalet: & q̃uis habeat unguēta non olet ea: ſed tandē olet. Thaida.i.natiuū Thaidis fœtorē. Fullones dicunt q pannos purgāt: utunt aūt urina quā colligūt locatis amphoris in angulis ut turba illic meiat. inde Titius ætate Lucillii ĩ oratione: qua legē fanniā ſuaſit ita deſcribit ebrios: Ludūt alea ſtudioſe: unguēta delibuti ſcortis ſtipati. & paulo poſt: Dū eunt nulla eſt ĩ angiportu amphora: quā non impleant. erat etiā uſus lotii ĩ purpura tigenda. Auari: qa diu ſeruat lotiū. Teſta: amphora. Recēs hircus: nā cum hircus ex amore reuertit grauius olet. Ora leonis: leonis āhelitus fœtidus ē. ut ſcribit Lucretius & Pli. teſtat. Trāſtiberina: erat uilior pars urbis: ibi ſepeliebant ſcurræ: & uiliſſima quæque miſteria fiebant. Cutis: pellis trāſtiberia. Detracta: cani. Pullus: gallinæ. Abortiuo ouo.i. ĩ ouo qđ nondū puenerat ad formatū fœtū. Garꝫ: faciebāt ex ĩteſtinis piſciū & cæteris abiiciēdis maceratis: dictū quoniā e piſce oli fiebat quē græci garon appellāt: poſtea factū eſt e ſcombris tanta æſtimatione: ut nullus liquor præter unguēta eēt in maiore precio. Garū optimū mittebant hæc loca Clazomene Pompeii Leptis. Garo corrupto nihil eſt fœtidius. Virus fallax.i. hunc fœtorē q puenīebat ex baratro.i.ex miro ſtomacho Creta acida.i.luto ueneto: nā terra ex cypro afferebat quæ mixto aceto & occultata ſub terra & in ſolē tepentē educta medicamētū conficiebat cuti expoliēdæ & uellendis pilis. Pingui faba.i.lomento: nā farina fabæ dr lomentū qđ rugas extēdit. ppterea dixit ſupra: Lomento rugas uteri quod condere tētas. Mille fraudes.i.per mille falſas artes. Se tutam: non exhalare grauem odorem.

De Thaide.

Tam male thais olet quam non fullonis auari:
 Teſta uetus: media ſed modo fracta uia.
Non ab amore recens hircus: non ora leonis:
 Non detracta cani tranſtiberina cutis.
Pullus abortiuo nec cum putreſcit in ouo:
 Amphora corrupto nec uitiata garo.
Virus ut hoc alio fallax permutet odore:
 Depoſita quotiens balnea ueſte petit.
Pſilotro nitet aut acida latet oblita creta:
 Aut tegitur pingui terque quaterque faba.
Cum bene ſe tutam per fraudes mille putauit:
 Omnia cum fecit: thaida thais olet.

De Calpetiano.

Ponuntur ſemper chryſendeta calpetiano:
 Siue foris: ſeu cum cœnat in urbe domi.
Sic etiam in ſtabulo ſemper: ſic cœnat in agro:
 Non habet ergo aliud: non habet immo ſuum.

Epigrammaton. M. Val. Mar. Liber Septimus.

Ccipe belligere crudum
 thoraca mineruæ
Ipſa meduſeæ quem timet ira deæ.

Onuntur: In Calpetianum pauperē: qui alienis uaſis mercede conductis aureis cœnabat: quod poeta indicat. putatis inquit Calpetianū uaſis aureis uti ubique: qa alia non habeat: at aliud eſt non habet ſua uaſa: cogit uti alienis. Stabulū: māſionem in ſuburbio appellat. Agrum: uillam: non habet ſuū: utit alienis quæ mercede conducit. Inde ſemp utit uaſis aureis. alibi in geſtantē annulos: Dactylothecam inquit non habet.

Ccipe belligeræ crudū thoraca. Aegidē ſūpſit Domitiāus: hoc ē munimētū pectoris gorgoneo ore ſculptū: q̃le geſtabat Minerua. id appellat lorica quādo ē in pectore hoīs mortalis: ĩ pectore deæ ægis. Conſecrat pectori ĩperatoris ægidē hoc carmīe Thoraca.i.munimētum pectoris. Deæ meduſeæ.i. Mineruæ qa geſtat caput Meduſæ: uel qa interfecerit Meduſā: ut Igi. ſcribit. Quo tumet ira: hoc eſt quo Pallas irata utitur.

& Virgi.appellauit ægidem arma turbatæ palladis: Gorgoneūque caput turbatæ palladis arma.& cū benigne alloquit̄ aliqué dicit̄ deponere ægidé.supra: sic breuiter posita modo gorgone pallas. Hæc cæsar: ex loro enim erat. Dum uacat: uacua est. Pectore diuino sacro: pectore tuo diuino.

Nuia.Sarmatæ populi auctore Herodoto: qui a mæotide pallude incipiétes ad septé trioné tendūt.xx.dierū itineribus: Idé a græcis sauronatæ dicunt̄ ut pli.scribit.tanta his ïest barbaries ut ne nomen quidé pacis intelligát Lentulus eos tumultuátes ad danubiū repressit. Sagittis utunt̄. Laudat loricam Cæsaris Mart.& eá putat felicé q̄ diuino pectori sit adhæsura: simul rogat ut cito triūphali uesti imperatoré restituat.Ná Domitianus necessario suscepit expeditioné ï sarmatas de qbus domitis noluit triumphare: laureá tantū intulit Ioui capitolino. Inuia: ïpenetrabilis. Sarmaticis.i.sarmatarū hostiū.

Magis fida.i.certa. Tergore: lorica qa e tergore fiebat lorica. Getico: Martis q in geticis colit̄. Cuspidis ætholæ.i.lanceæ: nam ætholi lanceas inuenerūt: ut scribit pli. uel cuspidis ætholæ.i.teli meleagri ætholi.q.d. ne Meleager quidé q aprū illū fabulis portétosū ïteremit: hác loricá penetrare posset: qđ placet

Texuit: loricæ fiebant ex corio: adeo aūt durá loricá cæsarianá scribit poeta: ut ex ungulis aprorū non ex pelle sit confecta. hoc magis placet: q̄ q nonnulli suspicant̄ de apro calidonio

Securá: nihil timété. Sacrum pectus Cæs.Domi.i.

Dum uacat hæc: cesar poterit lorica uocari.
Pectore cum sacro sederit: ægis erit.

Ad loricam domitiani.

Inuia sarmaticis domini lorica sagittis
Et martis getico tergore fida magis.
Quam uel ad etholæ securam cuspidis ictus:
Texuit innumeri lubricus unguis apri:
Felix sorte tua: sacrum cui tangere pectus
Fas erit: & nostri mente calere dei.
I comes: & magnos illæsa merere triumphos:
Palmatæque ducem sed cito redde togæ.

Ad Pontilianum.

Cur non mitto meos tibi pontiliane libellos:
Nec mihi tu mittas pontiliane tuos.

De Opiano.

Esset castrice cum mali coloris:
Versus scribere cœpit opianus.

Ad Cæsarem Do.

Si desiderium cæsar populique patrumque
Respicis: & latiæ gaudia uera togæ
Redde deum uotis poscentibus: inuidet hosti
Roma suo: ueniat laurea multa licet.
Terrarum dominum propius uidet ille tuoque
Terretur uultu barbarus: & fruitur.

comes o lorica. Illæsa: non penetrata. Merere: assequere. Palmatæ togæ.i.uesti triūphali: quod Seruius est suspicatus.hæc ortū habuit a pictis uestibus: quæ apud Homerū sunt. Palmata dicebatur: quoniá pars palmæ.i.uictoriæ ï ea ïtexebat̄: ut ab Helena pictis uestibus apud Homerū acu certamina inserunt̄: eadé dicebat̄ triūphalis.Ex Pli.est historia.

Vr non.Idem dixit ï Theodorum supra. Cur.i. quæ causa est: quare non mitto tibi meos libellos causa est ne mittas tuos: qui inepti sunt.

Sset.Poetæ erát maciléti.Iuue.Vt dignus uenias hederis & imagine macra. Oppia.cū morbo & natura ipsa eét pallidus: putauit se posse uideri poetá: si scriberet uersus cū palloré poeticū iá héret.supra: Illotus morieris Oppiane.In hūc iocat̄ Mart.ostendés illi palloré natiuū ïeé: & eū dé scriber̄ malū carmé: ad qđ se contulit hac una đ cá qa.s.pallet.

I Desideriū.Reuocat Cæsaré ex sarmatis po.ro.ita iá poscéte. Redde deū.i.redde te q deus es. Si respicis đsideriū.i.si uis satissacer̄ đsiderio ro.po. Hosti: sarmatis: apđ quos es. Multa laurea ueniat.i.multus triūphus. Alludit ad laureá: quá solá de sarmatis ïtulit Ioui capitolino neglecto triūpho. Terret̄: dū uicit̄ cultu tuo & fruit̄: & ïde oblectat̄. n

CQuid. Audito rumore uentur Cæsarem canit epigrāma. Ecquid.i.an conuersus ad nos. Ab oris hyperboreis:a septētrione. Certus auctor abest.i.non apparet usq̄ q̄ id nūciauerit. Chartæ uictrices:i.litteræ lauro circūdatæ:nā litteræ auctore Pli. de triūpho lauro circūdebanť. Publica gaudia.i.quæ sunt publica gaudia. Cuspidæ laurigera gestante laur. Io.uox ē ꝓsequētis triūphū. Sonas īuictus.i.diceris īuictus. Vt maior fiducia sit.i.ut cum maiore fiducia possimus uti læticia ueni tu nūcius triūphi sarmatici.

De fama reditus Do.

Ecquid hiperboreis ad nos conuersus ab oris
 Ausonias cæsar iam parat ire uias?
Certus abest auctor: sed uox hoc nunciat omnis.
 Credo tibi: uerum dicere fama soles.
Publica uictrices testantur gaudia chartæ
 Martia laurigera cuspide pila uirent.
Rursus io magnos clamat tibi roma triumphos:
 Inuictusque tua cæsar ī urbe sonas.
Sed iam letitiæ quo sit fiducia maior:
 Sarmaticæ laurus nūtius ipse ueni.

Ad Cæsarem do.

Hyberna quāuis arctos & rudis peuce
Et ungularum pulsibus calens ister
Fractusque cornu iam ter improbo rhenus:
Teneat domantem regna perfidæ gentis.
Te summe mundi rector: te parens orbis.
Abesse nostris non tamen potes uotis:
Illic & oculis: & animis sumus cæsar:
Adeoque mentes omnium tenes unus.
Vt ipsa magni turba nesciat circi
Vtrum ne currat passerinus an tigris.

De reditu Do.

Nunc hilares si quando mihi: nunc ludite musæ
 Victor ab othrysio redditur orbe deus.
Certa facis populi tu primus uota december.
 Iam licet ingenti dicere uoce uenit.
Felix sorte tua: poteras non cedere iano.
 Gaudia si nobis: quæ dabat ille: dares.

Hyberna. Iterum populi gaudia & curā testatur absente Cæsare:& mox uenturo ait in spectaculis animis hominū meditantibus de Cæsare oculos nulla frui uoluptate:neque inspicere qs uictor sit. Peuce: cum hister in pontum euoluať sex mixtis fluminibus iuxta primū hostiū est insula peuce in quā olī Syrnius rex aufugit auctore Strabone insequēte Alexandro. Arctos:hyberna idest septentrio. Peuce: insula ad histrum. Et hister calens: ponit oīa hæc loca pro accolis. Rhenus improbus:quia ter defecit domitis accolis. Fracto cornu ter:ter ītelligo: quoniā Domitianus puer domuit Batauos incolētes insulam rheni:& bis dacos & cattos eiusdem germaniæ populos. Perfidæ:sæpius rebellātis. Abesse non potes nostris uotis: ob nostra uota non potes abesse ab urbe:quia te animo prosequimur: & amplectimur tanquam præsentem.

Parens orbis: quia Domitianus fuit appellatus pater patriæ. Passerinus & Tigris nomina sunt athlætarum. Turba magni circi:idest spectatores magni circi. In eundem sensum infra erit epigramma.

Vnc. Iterum lætatur uenturo Cæsare: aitque sua carmina non esse intempestiua triumpho: cum triumphi soleant habere ludos & iocos. Victor: expugnatis sarmatis. Orbe odrysio: a partibus septentrionalibus mense decembri nunciatum est redire Cæsarem: iccirco december faciebat uota certa & rata. O december felix: quia attulisti nuncium de Cæsare. Poteras non cedere iano: idest poteras esse prior dignitate si Cæsar rediret mense tuo sicut Iani mense. Gaudia: de aduentu Cæsaris. Festiua conuiuia: supra expositū ē: Consueuere iocos uri quoque ferre triūphi.

Festa coronatus ludet conuitia miles:
Inter laurigeros cum comes ibit equos.
Fas audire iocos: leuioraque carmina cæsar.
Sit tibi: si lusus ipse triumphus amat.

De Casselio.

Cum sexaginta numeret casselius annos
Ingeniosus homo est: quando disertus erit?

In Olum.

Pædicatur oros: fellat linus: ole quid ad te:
De cute quid faciat ille uel ille sua.
Centenis futuit matho milibus: ole quid ad te:
Non tu propterea: sed matho pauper erit.
In lucem cœnat sertorius: ole quid ad te:
Cum liceat tota stertere nocte tibi.
Septingenta tito debet linus: ole quid ad te
Assem ne dederis: credideris ue lupo.
Illud dissimulas ad te quod pertinet ole:
Quodque magis curæ conuenit esse tuæ.
Pro togula debes: hoc ad te pertinet ole.
Quadrantem nemo iam tibi credet: & hoc.
Vxor mœcha tibi est: hoc ad te pertinet: ole.
Poscit iam dotem filia grandis: & hoc.
Dicere quindecies poteram: quid pertinet ad te
Sed quid agas: ad me pertinet ole: nihil.

Ad Pudentem.

Cogis me calamo manuque nostra
Emendare meos pudens libellos.
O q̃ me nimium probas amasque
Qui uis archetypas habere nugas.

Ad Faustinum.

Sic me fronte legat dominus faustine serena:
Excipiatque meos qua solet aure iocos:
Vt mea nec iuste quos odit pagina læsit:
Et mihi de nullo fama rubore placet.
Quid prodest: cupiant cum quidam nostra uideri

Festiua conuitia: idest festiue iocabitur in Imperatorem. Lusus: iocos festiuos.

Vm. Casellius ingeniosus uolebat uideri Lx. annum iam natum. at si est inquit igeniosus nũc: quando erit disertus: quãdo tandem discet. Quãdo disertus erit: idest quando discet: nam uolebat uideri doctus: quum diceret se ingeniosum.

Ogis. Vasa archetypa erant preciosissima: ea erant manu uetustorũ artificum confecta. Res archetypa dicit̃ quæ manu auctoris est facta: non ducta exemplo sed stans aliis in exemplum. Aulus Pudens petiit a Martiale ut manu sua emendata carmina daret. locatur poeta. Nugas: uersus uiles. Archetypas: emendatas a me.

Ic me legat. Dolet quẽdam maledicum scripsisse carmen sub suo nomine plenum mordacitatis: a qua ipse semper horruit: & in decimo idẽ conqueritur: Vernaculorum dicta sordidum dentem. Iurat suũ non esse carmen quod sub eius nomine circunfertur. Sic: iurantis. Dominus: Domitianus. Ea aure: benignitate auris. Iuste quos odit: idest merito odio habeo. De nullo rubore: reprehensione alicuius: quia qui reprehenditur rubet: ut Iuuenalis: Rubet auditor.

Sanguine lycãbeo.i.acerbitate iãbica:nam Archilochus in Lincãbẽ generum suũ scripsit carmen:quo illum compulit ad laqueũ. Negant ferre radios Phœbi.i.non potest aperte uti suo carmine.inde post dicentur clancularii. Ludimus:iocamur. Innocuis:non detrahentibus famæ alicuius. Genius:deus rerum gerendaℜ:ut Pompeius.& famæ deus:ut supra:Victurus genium debet habere liber.Gregem castalium:musas. Instar:quæ mihi loco numinis est. Candidus:simplex sine liuore.

Si qua lycambeo sanguine tela madent.
Vipereumque uomant nostro sub nomine uirus.
Qui phœbi radios ferre diemque negant.
Ludimus innocuis uerbis:hoc iuro potentis
Per genium famæ castallidumque gregem.
Perque tuas aures magni mihi numinis instar
Lector inhumana liber ab inuidia.

De lycoride.

Dum tyburtinis albescere collibus audit
Antiqui dẽtis fusca lycoris ebur.
Venit in herculeos colles:quid tyburis alti
Auro ualet:paruo tempore nigra redit.

De sua puella.

Accidit infandum nostræ scelus aulæ puellæ.
Amisit lusus deliciasque suas.
Nõ quales teneri plorauit amica catulli
Lesbia nequitiis passeris orba sui.
Vel stellæ cantata meo quam fleuit hiantis
Cuius in elysio nigra columba uolat.
Lux mea non capitur nugis nec amoribus istis
Nec dominæ pectus talia damna mouent.
Bisdenos puerum numerantem perdidit annos:
Mentula cui nondum sexquipedalis erat.

Ad Arginum puerum.

Quis puer hic nitidis absistit hiantidos undis:
Et fugit ad dominam naida nunquid hylas?

Vm.lycoris migrauerat tybur:iocãs poeta dixit eã illuc migrasse ut fieret candida:quia audiuerat ebur cælo tyburtino ex uetustate reparari:nũc & reuersa est & nigra:ut supra:Tybur in herculeũ migrauit nigra lycoris. Antiqui dentis:idest uetusti eboris:quod fit ex dẽte elephantis.ex eiusdem beluæ aliis ossibus fit:sed minorẽ æstimatione.auctor Pli.

Ccidit. Suspẽdit animum lectoris usque ad exitum epigrammatis:ait enim puellã suã amisisse lusus:& delitias:& quoniã amica Catulli passerẽ delitias suas amiserat:& Violantilla columbã:quã stella defleuit:putauit auditor tale aliquid amisisse amicã Mar.at aliud est qđ ultimis uersibus declarat. Orba nequitiis sui passeris.i.priuata passere. Hiãtis:Violantilla amica stellæ. Cantata:celebrata eo carmine qđ inscriptum est Asteris:& itẽ eo carmine qđ inscriptũ est columba. Lux mea:amica mea non capit̃ nugis.i. non delectatur leuioribus rebus. Nugæ sũt res nullius precii.& Cicero ad Atticũ homines nullius precii dixit nugas:ut Metrodorus & reliquæ nugæ Istis moribus.i.istis delitiis:& ĩ mores hũanos educatis bestiis. Mouẽt:ad dolorẽ. Sesqpedalis sesq ĩdecliabile significat unũ & dimidiũ:addit̃ cuius noĩ:adeo ut Tacitus sesqplagã ꝓ una plaga cũ dimidia dixerit.Ci.ĩ oratore suo:Pes q adhibet̃ ad numeros partit̃ ĩ tria:ut necesse sit partẽ pedis aut æqualẽ eẽ alteri pti:aut altero tãto:aut sesqmaiorẽ. Sesqpedalis dr̃ unius pedis cũ dimidio.Amita Martialis delitias sua sesqpedales coniiciebat futuras:cũ puer ad legitimã puenisset ætatẽ:ꝑpterea doluit sibi ereptũ esse ante tẽpus:quod nonnulli garriũt sesquipedalẽ formã hoc loco.i.perfectã:nec conuenit nec uerũ est.
Vis puer.Domi Stellæ fons erat:& elegantiores ministri:proximo nemore colebatur Hercules in primis:nunc laudatur Arginus.de eadem re infra est epigramma:Fons dominæ regina loci quo gaudet hiantis. Quis puer:idest qui assistit aquis Violantillæ:cuius ædes celebrantur carmine Papinii. Nayda:a qua Hylas raptus exiuit ex aquis.

O bene quod silua colitur tirynthius ista:
Et quod amatrices tam prope seruat aquas:
Securus licet hos fontes argine ministres
Nil faciunt nymphæ: ne uelit ipse caue.

Ad Regulum.

Aera domi non sunt superest hoc regule tantum
Vt tua uendamus munera: nunquid emis?

Ad bibliothecam Iulii Mar.

Ruris bibliotheca delicati
Vicinam uidet unde lector urbem
Inter carmina sanctiora si quis
Lasciuæ fuerit locus thaliæ:
Hos nido licet inseras uel imo
Septem quos tibi misimus libellos
Auctoris calamo sui notatos:
Hæc illis precium facit litura.
At tu munere delicata paruo
Quæ cantaberis orbe nota toto
Pignus pectoris hoc mei tuere
Tulli bibliotheca martialis.

In Gallam.

Cum tibi sit facies de qua nec fœmina possit
Dicere: cum corpus nulla litura notet.
Cur te tam rarus cupiat: repetatque fututor
Miraris? uitium est non leue galla tibi.
Accessi quotiens ad opus: mistisque mouemur
Inguibus: cunnus non tacet: ipsa taces.
Dii facerent ut tu loquereris: & ipse taceret
Offendor cunni garrulitate tui.
Pedere te mallem: nãque hoc nec inutile dicit
Symmachus: & risum res mouet ista simul.
Quis ridere potest fatui popysmata cunni:
Cum sonat hic: cui non mentula mensque cadit.
Dic aliquid saltem: clamosoque obstrepe cũno.
Et si adeo muta es: disce uel inde loqui.

De fragmento Argos.

Fragmento quod uile putas & inutile lignum

Tirynthius: Hercules. O quam bene factum est: quia non permittet raptũ Argini. Licet ministres: idest potes ministrare nobis. Securus: quia Hercules te defendet.

Era domi. In Regulũ qui uilissima munera donauerat: quẽ hoc disticho redarguit: cũ ostendit adeo uilia esse munera ut nullum sit precium. Aera domi non sũt: idest non habeo pecunias. Nũquid emis: an emeres tu, q. diceret non: quia adeo sũt uilia: ut nemo faciat preci um.

Vris Bibliotheca. Reponit libros in bibliotheca ut alii sentiunt sua: quod placet: ad Ianiculũ ut alii intelligũt. Amici alloquitur bibliothecam. Videt: uidet uicinam urbẽ: quod supra dixit: Vnde totam licet æstimare romam. Vno nido: dicebant nidi librorum: ubi reponebantur: aut terni: aut quaterni. Supra: De primo dabit altero ue nido. Lasciuæ thaliæ: lasciuo carmini Notatus: idest auctographus: nam libri exscripti manu auctoris dicuntur auctographi. Litura: castigatio: nam libri castigati manu auctoris erãt in maiori precio. Paruo munere dedicata: idest consecrata paucis libris.

Ragmentum. Tabulam uetustate consumptam carmine celebrat contra imperitũ uulgus: a quo contemnebatur. puto hãc tabulam uel additam fuisse libro Mar. uel foribus domus: ait autem hanc esse partem argo nauis & esse sanctiorẽ quacunque naui integra.

Prima carina.i.argo:aut certe quod placet æmulatione Catulli hoc edit carmen:qui metaphorice phaſellum ſuũ decantat. Maris ignoti:mortalibus. Argonauis ex orno arbore fuit confecta:ut ſcripſit Alexander Cornelius:ea ſimilis arbori ferenti uiſcũ:nec aqua:nec igni poteſt corrũpi. Cyneæ:duo ſcopuli ſunt contra boſporũ thraciũ. Idẽ dicti ſunt ſymplegades:quia uidenť concurrere ſimul & inuicẽ diſcedere ꝓ aſpectu nauigantiũ: per eas tranſiuerũt argonautæ:quod Apollonius Flaccus:Orpheus:& quicunque argonautica ſcripſerunt tradũt: fauore tamen & ope palladis & Iunonis. Lucanus: Vt pagaſæa ratis peteret cũ haſpidos undas: Cyneas tellus emiſit in æquora. Ruinæ cyaneæ.i.ſymplegades.
Triſtior ira.i.tempeſtas. Ceſſerit.i.uideať conſumpta uetuſtate: Salua rate:.i.integra rate.

Hæc fuit ignoti prima carina maris.
Quam nec cyaneæ quondam potuere ruinæ
Frangere:nec ſcythici triſtior unda freti.
Sæcula uicerunt ſed quãuis ceſſerit annis:
Sanctior eſt ſalua parua tabella rate.

In ſantram.

Nil eſt miſerius nec guloſius ſantra
Rectam uocatus cum recurrit ad cœnam
Quam tot diebus noctibuſque captauit.
Ter poſcit apri glandulas:quater lumbum.
Et utranque coxam leporis:& duos armos.
Nec erubeſcit peierare de turdo.
Et oſtreorum rapere liuidos cirros:
Dulci placenta ſordidam linit mappam.
Illic & uuæ collocantur ollares.
Et punicorum pauca grana malorum:
Et excauatæ pellis indecens uulua
Et lippa ficus:debiliſque boletus.
Sed mappa cum iam mille rumpitur furtis.
Roſos tepenti ſphontilos ſinu condit:
Indeuorato capite turturum truncum.

II eſt. In Santram qui alienas captabat cœnas:& reliquias omnes colligebat: quod erat guloſi: ſimul eas uenditabat: qd̃ erat auari & miſeri. Vocatus:inuitatus. Cœnam rectam: ad differẽtiã ſportularum: nam & ſi in ſportulis dabatur cœna:tamen nõ erat recta cœna. Recta enim erat quæ dabatur domi a diuite. Tranquillus: Sportulas ad rectas coenas redegit. Glandulas apri: cũ.lx. ſapores ex apro conficerentur: glandula ſiue glandia erãt inter cæteros parte gutturis tanti ſaporis ut lege ſumptuaria fuerint prohibita. Lumbus porci qui erat in medio:ſi in tres partes diuidebatur. Peierare:falſo iurare ſe non habuiſſe turdũ:ut ei deť. Cirros:carnes cirrinæ dicunť:q̃s pariũt ranæ ĩformes & exiguæ:eiuſdẽ ſimilitudĩs carnes oſtreoꝝ ſũt:& cirri dicũť. Cirri præterea dicũť nodi:ĩfra diceť loꝝ cirratũ. & Perſi. Iuuenes cĩcinatos appellat cirratã turbã. Liuidos cirros. Pli. uideť accipe ꝓ minutioribus pedibus piſciũ:nã cũ de polipis ſcriberet:duo inqt longiſſimi pedes ſũt:q ſe uelut ãchoris ſtabiliũt:cæteri cirri qbus uenanť. Liuidos: a colore. Buccis:fruſtis. ſupra dixit buccellas. Linit:maculat. Vuæ ollares: ut apud. L. Columellã:& Varronẽ dicebanť quæ ollis ſeruabanť. Mala punica:eadẽ granata dicũť: ſortita noĩa qa apud pœnos maxĩe florẽt:& inde ea accepit italia. Vuluæ excauatæ:exeſæ & exeſis carnibus. Ita ut ſola pellis remaneret. de uulua hæc Apitius: Vuluæ ſic fiũt: Piper tritum & ciminũ capita porrorũ. Boletus debilis:nam cito finiť:uel fragilis. Spondilos: ſpondilũ eſt genus ferulæ ex ſyria. Spondili itẽ oſſa quædã pectoris. Sũt qui humerorũ intelligant. Pli. ſcribit primũ ſpondilũ dorcadis reddere facilẽ aditũ potentiorũ ſi geſtatus fuerit. Tepẽti ſinu:calido ob cibos. Et turturẽ truncũ.i.carentẽ capite. Trunca cadauera dicũť ſine capite. Analecta:dicũť reliqæ. eodẽ uerbo utiť ĩ diſtichis d̃ ſcopis:Ocia ſed ſcopis nũc analecta dabũt. ꝓprie aũt reliqæ:quæ ſũt ſub mẽſa:& colligũť:nã analigome ẽ colligor. potes accipe analecta fuiſſe inſtr̃a ad colligẽdas reliqas ex pauimentis: qbus.ſ. ꝓ ſcopis utebanť:nã ut ſcribit Pli. Purgamẽta cœnæ euerri ſolẽt in pauimẽto ueluti relicta.

Longa dextra.i.demissa manu qcquid non comederũt canes. Præda esculenta.i.nec furta reꝝ esculentaꝝ. Ad pedes:ex mensa seruoꝝ:qui ad pedes discũbũt.supra hoc apertũ ẽ eo disticho:Oĩa cũ retro pueris obsonia tradas:Cur non mensa tibi ponitur a pedibus. Vino mixto:nam serui uinum bibebãt mixtum aqua.

Aec est.Natalẽ Lucani poetæ & certum fuisse:& eo mortuo celebratũ:uel Papinii carmen testat:qui phallerio uersu natalitia illius sacra decantat.Lucani ꝓpriũ diẽ frequẽtet: idẽ ait duobus epigrãmatis: Mart.Polla Lucani uxore diẽ celebrante.

Colligere longa turpe nec pudet dextra
Analecta: & quicquid canes reliquerunt
Nec esculenta sufficit gulæ præda:
Misto lagænam replet ad pedes uino:
Hæc per ducentas cum domum tulit scalas:
Seque obserata clusit anxius cælla
Gulosus ille: postero die uendit.

De natali Lucani.

Hæc est illa dies quæ magni conscia partus:
Lucanum populis: & tibi polla dedit.
Heu nero crudelis nullaque inuisior umbra:
Debuit hoc saltem non licuisse tibi.

De eodem.

Vatis apollinei magno memorabilis ortu
Lux redit: aonidum turba fauete sacris.
Hæc meruit cum te terris lucane dedisset
Mixtus castaliæ bætis ut esset aquæ.

De eodem.

Phœbe ueni: sed quantus eras: cum bella canenti
Ipse dares latiæ plectra secũda lyræ.
Quid tanta pro luce precer: tu polla maritum
Sæpe colas: & se sentiat ipse coli.

In Maledicum.

Cum iuuenale meo quæ me committere tentas.
Quid non audebis persida lingua loqui?

Conscia magni partus.i.partus Lucani:polla dedit Lucanũ populis: quasi diceret populi debent naturæ:quæ produxit in beneficiũ & gratiã populorũ.& idẽ Papi.de Bæti. Lucanũ potes imputare terris.

Polla: uxor Lucani laudata multo carmine Papinii. Lucanus conscius coniurationis ĩ Neronẽ: cuius princeps fuit Piso multas insignesque familias p̃no genere complexus ut scribit Tacitus:Socii præterea Rubrius Flauius:Sulpitius Asper:Plautus Lateranus ĩterfectus ẽ deprehẽso crĩe. Coniurauit aũt ĩ Neronẽ quoniã prĩceps ĩuidẽs ꝓhibebat poetæ carmĩa ostẽtari populo. Inuisior: sẽsus ẽ nullus ẽ interfectus a te o Nero cuius nece dignus sis maiori odio & magis inuisus q̃ nece Lucani. Idẽ sensus ferme ẽ in Antoniũ: Et leuius tabula q̃ Cicerone nocẽs. Hoc non licuisset tibi: hoc saltẽ debuisti uereri:si nũq̃ aliud scelus potuisti horrere: uel debuit tibi adẽpta eẽ facultas istius facinoris perpetrandi.

Atis.Idẽ ẽ argumẽtũ.

Lux memorabilis.i.dies natalis memorãdus. Sacris:nataliciis. Bætis:fl. hispaniæ: Lucanus cordubẽsis hispaniæ bæticæ. Bætis:meruit:assecutus ẽ ut numeraret inter fontes castalios:quoniã tulit poetã. Dedisset te terris.i.ꝓduxisset.O phœbe:nã numĩa qbus sacrificamus inuocamus. Secũda plectra.i.secundã laudẽ canimus:prima fuit Virgi.Papi. anteponit Lucanum etiã Virgi.Ipsa te latius æneis uenerabit canentẽ. Sentiat se coli: maius non potuit precari coniugi amanti maritum:q̃ ut eius officiũ ab illo sentiretur.

Vm Iuuenale.In maledicũ.Duo Iuuenales hisdẽ tẽporibus floruerũt alter consul cuius memĩt Tacitus:alter poeta cuius satyra extat.Sũt q suspicent hoc dici de consule: sũt q de poeta.ego đ poeta:nã Iuue.ut ex ãtiquoꝝ mõumẽtis ĩ eius cõmẽtariis recitauimus Satyra paucoꝝ uersuũ nõ absurde cõposita ĩ Paridẽ pãtomimũ:poetãque eius semestribus militiolis tumẽtẽ:genus scripturæ ĩdustriose excoluit:& tamẽ bene diu ne modico qdẽ auditorio qcqđ cõmittere ausus ẽ. Recitauit tãtũ Quĩt.aliisque Mart.& quũ Mart.superius

epigrãma edidiſſet:quo eſt conqueſtus quendã ſcribere uerſus maledicos ſub ſuo noie: ſuſpicatus eſt Iuuenalis id de ſe ſcribi a Martiale quodã præſertim delatore ita affirmante: in quẽ nunc ſcribit:& malæ linguæ imprecatur. Committere me.i.ducere me ĩ inimicitias dicũtur committi quãdo cogimur inter nos dimicare:& contẽdere:& committuntur feræ quando coguntur ſimul pugnare. Pilades:filius Strophili phocenſis Oreſtẽ Agamẽnonis filium unice dilexit:adeo ut ne inſanũ quidem deſereret: Affuit inſano iuuenis phoceus Oreſti. Et pilades fuit pã tomimus tẽporibus Auguſti pirithous Ixionis filius rex lapitharũ: & Theſeus amicitiã ĩ marathone ĩiuerũt:cũ Theſei fama adductus Pirithous emiſiſſet taurũ ut illius uires experiretᶠ. Inde iũcta ex ea amicitia Deidamia in uxorẽ ducta pirithous Theſeum ad nuptias duxit. hæc plutarchus:aliter Herodotus. Siculos fr̃es: non palicos ĩtelligit:đ qbus multa Macrobius: non Damonẽ & phitiã:q non fuerũt fr̃es: ſed Amphinomũ & Anapiam fr̃es Cataneos qui piiſſimi fuerũt in parentes:adeo ut Neptuni ira ĩminẽte excidio eos humeris extulerũt Silius:Et catane generaſſe pios celeberrima fr̃es: auctor eſt Strabo: & Plutarchus ĩ or̃one ad Apolimũ. Pauſanias eorũ memĩt:nomen non expreſſit. Atridas: Agamẽnonẽ & Menelaũ. Maius nomen q̃ fuerit Amphinomi: & Anapiæ: Quod facis.i. imprecor ꝙ ſemper hæreas inguinibus:quod ſupra etiam dixit: Hæreat inguinibus potius tam noxia lingua.

Te fingente nefas: piladen odiſſet oreſtes
 Theſea pirithoi deſtituiſſet amor.
Tu ſiculos fratres:& maius nomen atridas:
 Et lædæ poteras diſſociare genus.
Hoc tibi pro meritis & talibus imprecor auſis
 Vt facias illud: quod puto lingua facis.

In malum poetam.

Dulcia cum tantum ſcribas epigrammata ſemper
 Et ceruſſata candidiora cute.
Nullaque mica ſalis:nec amari fellis in illis
 Gutta ſit: o demens uis tamen illa legi.
Nec cibus ipſe iuuat morſu fraudatus aceti
 Nec grata eſt facies cui gelaſinus abeſt.
Infanti melimela dato: fatuaſque mariſcas.
 Nam mihi: quæ nouit pungere: chia ſapit.

Scazonta mittit ad Apollinarem.

Apollinarem conueni meum ſcazon
Et ſi uacabit: ne moleſtus accedas
Hoc qualecunque cuius aliqua pars ipſe eſt
Dabis: hoc facetum carmen imbuant aures.
Si te receptum fronte uideris tota.

Vlcia. In eũ q cãdore carmĩs nulla aũt dicacitate aut urbanitate ĩſerta uolebat placere eandẽ ciboꝝ & epigrãmaton conditionẽ eẽ ſcribit poeta ut placere nequeãt niſi addita mica ſalis aut aceti. Sẽſus ẽ Quĩ. Acoris cibus palatũ delectat & eius generis ſcripta. Cãdidiora: ſẽſus cãdidioris. Cute ceruſſata.i.pelle expolita ceruſſa. Mica:granũ. Salis.i.urbanitatis Nec amari fellis.i.mordacitatis. Fraudatus:carẽs. Morſu aceti.i.aliq̃ pte aceti Gelaſinus:ruga contracta ex riſu dicitᶠ.ꝑ ruga accipitᶠ qualis in media fronte eminet. Cui abeſt Gelaſinus.i.quæ non corrugatᶠ aliqua ex pte. Melimellaipoma muſtea dicebantᶠ a celeritate maturitatis:eadẽ melimella dicuntᶠ a ſapore mellis. Mariſcæ: ficus mariſcas nomĩat Cato:& repetit P li. Cato ficus mariſcas ĩ loco cretoſo aut apto ſerit. erãt aũt dulcis ſaporis potius q̃ grati. Melimella::dulcia epigrãmata dãda ſũt ĩfantibus. Fatuas carentes ſapore ſalis. Chia ficus:erat quam ex diſciplina Cloacii nominat Macrobius: ea habet ſaporẽ acerbiuſculũ:propterea delectat. Ficus chia.i.epigrãma mordens.

Pollinarem. Scazon carmen iambicũ claudicans: de quo ſupra eſt dictũ:uel alloquitᶠ ut ſe conferat ad Apollinarẽ ſi uult eſſe tutus aduerſus malignos. O ſcazon:o meũ carmen iambicũ. Vacabit:erit uacuus negociis. Cuius carminis ipſe aliqua parte & emẽdatione ſua & hæc eius gratia ſcribo ubi nominatᶠ. Imbuãt:dent primã limã:& honorẽ.

Fauore noto:quo solet. Flagret:incesus sit
Vscæ. Dexter amicus Mart. ei miserat aprum integrum. Mart. diu apro inspecto & cogitato sumptu futuræ culinæ eum remisit: uult enim cibos qui minori precio condiantur. Populator glandis tuscæ: idest qui populabaris glandes tusciæ. nam apri uescunt glande. Secunda fama: idest qui potes esse in admiratione. Apro ætolo: calidonio. Dexter: amicus meus. Inuidiosa: supra conditionem meam. Festa culina. i. agens diem festũ

Noto rogabis ut fauore sustẽtet.
Quanto mearum scis amore nugarum
Flagret: nec ipse plus amare te possum.
Contra malignos esse si cupis tutus
Apollinarem conueni meum scazon.

De Apro a se occiso.

Tuscæ glandis aper populator: & ilice multa
Iam piger: ætole fama secunda feræ
Quem meus intrauit splendenti cuspide dexter:
Præda iaces nostris inuidiosa focis.
Pinguescant madidi læto nitore penates.
Flagret & exciso festa culina iugo.
Sed coquus ingentem piperis consummet aceruum:
Addet & arcano mista falerna garo.
Ad dominum redeas: noster te non capit ignis
Conturbator aper: uilius esurio.

Ad Fuscum.

Sic tyburtinæ crescat tibi silua dianæ:
Et properet cæsum sæpe redire nemus.
Nec cartesiacis pallas tua fusce trapetis
Cedat: & immodici dent bona musta lacus.
Sic fora mirentur: sic te pallatia laudent:
Excolat & geminas plurima palma fores.
Ocia dum medius præstat tibi parua december
Excipe sed certa quos legis aure iocos.
Scire licet uerum res est hæc ardua. sed tu
Quod tibi uis dici: dicere fusce potes.

Iugo: idest silua excisa. Sed coquus: nunc pœnitet Martialem: cum reminiscitur exigere multũ sumptum. Piperis: piper adhibebatur apro condiẽdo falerno mixto garo: arcanum œnogarum dicitur. nam œnogarum erat garum mixto uino. Apitius spõdilos ex simplici oenogaro factos: & alibi addes oenogarum in tubera & piper. Arcano autem garo idest exiguo: quia falerni potio superabat garum. οινοσ uinum & γαρον garum significat: unde oenogarum. Ad dominũ: Dextrum: Noster ignis idest nostra culina non est capax tui. Conturbator: conturbatores apud Martialem dicuntur qui pecuniam in uarios sumptus exigunt: & qui diuersa requirunt: ut alibi: Conturbatorque macelli. Conturbatorem igitur appellat aprum: hoc ẽ piper & oenogarum & magnum sũptũ exigentẽ. Exurio uilius: uolo uiliores cibos.

Ic tiburtinæ. Fuscũ rogat ut sua carmĩa accipiat mẽse saturnalitio & dicat quid sẽtiat. Certa aure: censoria aure. Dum medius december. i. saturnalia. Nemus cæsum sæpe redire: idest germinare Tua pallas: tua oliua. Sẽsus ẽ & ager tuus plus olei ferat: q̃ solet bæticus: nam hispania bætica oleo abundat. Italia obtinet palmã. Vena frana: liciana contendũt. Post italiam histria & bætica. Trapetum dicitur mola torcularis. τραπευω significat uoluo. Lacus imundici. i. pleni. i. solia per que labuntur musta. Fora: quia Fuscus erat causidicus. Plurima palma: idest undecũque afferatur palma & uictoria scire libet uerum. Sed tu quod: sensus ẽ cupio scire ue℞ quid sentias de meo carmĩe: quod si hoc tibi uidet̃ difficile quia matereris ne me offendas: potes dicere mihi quod tibi uis dici: hoc ẽ tu potes me laudare: queadmodum tu uis laudari: cũ alicui ostendis carmina.

Eſtille. Miſſurus carmina Voconio Victori poetæ: alloquitur Teſtillum illius puerũ in quo laudando Voconius erat occupatus: rogat ut pauliſper a poetæ latere diſcedat dum ſua illi carmina legit caſtiganda. Dulce tormẽtum: dulcis cura. Victoris: eſt cognomen poetæ: ſed menda librariorum ſcriptum erat. Victuri: Verſus autem hoc eodem epigrammate indicat mendam: Carmina uictori dum lego pauca meo. Notior: nobilior carmine poetæ. Sic: precantis eſt & optantis. Poſitis capillis: tonſis. Tuo uictori: poetæ tuo. Marſi. qui poeta captus Melenis amore compoſitos de ea uerſus oſtendebat Virg. melenis fuſca epitheton conueniens: nã μελαινα ſignificat fuſcam: ideſt quemadmodũ marſus potuit oſtendere maroni cantanti Alexi ſuos: ita meos debeo poſſe oſtenderẽ Voconio: q̃uis tui amore ardeam.

As cattis. argumentũ eſt epigrammatis in Geliam: quæ inuſitato genere concubitus uenerei uidebatur oblectari: cum romanum hominem nullum admitteret: ut illud. Qua ratione facis. nõ modo interroget quare id faciat: ſed quo pacto id faciat. Iudæi: recutiti dicuntur quoniam iudæis pueris cutis inguinis recidebatur. poſtea cum cutis ſuccreſceret dicebantur recutiti. q. noua cute tecti. Oratius appellauit iudæos apellas: hoc eſt cute & pelle carentes. hoc indicio Domitian us cum exigeret tributum e iudæis ſenem inſpici iuſſit. Alani inter ſarmatas ſunt: nam ut ſcribit Pli. primum omnium ſũt ſcythæ degeneres a ſeruis orti: Trogoditi: Alani: Toxalani. aduerſus Alanos popoſcit opem. Volgeſus rex parthorum a Veſpaſiano: optauitque Domitianũ mitti: ſed non ĩpetrauit. Torus: concubitus. Equo ſarmatico nã alani habẽt equos ſarmaticos: cũ ſint ĩter ſarmatas. Sunt aũt laboris patentiſſimi: adeo ut centena milia &. l. continuo curſu conficiant aliquando: ut Pli. ſcribit.

Aucæ cortis. Ad Regulum cui miſerat munera empta in foro: cum eadem Regulus ex agro ſuo uberius haberet. Cors pars domus ubi altilia ſeruabantur. Aues raucæ cortis: ideſt aues raucas cortiles. Oua matrum: galinarum. Chias ficus: melius tamen ſeruabantur ficus Liuiæ Pompeiæ: q̃ chiæ. Flauas medio uapore: temperato uapore aridas. Fœtum: hædum. Rudem: nouum iuuenem & ignorantem coitum. Non pares frigoribus. i. oliuas frigore rugoſas. Non pares. i. uictas. Olus canum: herbam canam. Diligẽter: ideſt o q̃ diſſimulanter erras: quia fingis te non intelligere hoc.

Ad Teſtilum puerum.

Teſtile uictoris tormentum dulce uoconi
Quo nemo eſt toto notior orbe puer.
Sic etiam poſitis formoſus amere capillis:
Et placeat uati nulla puella tuo.
Pauliſper domini doctos ſepone libellos:
Carmina uictori dum lego pauca tuo.
Et mecœnati maro cum cantaret alexim:
Nota tamen marci fuſca melenis erat.

In Celiam.

Das cattis: das germanis: das celia dacis:
Nec cilicum ſpernis cappadocũque toros.
Et tibi de pharia menphiticus urbe fututor
Nauigat: a rubris & niger indus aquis.
Nec recutitorum fugis inguina iudæorum:
Nec te ſarmatico tranſit alanus equo.
Qua ratione facis: cum ſis romana puella:
Quod romana tibi mentula nulla placet?

Ad Regulum.

Raucæ cortis aues: & oua matrum
Et flauas medio uapore chias.
Et fœtum querulæ rudem capellæ
Nec iam frigoribus pares oliuas.
Et canum gelidis olus pruinis
De noſtro tibi rure miſſa credis.
O q̃ regule diligenter erras.

Niſi me.i.niſi uictum meum. In tota ſuburra:ubi res uendūtur. Quicquid umber.i. tuus uillicus umbri ruris.

Tice.Pomponius Atticus primus cognomen cum doctrina reportauit ab athenis:ut ait Cicero:quod in eius familiam eſt propagatum:nam ex eo dicti ſunt Attici ad Atticum nunc ſcribit Mart.temporis ſui dantem operam philoſophiæ.hoc tamen dánat in eo ꝙ publica uitet gymnaſia:& potius cum uult ſudare currat:q̄ aliud exercitatiois genus uelit peragere.hic ſenſus nō placet:quem nonnulli hactenus ſecuti ſunt. ego qd ſentiam dicam ī calce huius epigrammatis. Attice facundæ:ideſt doctæ gentis:nam ille primus cognomen ex athenis rettulerat. Conticuiſſe: carere eloquentia. Ingētem domū ideſt atticorum. Turba cecropiæ Mineruæ.i. turba ſtudioſorum:omnis ſapiens: ideſt omnis doctus amat te. Magiſter:gymnaſii. Colit:alios iuuenes. Fracta aure.i. clamoribus. Vnctor.i. aliptes. Sordidus: auarus. Rapit opes:ſpoliat iuuenes opibus. Follis: genus pilæ. Suet.de Auguſto: Ad pilā: & folliculum eſt reuerſus. Paganica:pila. Ictus ſtipitis: exercebātur tyrones in campo martio incurſātes ad palum: quod Saluſtius ſcribit in hiſtoriis & qui tradiderunt præcepta de re militari:eodē exercitationis genere: qui erant intraturi thermas. Iuue. Aut quis non uidit uulnera pali. Quem cauat aſſiduis ſudibus ſcutoque laceſſit. Ictus hebes: quia non reſiſtit nec ſentit ſtipes. Lento ceromate: ceroma erat genus unguēti ex ceno & oleo quo urebātur palæſtritæ. Vari. qui habent leuiter obtorta crura:& uara ſunt brachia palæſtritarum:cum aduerſarium amplectantur ut hic. Arpaſtum:genus pilæ. Puluerulenta:quia per terram iactabatur. Calet amore ſidonio:ideſt in porticu europæ.hæc duo loca patebant ad curſum:ut ſupra. Area gymnaſii:Quod dictum eſt ex communi ſenſu.ego autem ita ſentio laudari. Atticum ꝙ deuitet exercitationes pertinentes potius ad luxum:q̄ ad rectam ualitudinem.& relicto gymnaſio curſu exerceatur & dicat eos qui exercentur in gymnaſio eſſe pigros:ueram autem exercitationem eſſe curſum. Cum liceat currere:quemadmodum Atticus:& ita legas.

Ludere per omnes uarias artes:quibus area ſeruit:hoc eſt quæ in gymnaſio exercentur.

Eſt pigritia:pigritiæ & deſidiæ.i. Cum liceat currere:ideſt cum curſu poſſis exercere: quod Atticus faciet.

Nil noſtri niſi me ferunt agelli.
Quicquid uillicus umber: aut colonus
Aut tuſci tibi: tuſculi ue mittunt:
Aut rus marmore tertio notatum:
Id tota mihi naſcitur ſuburra.

Ad Atticum.

Attice facundæ renouas qui nomina gentis:
Nec ſinis ingentem conticuiſſe domum:
Te pia cecropiæ comitatur turba mineruæ:
Te ſecreta quies te ſophos omnis amat.
At iuuenes alios fracta colit aure magiſter.
Et rapit immeritas ſordidus unctor opes.
Non pila: non follis: non te paganica thermis
Preparat: aut nudi ſtipitis ictus hebes.
Vara nec iniecto ceromate brachia tendis.
Non harpaſta uagus puluerulenta rapis.
Sed curris niueas tantum prope uirginis undas
Aut ubi ſidonio taurus amore calet.
Per uarias artes: omnis quibus area ſeruit
Ludere cum liceat: currere pigritia eſt.

In Cinnam.

Sordidior cœno cum ſit toga: calceus autem
Candidior prima ſit tibi cinna niue.
Deiecto quid inepte pedes perfundis amictu?
Collige cinna togam: calceus ecce perit.

Vo possit. Carinus quem impudicum fuisse supra ostendit: balnea extruxit: quæ cum essent in omnium admiratione: ait poeta non mirum esse ab homine pessimo rem unam esse benefactam: quando Nero omnium pessimus thermas pulcherrimas ædificauit: simul respondet calũniatoribus: q̃ uisus sit anteponere neronianas thermas ædificiis Domitiani. Duorum inquit impudicorum ædificia confero: Nero thermas ædificauit: gymnasiumque: quæ ut frequentarétur senatores & equites oleo donauit ad id necessario. Tranquillus. Ore rancido inuido. Persius: Rancidulum quiddam balba de nare locutus. Domini: Domitiani. Balneis cinædi: Carini ĩpuri præfers thermas neronianas. Verba calũniatoris arguentis poetam. Tot muneribus. i. tot ædificiis. Domini domitiani. Præfero balneis cinædi: scilicet Carini: hoc est duos impuros comparo: uerba sunt poetæ respondentis calũmniatori.

Ad Seuerum.

Quo possit fieri modo seuere
Vt uir pessimus omnium charinus
Vnam rem bene fecerit requiris:
Dicam sed cito: quid nerone peius?
Quid thermis melius neronianis?
Non deest protinus ecce de malignis
Qui sic rancidulo loquatur ore:
Vt quid tu domini deique nostri
Præfers muneribus neroniana?
Thermas præfero balneis cinædi.

Io. Matronam.

Inguina succinctus nigra tibi seruus aluta
Stat quotiens calidis tota foueris aquis.
Sed meus: ut de me taceam: lecania seruus
Iudæum nulla sub cute pondus habet.
Sed nudi tecum iuuenesque: senesque lauamur.
An sola est serui mentula uera tui?
Ecquid fœmineos sequeris matrona recessus:
Secretusque tua cunne lauaris aqua?

Ad stellam.

Cum pluuias madidumque iouem perferre negaret
Et rudis hibernis uilla nataret aquis.
Plurima quæ posset subitos effundere nimbos:
Muneribus uenit tegula missa tuis.
Horridus ecce sonat boreæ stridore decembe
Stella tegis uillam: non tegis agricolam.

Inguina. Lecania cũ in balnea ueniret iubebat sibi astare seruum, obligatis pudendis subligaculo. Subligaculo autẽ utebantur: cum alii: tũ histriones indumento a genibus ad umblicum non modo ut partes illas uelarent: sed ut etiam inguina comprimerent a libidine: nam frequenti coitu raucescebát. hoc demonstrat infra Mart. Lecania autẽ hunc seruum uolebat uti subligaculo in balneis: cũ alii nudi essent hac de causa ut suspicatur Marti. ut postea secretius lauaretur ab eodem seruo recenti ad opus. i. futueretur a seruo qui in aliis latus non fatigasset. Sed meus: sensus est quare mecum lauaris: & cum seruo meo: qui sumus sine subligaculis: Immo seruus ne præputium qdem tegit: non legas bis: sed altero loco. Iudæum pondus. i. inguina iudæa. i. circũcisa & aperta: ut iudæus ẽ. Fœmineos recessus. i. occultã lauationẽ. Tua aqua. i. tuo riuo. i. tuo spermate. Virg. i obscœ carmine: Quam non petieris ore fouebis aquam. i. sperma.

Vm pluuias. Stella miserat tegulas Mart. ut tegeret uillã in hyeme: Mart. poscit quẽ admodũ tegit uillã: ita tegat agricolã. i. Martialẽ. i. mittit togã. Tegulæ balneis acommodatæ mãmatæ dicebantur: reliquæ tectis domoꝝ. Nimbos: pluuias. Ioué madidũ .. i cælum madidum. Non tegis agricolam. i. non das mihi togam ut tegar.

Osti. Quæstor Domitiani in exercitu nouitate quadã signi indicabat Percussori: cum uellet aliquẽ interfici emũgebat nasum. signũ aũt ab aliis dari solet ut theta inscriberet: ppterea theta dicit signũ mortis. Persius: Et potis ẽ uitiũ mortis præfigere theta. hũc quæstorẽ uolentẽ emungere nasum collegæ phibuerũt. Iocatur poeta; q qui paulo ante inperabat necẽ aliis: nunc non potuerit emũgere nares. Mortifer: signũ necis ẽ theta: Opere preciũ: iuuat. Iuguli: necis. Stiria: ut palæmon iterpretatur ẽ gutta pendens quæ nondũ cecidit. Inuiso naso: qa cũ tãgebat nasũ erat indiciũ necis. Non licuit: qa tãq imperaturus necẽ aliis phibitus ẽ emũgere nares.

Ad Castricum de theta.

Nosti mortiferum quæstoris castrice signum.
Est operepretium discere theta nouum.
Exprimeret quotiens rorantem frigore nasum
Lætalem iuguli iusserat esse notam.
Turpis ab inuiso pendebat stiria naso
Cum flaret madida fauce december atrox.
Collegæ tenuere manus: quid plura requiris?
Emungi misero castrice non licuit.

De Poliphemo.

Tantus es & talis nostri polipheme seueri
Vt me mirari possit & ipse cyclops.
Sed nec sylla minus: quod si fera monstra duorum
Iunxeris: alterius fiet uterque timor.

Antus. Poliphemus & sylla erant serui seueri ut nõ mõ aliis possẽt incutere terrorẽ: sed ipsi iter se timerent. Tantus: tam magnus. Talis. i. tã deformis. Cyclops. i. Poliphemus. Sylla: serua seueri. Fera monstra: idest ambos. Vterque timor. i. alter alterum timebit.

De Celio.

Discursus uarios: uagumque mane
Et fastus: & aue potenriorum.
Cum perferre patique iam negaret:
Cœpit fingere celius podagram.
Quam dum uult nimis approbare ueram
Et sanas linit obligatque plãtas:
Inceditque gradu laborioso.
Quantum cura potest: & ars doloris
Desiit fingere celius podagram.

Iscursus. In Celium qui dũ recusaret laborẽ salutãdi cœpit fingere podagrã: & ita finxit ut paulo postea cœperit laborare. Ridet poeta tantam fuisse artem Celii: ut non modo fictam podagram: sed ueram expresserit.
Fingere podagram: se laborare podagra. Discursus: eodem uerbo utitur Iuue. Gaudia discursus.
Vagum mane: idest matutini tẽporis labores: quo tẽpore omnes uagabantur ad salutandos diuites.
Aue: salutationem. Desit fingere. quia ueram habebat podagram. Plantas sanas: idest pedes non laborantes. Gradu laborioso: quia ita icedit ut uideatur dolere.

Epi. patris Hetrusci.

Hic iacet ille senex augusta notus in aula:
Pectore non humili passus utrunque deum.
Natorum pietas sanctis quem coniugis umbris

Ic iacet. Hetruscus q ab exilio lachrymis filii fuerit restitutus: ut supra dictũ ẽ: nunc moritur: poeta epitaphium componit: quo laudat pietatẽ filii superstitis: ita amissum patris lugentis ut non nonagenariũ senẽ: sed p̃rem iuuenem ante tempus ereptum lugere uideretur. Ille senex: Hetruscus i aula augusta Domitiani. Passus utrũque deum. i. Claudium & Neronẽ: nam Hetruscus pater seruus fuit Claudii: a quo eadẽ conditione traditus ẽ Neroni: ut Pap. i siluis aperte docet. Pap. terribilẽ affatu passus uisusque tyrãnũ Inanẽque suis. præterea: Nõdũ stelliger senior dimissus i axẽ Claudius i lõgo trãsmittit hẽre nepoti. Nõ hũili pectore: magno aio. Coniugis uxoris.

Ambo: casus græcus ē ꝓ ambos: ut illud Virg. Si duo Præterea. Fraudata iuuenta: mortua ante tēpus. Ter senas olympiades. i. nonagesimum annum.

Osmicos. Cosmici dicuntur ornati. Sempronius Tucca cum esset ornatus uolebat uideri formosus: dictitans se esse cosmicum. poeta ait non modo res bonas: sed ēt malas posse ornari: hoc est ipsum quoque esse malum: q̄uis cosmicus esset.

Rimū. Cinna nec dabat Martiali quod poscebat dari: nec negabat oīo: sed diu hēbat ipsum suspensum: & sollicitū. Primū ē ut præstes. i. prima gratia ē tui beneficii ut præstes. Sed tu nec præstas: ideo non diligo te Nec cito Cinna negas: propterea odi te.

Vneribus. Castricus & eruditissimus poeta & diues fuit: Mart. cum alii amicis munera mitterent: ipse mūeꝝ loco mittere solebat carmina: neutrū poterat efficere in Castricū qui nec agebat mūeribus: nec carminibus. paulo tamen ante dederat epigrāma ad poetā: nūc affert cām quar̄ miserit: ait. n. & hoc accidisse ut Alchynoo pomorum copia reliquos mortales superanti aliqs aliquando miserit poma. Muneribus: sensus ē horū uersuū Castricū non posse superari muneribus aut carminibus. Sic etiā eadē temeritate. In utroque sumus tenues: laboramus inopia munerū & carminū. Vincique parati: facile cedimus. Inde: cum non possumus mittere bona carmina. Alcynous: Nausitoi: filius celeberrimus carmīe Homeri ī odyssea: corcyrā in qua erant populi phæces īsigni iusticia rexit: tanta pomarioꝝ copia & fertilitate: ut auctore Homero præmaturis fructibus noui statim succederent. Papinia. Quid bifera alcynoi laudem pomaria: Ouidius: Phæcum felicibus oblita plantis Iura petunt. Huius filia Nausicaa nudum & naufragum ex littore Vlyssem domum produxit. Dederim: ausus sim dare.

Miscuit: elysium possidet ambo nemus.
Occidit illa prior uiridi fraudata iuuenta.
Hic prope tersenas uidit olympiadas.
Sed festinatis raptum te credidit annis
Aspexit lachrymas quisquis hetrusce tuas.

Ad sempronium.

Cosmicos esse tibi sempronī tucca uideris:
Cosmica sempronī tam mala q̄ bona sunt.

In Cinnam.

Primum est ut præstes: si quid te cinna rogabo
Illud deinde sequens ut cito cinna neges.
Diligo præstantem non odi cinna negantem.
Sed tu nec præstas: nec cito cinna negas.

Ad Castricum.

Muneribus cupiat si quis contendere tecum:
Audeat hic etiam castrice carminibus.
Nos tenues in utroque sumus: uincique parati.
Inde sopor nobis: & placet alta quies.
Tam mala cur igitur dederim tibi carmina quæris:
Alcinoo nullum poma dedisse putas.

Ad Ouidium.

Maximus ille tuus ouidi cæsonius hic est:
Cuius adhuc uultū uiuida cæra tenet.
Hunc nero damnauit: sed tu damnare neronem
Ausus es: & profugi: non tua fata sequi.

Aximus ille. Maximus Cæsonius singulari amicitia cum Anneo Seneca iūctus: missus est a Nerone in exiliū. Ouidius eum secutus est non ueritus principis indignationē: & contēpta gratia qua apud illum ualebat. idem amicum amissum tabella expressum hēbat apud se: cuius picturæ hoc additur carmen a Martiale. Viuida: ueris liniamētis expressis Hunc: Cæsoniū. Dānare Neronē: ausus ē sequi dānatū: & negligere Neronē apud quē gratia ualebas: nā dānare ē condēnare. Dānare itē ē aliqd tāq̄ detestādū omittere. ut supra de Othone: Dānauit multo saturatū sanguine martē: & ita hic accipitur. Non tua fata. i. nō tuam sortem felicē apud Neronē. i. maluisti sequi malam sortem amici: q̄ tuam felicem.

Magnus comes: qui magnus eras apud Neronē. Freta scyllæ. i. æquora sicula. Scylla scopulus maris siculi naufragiis & periculis insignis. Maximus cæsonius: ꝓconsulatū africæ gessit temporibus Neronis. Præsens & uentura turba. i. præsentes & posteri. Noīa uictura. i. fata īmortalia præstabūt meū carmen. Legi post mortē. Quod ille Senecæ: nā maximus Cæsonius non dubitauit Senecā dānatū a Nerone ꝓfiteri sibi esse amicū. Tēporibus ēt Claudii dānatus est Sene. sed mox ab exilio restitutus: ut scribit Tac.

Aequora per scyllæ magnus comes exulis isti
Qui modo nolueras consulis ire comes.
Si uictura meis mandantur nomina chartis:
Et fas est cineri me superesse meo:
Audiet hæc præsens uenturaque turba: fuisse
Illi te: senecæ quod fuit ille suo.

Ad eundem.

Facundi senecæ potens amicus
Caro proximus aut prior sereno:
Hic est maximus ille: quem frequenti
Felix littera pagina salutat.
Hunc tu puer siculas secutus undas
O nullis ouidi tacende linguis
Spreuisti domini furentis iras.
Miretur pyladem suum uetustas
Hæsit qui comes exuli parentis:
Quis discrimina comparet duorum
Hæsisti comes exuli neronis.

Acundi. Serenus Carus: Statius Anneus: ut Tacitus: Senecæ amicissimi fuerūt: eodē argumēto ē epigrāma: quo supius præponit amicitiam Ouidii maxīo amori Piladis ī Orestem. hoc carmē additur picturæ Cæsonii. Salutat frequenti pagina. i. ad quem totiēs scripsit Seneca. Amicus potens: qa plurimum ualebat apud Neronem. Proximus caro: amore in senecā. Aut prior sereno. i. q pari amore cum caro diligebat: aut uehemētiore q̄ serenus senecam. Domini: Neroīs. Vetustas: tiqāuitas. Exuli parentis: Pilades secutus ē Orestē: qui matre interfecta in exiliū abiit furiis agitatus. Exuli: Oresti. Parentis. Clitēnestræ matris cæsæ a se. Duorū Piladis & Ouidii. Exulē Neronis: Pilades nihil timebat: At Ouidius Neronem debebat uereri plus igitur est.

Ad Priscum.

Commendare tuum dum uis mihi carmine munus:
Mæonioque cupis doctius ore loqui:
Excrucias multis pariter me teque diebus:
Et tua de nostro prisce thalia tacet.
Diuitibus poteris musas elegosque sonantes
Mittere: pauperibus munera plena dato.

Omēdare. Priscū accusat: q pollicitus se missurū munus Martiali id differebat: cupiens una mittere carmē. at poeta inquit ibi paupi mittendū eē munus expolitū: diuitibus pulchros uersus. Excrucias hēs me anxiū expectantē munus. Ore mæonio: Homeri ore. Placet: concinaſ. De nostro. i. d nr̄o dāno. Pexa munera. i. pulchra: an pexa dicit: ut referat hoc ad uestē pexam. i. referta & plena sine ullis illecebris: ut tractum sit a pexis uestibus hyemalibus grandioris pili. placet prior sententia.

Ad Licinium.

Doctorum licini celeberrime summe uirorum:
Cuius prisca graues lingua reduxit auos
Redderis heu quanto fatorum munere nobis

Octorum. Licinium Suram conualuisse lætatur: de quo in aduersa ualitudine desperatum erat. simul monet amicum: ut cum euaserit periculum mortis: reliquam uitā agat uoluptate & relaxatione aī nullo die prætermisso. Līgua prisca: imitata priscos: Auos graues. i. īstituta & doctrinā ātiquoꝝ. Quanto munere. i. grato munere mortalibus.

Gustata lethes aqua: hoc est gustato. Fl. infernali: nam animæ ad superos rediture ĩ noua corpora: ut cecinit poeta potãt aquã lethei fluminis. Perdiderãt metũ. i. uota suscepta ꝓ te non putabant se deberi. & persolui: quia non putabãt euasuꝝ. Tristitia secura: deposita cura te euasurũ flebat. Peractis lachrymis. i. iustas lachrymas omnes emiserũt tã̄q̄ si mortuus esset. Regnator taciti auerni. i. pluto. Non tullit inuidiã. i. non potuit ꝑferre loquellas hominũ lugẽtiũ te. Colos raptas. i. pensa. Ipse restituit colos raptas parcis: quas deposuerãt sorores. Mors falsa. i. falso existimata de te. Frueris posteritate. i. ita uiuis nũc inter eos qui tibi sunt posteri: quia habebaris mortuus. Viue: da operam relaxationi aĩ.

Velut rapto: nam qui uiuũt rapto maiori studio & diligentia res aptas amplectũtur: hoc ẽ consume oẽs dies: ac si eos raperes. Gaudia fugitiua. i. gaudia quæ cito labuntur. ut supra: sæpe fluent ĩmo sic quoque lapsa sinu. Vita reuersa: iteꝝ data tibi. i. nullũ diẽ uoluptatis prætereas.

Gustata lethes pene remissus aqua.
Perdiderant iam uota metum: securaque flebat
Tristitia: & lachrymis iamque peractus eras.
Non tulit inuidiam taciti regnator auerni:
Et raptas fatis reddidit ipse colos.
Scis igitur quantas hominum mors falsa querelas
Mouerit: & frueris posteritate tua.
Viue uelut rapto: fugitiuaque gaudia carpe:
Perdiderit nullum uita reuersa diem.

De Annio.

Cum mensas habeat fere ducentas:
Pro mensis habet annius ministros.
Transcurrunt gabate uolantque lances.
Has uobis epulas habete lauti?
Nos offendimur ambulante cœna.

Ad fontem hiantides.

Fons dominæ regina loci quo gaudet hianthis
Gloria conspicuæ delitiumque domus.
Cum tua tot niueis ornetur ripa ministris
Et ganymedeo luceat unda choro.
Quid facit alcides silua sacratus in ista:
Tam uicina tibi cur tenet antra deus?
Nunquid nympharum notos obseruat amores?
Tam multi pariter ne rapiantur hyle?

Ad Seuerum.

Parua suburbani munuscula mittimus horti
Faucibus oua tuis: poma seuere gulæ.

Vm mensas. Instituerant antiqui coenam quã appellabãt ãbulatoriã ministris circũferentibus uasa. Si pauperes ĩuitabũt rarius ad eos accedunt: ministri ditioribus seruiẽtes hanc igitur coenã pauper Mart. damnat. Pro mensis: loco mensarum. Gabata: uasa concaua dicta: quia sunt cauata. Lances patinæ minus excauatæ: Transcurrunt: ministri circũferẽtibus. O lauti: o diuites. Habete uobis: has epulas. Offendimur coena: qa non uescimur.

Ons dominæ. Violãtilla magnificas habebat ædes: quæ a Papinio in epithalamio Stellæ describuntur: Lecta deæ sedes ueris nec sordet ab astris. in his fons erat Pap. Perspicui uiuũt in marmore fontes: proximo nemore consecrato Herculi: argumentũ supra est expositum. ait poeta apte hoc factum ut Hercules sit proximus: ne. s. multi niuei ministri rapiantur a nymphis: ut Hylas raptus fuit. Domus conspicuæ. i. domus Violãtillæ Luceat: accipiat lucem. Choro ganymedo: ministris similibus Ganymedi. Obseruat: custodit. Notos: quo nouit amores nympharum.

Arua. Seuero misit & oua & poma: sed ne uideretur gulosum amicum existimare. ait se mittere poma ut uescatur: oua: ut raucam uocem aperiat & ut faucibus mederetur & ut uox fieret clarior: nam ulceratis faucibus oua medentur auctore Plinio.

Ercari: Vrbicũ monet ut si uelit audire suos uersus: neque eos emere: eat ad Pompeiũ Auctũ: qui omnes memoria tenebat. Mercari: emere nostras nugas. i. nostros libellos: Sedet: habet domiciliũ in prima æde Martis: quod templũ reliqua superat magnificẽtia Martis ultoris: templũ ædificauit Augu. Cæsar: quod uouerat in bello philippẽsi aduersus Brutũ & Cassiũ ultorẽ appellauit: quoniã id bellũ susceperat ad ulciscendã mortẽ Cæsaris patris. Iure madidus: sordibus. sunt qui legunt iure madens. i. iure peritus: sed non placet. Limatus: habẽs limatã & attritã togã. In uario usu togæ. i. dũ oĩbus ĩ rebus utitur eadem toga. Non lector meus. i. non legit modo mea carmina. Sed liber est: hic sic tenet memoria mea carmĩa ac si esset liber. Absentes: non ĩspectos. Vt nulla littera: idest ne minima quidem syllaba pereat. Denique: si uellet poterat uideri scripsisse: id est posset uideri auctor carminum adeo bene memoria tenet meos uersus. Sollicites: id est ꝓuoces ad recitanda carmina. Non satis ante uacabit. i. nõ uacuus erit omnino negociis Iuue. Si uacat & placidi & cætera. Quinti. Marsus & pedo legendi: si uacet: id ẽ si ocium sit. Ratũ: Celer magistratũ habuerat in celtiberia. Idẽ post reditum ĩ urbem ex Pompeio aucto audiebat carmina Mart. monet poeta Auctum se magnopere uereri aures Celeris: quoniã nõ uideatur auditor sed iudex celtiberorũ: nã & Mart. erat celtiber. Si tamẽ iuuat. i. ꝓbatur a Celere: nã si offenderet nollet recitari. Celtas hiberos: id ẽ celtiberos nam celtæ cum tenuissẽt ripas hiberi sunt celtiberi nominati. Certior: sanctior. Maior reuerentia: quia rexit celtiberos. Iudicis: alludit ad id quod fuerat iudex in Hispania.

Ad Vrbicum.

Mercari nostras si te piget urbice nugas:
Et lasciua tamen carmina nosse libet:
Pompeium quæras: & nosti forsitan auctum:
Vltoris prima matris in æde sedet.
Iure madens uarioque togæ limatus in usu:
Non lector meus hic urbice: sed liber est.
Sic tenet absentis nostros cantatque libellos:
Vt pereat chartis littera nulla meis.
Denique si uellet poterat scripsisse uideri.
Sed famæ mauult ille fauere meæ.
Hunc licet a decima: nec enim satis ante uacabit
Sollicites: capiet cœnula parua duos.
Ille leget: bibe tu: nolles licet: ille sonabit:
Et cum iam satis est dixeris ille leget.

Ad Auctum.

Gratum est quod celeri nostros legis aucte libellos:
Si tamen & celerem quod legis aucte iuuat.
Ille meas gentes & celtas rexit hiberos:
Nec fuit in nostro certior orbe fides.
Maior me tanti reuerentia turbat & aures:
Non auditoris: iudicis esse puto.

In Vmbrum.

Omnia misisti mihi saturnalibus umber:
Munera: contulerant quæ tibi quinque dies.
Bissenos triplices: & dentiscalpia septem:
His comes accessit spongia: mappa: calix.
Semodiusque fabæ cum uimine picenarum:

Mnia: Vmbrum causidicum deridet: qui quæcunque munera clientibus in saturnalibus acceperat miserat Martiali. Ea autem erant uilissima & nullius ferme precii. eiusmodi munerum uilitatem Iuuenalis satyrico carmĩe insectat. Vix octo serui potuerũt ferre munera Mart. facilius inquit poeta unus puer potuisset mihi ferre. v. libras argenti. Quĩque dies: qa saturnalia durabãt. v. diebus. Triplices pugillares: de qbus dicemus ĩ distichis. Spongia accessit comes. i. uenit comes. Vimĩe picenaꝝ. i. cũ cistella oliuarum.

Sapæ laletanæ:appellat uinũ laletanũ sapã:quia erat fæcosum:habebatque plurimũ fæcis.supra.A caupone tibi fex laletana petaṙ.de hoc uino ut puto itellexit cum dixit: Plurimus hispanas mittet mihi nauta metretas.Iuue. dixit đ uino misso causidicis:uinũ thyberi deuectũ. Coctana:coctanũ ficus ẽ ex syria.Pli.ita scribit:Syria ĩ ficoꝝ genere habet caricas & minores eius generis quæ coctana uocant.Itẽ pruna ĩ damasco monte nata. Canis prunis.i.rugosis.& supra.Acuta senibus testa.Cũ damascenis:Ex syria mittebanṫ serui:ideirco Iuuenalis: Quo pruna & coctana uento .i.uenit uenalis seruus. Ficus libyca:in hyemẽ producebaṫ: artificio mortalium frigidissima ipso etiam tactu.supra: Et ficus libycæ gelata testa. Fuisse nummorum.xxx.i. fuisse precii.xxx.nummorum.

Et laletanæ nigra lagœna sapæ.
aruaque cum canis uenerunt coctana prunis:
Et libycæ fici pondere teste grauis.
Vix puto triginta nummorum tota fuisse
Munera:quæ grandes octo tulere syri.
Quanto commodius nullo mihi ferre labore.
Argenti potuit pondera quinque puer.

In Nasidianum. 54

Semper mane mihi de me mera somnia narras:
Quæ moueant animum:sollicitentque meum.
Iam prior ad fecem sed & hæc uindemia uenit:
Exorat noctes dum mihi saga tuas.
Consumpsi salsasque molas:& turis aceruos:
Decreuere greges:dum cadit agna frequens.
Non porcus:non cortis aues:non oua supersunt:
Aut uigila:aut dormi nasidiane tibi.

In Chrestum. 55

Nulli munera Chreste si remittis.
Nec nobis dederis remiserisque
Credam te satis esse liberalem
Sed si reddis apicio:lupoque
Et gallo ticioque celioque
Lingas non mihi.nam proba & pusilla est:
Sed que de solymis uenit perustis:
Damnatam modo mentulam tributis.

Emper mane: Nasidienus captabat olĩ munera a Martiale blãditiis: sed cũ poeta iã aspernaretur:excogitauit nouũ aucupii genus.solebat enim dicere se uidisse sõnia plena terroris Marti.ad quæ placanda postulabat modo tus modo agnã: modo porcũ: poeta respondet. Iã prior uindemia.i.prius illud aucupiũ quo utebaris apud me. Venit ad fæcẽ.i.defecit. Sed & hæc & etiã hoc nouũ aucupiũ defecit. Saga:mulier maga. Exorat: placat tuas noctes.i.tua somnia horrenda de me. Consũpsi dãdo tibi. Molas salsas: molã salsã.i.pecuniã pro mola salsa ad sacra. Decreuere:sũt ĩminuti. Cadit:ĩterficiṫ ꝓpter sõnia. Aues cortis.i.aues cortiles. Dormi tibi.i.ĩ tuam pernitiẽ & non in meam.

Vlli munera:Chrestus acceptis muneribus ab amicis nihil remittebat:sed irrumatoribus fellando satisfaciebat:si ĩquit poeta ita satisfacis oĩbus:satisfacies etiã meis mũeribus:quæ misi tibi fellãdo. Non me:sed seruũ meũ q iudæus ẽ. Si nulli remittis:si nulli reddis. Nec mihi remiseris:patiar mihi non remitti. Sed si remittis:si satisfacis. Lupo galloque:sũt irrũatores.Lĩgas.s.mẽtulã. Proba.s.mentula mea. De solymis pustis.i.a iudæis.i.serui mei q uenit e iudæa.i.ex ægypto.supra:sed meus ut đ me taceã lecaĩa seruus iudæũ nulla sub cute põdus hẽt. Dãnatã mõ mẽtulã tributis:mẽtula dãnata tributis dṙ:quoniã cũ Domitiãus exigeret tributa iudæoꝝ: multi ne soluerẽ cogereṫ dissimulabãt originẽ negãtis se eẽ iudæos:sed si differebãṫ ĩspiciebãt an essẽt circũcisi:& ita deprehẽdebãṫ.Interfui ĩqt Tran.adolescẽtulus cũ senex nonagenarius ĩspicereṫ a quæstoribus & frequẽti cõcilio an eẽt circũsectus:nã circũsecti dãnabãṫ ad soluenda tributa.mẽtula igiṫ dãnata tributis dṙ concisa.i.iudæa:quoniã eo iudicio dãnabãṫ ad tributa.

Ad Rabirium. 56

Astra polumque tua cepisti mente rabiri:
Parrhasiam mira qui struis arte domum.
Phidiaco si digna ioui dare templa parauit:
Has petat a nostro pisa tonante manus.

De Achila. 57

Castora de polluce gabinia fecit achilas:
Pyxagathos fuerat: nūc erit hippodamus.

Ad Gallam. 58

Iam sex aut septem nupsisti galla cinædis:
Dum cóma te nimium pexaque barba iuuat.
Deinde experta latus madidoque simillima loro:
Inguina: nec lassa stare coacta manu.
Deseris imbelles thalamos: mollemque maritum:
Rursus & in similes decidis usque toros.
Quere aliquem curios semper fabiosque loquētem:
Hirsutum: & dura rusticitate trucem.
Inuenies sed habet tristis quoque turba cinædos:
Difficile est uero nubere galla uiro.

De Ceciliano. 59

Non cœnat sine apro noster tite cecilianus:
Bellum conuiuam cecilianus habet.

Stra: Laudat Rabirium architectum: qui ædem flauiæ genti erexit: eam enim ædificari uoluit Domitiāo. Tranquillo teste, uel Domitiani domum struxit: de qua infra: quod placet. Cepisti: arte complexus es. Domū parrhasiam. i. domū palatinā. hoc eni placet potiusq̄ ædē flauiam. Domus palatina: dicit̃ parrhasia ab Euandro arcade. Silius: Aspice montis apex uocitata palatia regi Parrhasia. Virgil. Parrhasio dictū panos de monte lycei. Non placet quod suspicant̃ nonnulli domū Domitiani dici parrhasiā: quia ī germania: sub Parrhaside ursa multa gesserit: unde Germanicus est dictus. Spoliorum illorū meminit Plinius in laudibus Traiani. Parrhasius item proprio nomine fuit pictor. Pisa: ciuitas in peloponneso non procul ab Elide: quæ habuit Iouis olympici imaginem fictā a Phidia. Parauit: cogitauit dare. Manus has: Rabirii. A nostro tonante: id est Domitiano. Phidias illuc simulacrum Iouis effixit: quod cum est dicatum tonitru Iuppiter signum dedit sibi placere: ut scribit Pausanias.

Astora: Gabinia mulier Achillam iuuenem pugilem donauit tantis opibus ut esset eques. Castor fuit hippodamus: id est equorum domitor. Pollux: eius frater fuit pugil. Versus Homeri hisdem uerbis bis repetitur: καςοράτ ιππόδαμοι καὶ πυξαγάθον πολυδευκέα: hoc est Castora domitorem equorum: & Pollucem pugnis fortem: hoc uersu iocatur poeta. Fecit castora: id est equitem: id est equestri censu donauit. De polluce. i. pugile. Nunc erit hippodamus: id est erit eques: alludens ad Castorem hippodamum.

Am sex: Nullum esse ait: qui non sit mollis siue hispidus sit: siue iunior: Galla cum elegantiores & formosiores uellet decepta elegantia formæ officium mariti non reperiebat. at inquit poeta non modo hoc in formosis continget tibi o Galla: sed si hispidū habueris: talem reperies: nam omnes sunt cinædi. Iuue. hispida mēbra quidem & duræ. & cætera. Dum coma: id est dum sequeris formam. Imbellem: nequeuntem coire. Mollem maritum: id est effœminatum. Quære aliquem loquētem fabios: id est grauē. Tristis turba. i. censoria & grauis turba. Vero uiro: quia omnes sunt sponsæ tā hispidi q̄ pulchri: & leues. Iuuenalis. Quis enim non uicus abundat Tristibus obscenis?

On cœnat: Cecilianus assiduis mensis & cœnis uolebat sibi apponi aprum: quamuis alios non inuitaret. poeta ait quāuis Cecilianus alium non inuitet: tamen cum habet aprum habet conuiuā. q. d. aper blande ei consumit cœnā: & tantū amittit q̄tū si haberet conuiuam. Bellum. insidiosum: quia aper consumit. hoc placet potius: ut de Apro hoīe intelligas īfra poeta memīt ut uelit decipi lectorē: ut cū de Bruto priore uersu deridens te nuem mensam Ceciliani: nam aper alienas cœnas sectabatur: ut alibi ostendit.

Arpeiæ: Cū Cæsarē habeat: dicit se Ioue non indigere: neque se debere petere a liqd ab eo: nā quod ei necessariū est: potest Cæsar suppeditare: debet tantū rogare Iouē p Cæsare: ut. s. diu terris imperet. Succensueris. i. irasceris mihi. Aulæ tarpeiæ: capitolii. Quē credimus tonantē. i. esse uez deū. Saluo duce: dū seruas Domitianū icolumē. Debeo rogare Cæsarē pro me: quia ipse potest mihi suppeditare quæ sunt necessaria. Te pro Cæsare. i. debeo ei optare incolumitatem a te.

Bstulerat: Domitianū laudat q istauratis ædificiis uicos urbis reddiderit laxiores & expeditos q paulo ante fuerūt occupati tabernis opificum: ut nūc tandem sit urbs: quæ paulo ante erat taberna. Institor: rez uiliū uenditor. Nullū limen. i. nullus istitor seruabat limen suū: sed confundebantur domus. Semita: callis. Nulla pila: ad pilas enī res uēdebāt. Orati. Nulla taberna meos habeat: uel pila libellos. Lagœnis cathēatis: uasis clausis. Iuue. Postq̄ omīs ubique fixa cathēatæ siluit cōpago tabernæ. Medio luto: occupata uia. Nouacula cæca: gladius tonsorius non uisus. Strigit: nudat. q. d. tonsores non tondēt i media turba. Menas duxit prius tonsorē e sicilia. Seruant sua limia. i. stāt intra suas casas. Fuit magna taberna: erat tota una officina. Eclusis: Amillus ð hoc Iuue. Quot discipulos iclinet Amillus. Sine teste: ābiguū est uerbū: & cū uideat dicere remotis arbitris id significat qđ res ista magnis testibus agat. Quod facit sine teste. i. pathicus & fellator. i. pædicabat & fellabat: quod utrūque sine testibus fit: altez natibus: altez ore. Erpetui nūq̄: Laus est Silii poetæ. Perpetui: Silii: semp uicturi. Volumina. i. secundū bellū punicū. Latia toga: id est rebus gestis romanorū. Pierios recessus: putas ne solum Silium in poetica uersatum.

Ad Iouem.

Tarpeiæ uenerande rector aulæ.
Quem saluo duce credimus tonantem.
Cum uotis sibi quisque te fatiget;
Et poscat dare quæ dei potestis:
Nil pro me mihi iuppiter petenti.
Ne succensueris uelut superbo.
Te pro cæsare debeo rogare.
Pro me debeo cæsarem rogare.

Ad Cæsarem Do.

Abstulerat totam cetarius institor urbem:
Inque suo nullum limine limen erat.
Iussisti tenues germanice crescere uicos:
Et modo quæ fuerat semita facta uia est.
Nulla cathenatis pila est præcincta lagœnis:
Nec prætor medio cogitur ille luto.
Stringitur in densa nec cæca nouacula turba:
Occupat aut totas nigra popina uias.
Tonsor: copo: coquus: lanius sua limina seruant:
Nunc roma est: nuper magna taberna fuit.

In Amillum.

Reclusis foribus grandes præcidis amille:
Et te deprehendi: cum facis ista: cupis.
Ne quid liberti narrent: seruique paterni:
Et notet obliqua garrulitate cliens.
Non pædicari se qui testatur amille:
Illud sæpe facit: quod sine teste facit.

De Silio.

Perpetui nunquam moritura uolumina sili:
Qui legis & latia carmina digna toga.
Pierios tantum uati placuisse recessus:
Credis: & aoniæ bacchica serta comæ.

Non ante attigit.i.non ante ꝓposuit sibi imitandũ Maronẽ:& contulit se ad carmen. Impleuit magni q̃ Ciceronis opus:qa fuit causidicus & declamauit.hos duos proposuit sibi imitãdos Maronẽ carmine & Ciceronẽ in causis:& utriusque habuit prædia. Grauis hasta.c.uirorũ.c.uiri erãt iudices apud quos quotidianæ lites & ciuiles agebant a causidicis.supra de filio Reguli:lã clamor centũque uiri. Hasta grauis:nã bona adiudicabãt his q̃bus debebãt:queãdmodũ & res quæ sub hasta uendunt̃ adiudicant̃ emptori. Hũc:eloquẽtiã Silii. Plurimus cliens.i.plurimi cliẽtes defẽsi ol ĩ in foro. Postq̃:eo anno quo Nero ĩterfectus ẽ. Silius consulatũ gerebat: collega Attico : ut scribit Tacitus. Emeritos:accepta rude ex causis forẽsibus Phœbo:carmini. Ingẽtẽ annũ:quo est ĩterfectus Nero:qa tanto tyranno liberatus ẽ totus orbis. Sacer:consecratus in libertatẽ. Asserto.i.uẽdicato in libertatẽ ex tãto tyranno. Celebrat helicona.i.carmen. Pro foro.i.pro causis:nã bellũ secundũ punicũ carmĩe scribebat .xvii. libris quos editis commẽtariis sumus interpretati.

Sacra cothurnati non attigit ante maronis:
Impleuit magni quam ciceronis opus.
Hunc miratur adhuc centum grauis hasta uirorum:
Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.
Postquam bissenis ingentem fascibus annum:
Rexerat:asserto qui sacer orbe fuit.
Emeritos musis & phœbo tradidit annos:
Proque suo celebrat nunc helycona foro.

In Cinnamum.

Qui tonsor fueras tota notissimus urbe:
Et post hæc dominæ munere factus eques:
Sicanias urbes ætnæaque regna petisti:
Cinname:cum fugeres tristia iura fori.
Qua nunc arte graues tolerabis inutilis annos:
Quid facit infelix & fugitiua quies.
Non rhetor:non grammaticus :ludi ue magister:
Non cynicus:non tu stoicus esse potes.
Vendere nec uocem sagulis plausumque theatris:
Quod superest:iterum cinname tonsor eris.

In Gargilianum.

Lis te bisdecimæ numerantem frigora brumæ:
Conterit una tribus gargiliane foris.
Ah miser & demens:uiginti litigat annis:
Quisquam:cui uinci gargiliane licet:

De Labieno.

Hæredem fabius labienum ex asse reliquit:

Vi:Hic Cinamus mihi ille uidet̃ ĩ quẽ inuehit̃ Iuue. Patricios oẽs opibus cũ ꝓuocet unus .Is enĩ munet̃ mulieris ex tõsore factus erat eques:nũc missũ in siciliã in exiliũ ĩsectat̃ poeta ridẽs iterũ fore tonsorẽ:cũ amissis opibus exilio nullũ aliud præsidiũ ad uitã tuendã habeat. Domiæ:amicæ. Aetnæia regna:sicula. Cũ fugeres tristia iura.i.graue & triste iudiciũ in te. Inutilis:nulla arte honestiore præditus. Quies infelix:appellat qetẽ infelicẽ: quia in exilio infeliciter erat futurus in ocio. Magister ludi:gladiator. Vendere uocem:id est non potes esse histrio in theatris siculis: qa ignoras histrionicam. Quod superest:quod solum habes.

Is te bis:Gargilianũ imprudẽtiæ accusat:qui.xx.annis litigauerat cũ facile posset cedere a tãtis curis:& leuius eẽt simul uinci q̃.xx.annis litigare. Conterit:consumit te. Tribus foris:nã tria fora litigãdi erant.ut supra dixit:Atque erit in triplici par mihi nemo foro. Cui licet uĩci.i.q tantũ imperiũ in animũ suũ habet ut possit eo uti & cedere quũ uoluerit non debet tam diu litigare:sed cedere.qui aliter agit stultus est.

Aeredem:Labienus captauerat ingentibus muneribus hæreditatem Fabii.Fabius autem absumptis bonis moriens eum reliquit hæredem:sed pauciora erant bona : quã fuerit precium munerum.hũc poeta deridet. Ex asse:id est bonis uniuersi patrimonii.

Plus meruiſſe ait:plus merere eſt aliquem dignum eſſe maiore precio.plus item merere eſt aliquē dignū eſſe maiore ſupplicio:ut dicat Labienus ait ſe plus meruiſſe:cū ĩtelligat Labienus meruiſſe maiores opes:poeta ĩtelligit Labienus merebat plus.i.dignus erat maiore malo:quia per fraudem captabat hæreditatem.

Aedicabat:Mulieres uirili concubitu uiciſſim abutebanť:has dānat Iuue.carmĩe ſatyrico:Lenonū ancillas poſita auſeia corona ꝓuocat.& paulo poſt:Ipſa medullinæ frictū criſſātis adorat.latino uerbo fricatrices poſſūt appellari tribades. τριβω ſignificat. Frico græco uſus eſt Mart.præter hunc nullus auctor Porphi.excepto:q ĩ uerba illa Oratii:Et maſcula ſappho. Sappho iqt dicta ē maſcula:uel ꝙ dedit operā poeticæ:qđ ē uiri & maris:uel ꝙ tribas fuit. Tribadē autē fuiſſe carmē ĩdicat qđ extat.Philenis meretrix fuit:q̄ ut ex epitaphio græcis uerſibus cōſcripto cognoſciť carmine Philocratis poetæ lacerať.negat.n.ex tumulo ſe unq̄ ea cōmiſiſſe quæ ſcripſerat Philocrates:rogatque ne poetæ fides adhibeať.ſcripſit hæc uaria genera cōcubitus notata eo uerſiculo Ouidii:nec quæ cōcubitus non tacuere ſuos:idē diſciť in obſceno Virgilii carmine:ubi figuras Philenis tāgit.Inde ĩpudicā & famoſā tribadē appellat Mart. Sæuior:intēperātior & magis inflāmata.

Plus meruiſſe tamen ſe labienus ait.

In Philenem.

Pædicat pueros tribas philenis
Et tentigine ſæuior mariti
Vndenas uorat in die puellas.
Harpaſto quoque ſubligata ludit
Et flaui ſcitaphæ grauiſque draucos.
Alteres facili rotat lacerto:
Et putri lutulenta de palæſtra
Vncti uerbere uapulat magiſtri:
Nec cœnat prius aut recumbit ante
Quam ſeptem uomuit meros deunces:
Ad quos fas ſibi tunc putat reuerti:
Cum colíphia ſedecim comedit.
Poſt hæc omnia cum libidinatur:
Non fellat:putat hoc parum uirile:
Sed plane medias uorat puellas.
Dii mentem tibi dent tuam phileni
Cunnum lingere quæ putas uirile.

Tētigine:pruritu libidioſo. Vorat:lingēdo & tribādo. Subligata:ſubducta ueſte. Ludit arpaſto:arpaſtū genus erat pilæ:q ludus ad uiros attĩebat. Et flaueſcit aphe:hoc eſt ludit palæſtra.palæſtritæ.n.aſpergĩe harenæ flaueſcebāt luctaturi.Aphe græce latĩe ſignificat tactū.aphe igiť.i.tactu harenæ.Oui.ĩ hūc locū cū ſcribit luctā Acheloi aduerſus Herculē:Inque uicē fuluæ tactu flaueſcit harenæ. Flaueſcit aphe.i.luctať & palæſtras mulieris carpit.Iuue.Endromidas tyrias & fœmineum ceroma Quis neſcit? Graues draucos:drauci ut ſupra ē expoſitū erāt grādiores adoleſcētes agētes in hiſpidos:ut pathici domini q patiebanť. Iactare pueros alterno brachio:ĩ more erat gymnaſii & exercitationis ſupra uerſus hoc ĩdicauit:Aut grādis linus oĩbus lacertis:Septēque pueros leuat uel octo. Rotat iactat. Facili lacerto.i.robuſtis brachiis.Qui legūt alteras non placēt.Quid aūt ſint alteres diceť ĩ diſtichis. Lutulēta:uncta ceromate cōfecto ex luto.De palæſtra putri:Putrē paleſtrā ꝓpter unguēta:qđ placet:uel ꝓpter malū olei odorē. Magiſtri ūcti.i.aliptæ.In ſenſū hoꝝ duoꝝ uerſuū Iuue.ita ſcribit:Callidus & criſtæ digitus ĩpreſſit aliptes:Ac ſummū dominæ femur exclamare coegit. Quā uomuit ſeptē deunces:uomitione utebāť mulieres ut ĩ maiorē eſuritionē excitareť.Iuue.Tādē illa uenit rubicūdula totū Oenophorū ſitiens.& paulo poſt Bibit & uomit. Colyphia:panes erāt palæſtritarū mēbris confirmandis:quēadmodū gladiatores auctore Pli.carica utebantur.Colyphia.Iuuenalis:Luctātur paucæ:comedunt colyphia paucæ.κωλη græce latine membrum:υφι fortitudinem.

Vorat:lingēdo & tribādo. Dii mentem:prouerbium eſt in inſanos. Virile:ad uirum pertinere:hoc ē quæ cum uirilia officia exerceas.cunnū etiā lingis.q.id quoque ſit uirile.

Ommendare: Ad Instantium Ruffum scribit: cuius in fra meminit Bætis oliuifera. hunc rogat ne socero suo qui est grauis supercilii lasciuos iocos legat. Commendare: laudare. Seria: grauia. Admittit: probat & patitur. Curio & fabritio: etiam grauissimis censoribus. Curium aspernatum aurum legimus Fabritium censorē grauissimū Iuue. Fabritius notet: Gelius Liuius & Pli. meminerunt.

Aec: Canius poeta gaditanus habuerat Theophilam puellam: cuius & pudicitiam & carmē laudat poeta. Theophila hoc significat amicā diis. Voce attica: id est uoce græca. Hortus atticus: id ē acadæmia fuit locus extra Athenas: in qua docuit philosophiā Plato dicta ab Acadæmo heroe: ut laertius Diogenes ex testimonio antiquorū scribit. sunt q intelligant hortum atticum: id est hortū Epicuri. nam Epicurus auctore Pli. primus Athenis hortos colere instituit. Papin. Mallet deserto senior gargetius horto. Suam: discipulam. Per has aures: id ē quodcūque opus Theophila tibi emendauerit. Viuet: id est erit p petuum. Tam non foemineum sapit: id est tam est erudita & graui & exqsita doctrina. Parthenis: an uiolant illā neapolitanā dicit: quod non placet. propriū nomen est mulieris doctæ: cuius nullū extat monumentū. Fingētem: anteponit Theophila Sappho: quoniā non sit inferior doctrina: & superet pudicitia. Sappho filia fuit Eurigulli & Laidis. capta amore est Phaonis: hac de cā ut putarūt: quoniā centū capita herba est habēs duplicē radicē: alterā masculā alterā foeminā ea dum auellit si mascula contigerit uiro: Is uel inuitus amat a mulier. Euenit aūt Phaoni. Pli. auctor ē: locus tamē ē deprauatus. Ita. n. Phaonē & Lesbium pro & Phaonē Lesbiū. Castior: nā illa amauit Phaonem: & tribas fuit.

Ad Ruffum.

Commēndare meas instanti ruffe camænas:
Parce precor socero: seria forsan amat.
Quod si lasciuos admittit & ille libellos:
Hæc ego uel curio fabricioque legam.

De Theophila.

Hæc est illa tibi promissa theophila cani:
Cuius cecropia pectora uoce madent.
Hanc sibi iure petat magni senis altus in hortis:
Nec minus esse suam stoica turba uelit.
Viuet opus quodcunque per istas miseris aures.
Tam non foeminium: nec populare sapit.
Non tua panthenis nimium se præferat illi:
Quamuis pierio sit bene nota choro.
Carmina fingentem sappho laudauit amatrix:
Castior hæc: & non doctior illa fuit.

In Philenem.

Ipsarum tribadum tribas phileni:
Recte quam futuis uocas amicam.

De Familia ficosa.

Ficosa est uxor: ficosus & ipse maritus:
Filia ficosa est: & gener atque socer.
Nec dispensator: nec uillicus ulcere turpi:
Nec rigidus fossor: sed nec arator eget.
Cum sint ficosi pariter iuuenesque senesque:
Res mira est: ficos non habet unus ager.

Psarum: Amica mulieri accipitur in bonam partem: amica uiro in malam. Philēis tribas appellabat mulierem amicam: quod non poterat accipi nisi in malam partē: cum ipsa esset tribas: & partibus uiri uteretur. Tribas tribadum: id est quæ tribas tribades. Recte uocas amicam: quoniam uiri officio uteris in eam.

Icosa: Ficus p morbo accipit & ficus pro fructu. domi cuiusdam pauperis res mira acciderat: ut cū oēs domestici haberēt ficos morbū: solus ager careret ficis fructu. Dispēsator: magister domus. Turpi ulcere. i. fico. locus est ex ambiguitate uerborum.

Ratus: Paulũ rogat cauſidicũ: ut magna uoce carmina quæ ſub eius nomĩe conferunt plena maledictis teſtetur non eſſe Mart. hoc ſibi accidere ſupra conqueritur: Sic me fronte legat dominus Fauſtine ſerena. & infra: Vernaculorum dicta ſordidum dentem. Atro ueneno: maledictis. Patronam uocem: id eſt tutricem. Gratus december: id eſt ſaturnalia ſint tibi fructuoſa. nam cauſidici a clientibus in ſaturnalibus donabant. Triplices pugillares uani: nullius precii. Grandis reus: eſt diues cliens. Scyphos auorũ: id eſt pocula archetipa: quæ in precio habebant. Paulus: latronũ ludo delectabatur. Capit: oblectat. Nouiũ nomen propriũ q optime ludebat. Mandris ſparſis. i. latronibus. Vitreo latrone: nã uitrea erant in pirgo. Ouidius: Siue latrocinii ſub imagĩe calculus ibit: Fac pereat uitreo miles ab hoſte tuus. Sic fauor arbiter coronæ unctæ: id ẽ turba uncta in gymnaſio fauens. Det tibi palmam: id eſt uictoriã & premiũ. De nudo trigone: id eſt de trigonali pila qua nudi exercebãtur. Sunt qui locũ intelligant ut ſupra: Seu lentum ceroma teris leutumue trigona: quod eſt uanum. Polybi: nam polybus in gymnaſio ſumma erat admiratione: cum manu ſiniſtra fortiſſime pila trigonali certaret. hanc fortitudinem ſiniſtre negat Plinius in mulieribus contingere. ſiniſtræ uero fortitudo in trigonali requirebatur. In diſtichis ita loquitur: Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris: Sum tua: ſi neſciſ. & alibi: Captabit ſiniſtra dextra leuaque trigonem.

Ad Paulum.

Gratus ſic tibi paule ſit december
Nec uani triplices: breueſque mappæ
Nec turis ueniant leues ſelibræ
Sed lances ferat: aut ſcyphos auorum.
Aut grandis reus: aut potens amicus.
Seu quod te potius iuuat capitque
Sic uincas nouiumque publiumque
Mandris & uitreo latrone nudos.
Sic palmam tibi de trigone nudo
Vnctæ det fauor arbiter coronæ.
Nec laudet polybi magis ſiniſtras.
Si quiſquam mea dixerit malignus
Atro carmina quæ madent ueneno.
Vt uocem mihi commodes patronam:
Et quantum poteris ſed uſque clames:
Non ſcripſit meus iſta martialis.

Ad Maximum

Aeſquiliis domus eſt: domus eſt tibi colle dianæ:
Et tua patritius culmina uicus habet.
Hinc uiduæ cybeles: illinc ſacraria ueſtæ:
Inde nouum ueterem: proſpicis inde iouem.
Dic ubi conueniam: dic qua te parte requiram:
Quiſquis ubique habitat maxime nuſq̃ habitat.

Eſquiliis: Ad Maximum quem cũ multis in locis domicilium haberet nuſquam poterat reperire ut ſalutaret. Colle Dianæ: auentino: Nam illic erant templa Dianæ auentinæ. Vicus patritius: uici in urbe uaria habebant nomina: ut patritius a patritiis: Africus quia pœni captiui illic fuerunt cuſtoditi: Cyprius quoniam ſabina lingua ſignificat bonum: & ſabini illuc habitarũt a bono omine Cyprium appellarunt. Idem dictus ſceleratus ob factum Tulliæ: quæ carpentum duxit per ora patris. In patricio uico florales ludi celebrabantur. ſpectat autem capitoliũ uetus. Capitolium uetus dicebatur: quoniam illic erat ſacellũ Iunonis & Mineruæ antiquus æde poſtea extructa in capitolio. de hoc loco ſupra intellexit: Qua uidet antiquum ruſtica flora Iouem. auctor eſt Varro. Cybeles uiduæ: propter Athim ſuum: quo non potuit potiri: uel uiduæ propter gallos ſacerdotes caſtos. Nouum Iouem: ad differentiam illius ſacelli: quod dixit uetus.

Ad Mercurium.

Ylenes: Carus & Norbana coniuges diē celebrabāt: quo matrimonio coniūcti fūt. poeta rogat Mercuriū cuius numini hæc sacra dabāt: ut is dies redeat semp felix & lætus utrique coniugi. Inuocat aūt Mercurius ex ægyptia disciplia. nā ægyptii caduceū Mercurio dāt i speciē draconū maris & fœmiæ coniūctorū: ita & pte media iuicē alligent nodo quē uocāt Hercules. deide uariis flexioibus totū caduceū ambiāt hoc ad geniturā hominū spectare putabāt. Cū ergo pro arcto uinculo Cari & Norbanæ sacra peragant: Inuocat Mercurius hac caducei forma.

Cylenes cælique decus facunde minister:
Aurea cui torto uirga dracone uiret:
Sic tibi lasciui non desit copia furti:
Siue cupis pasce: seu ganymede coli.
Maternæque sacris ornentur frondibus idus:
Et senior parca mole prematur auus.
Hunc semper norbana diem cum coniuge carpo:
Læta colat: primis qua coiere toris.
Hic pius antistes sophiæ sua dona ministret:
Hic te ture uocet fidus & ipse ioui.

In Anum deformem.

Vis futui gratis cum sis deformis anusque:
Res perridicula est: uis dare nec dare uis.

Ad Philomusum.

Quod te diripiunt potentiores:
Per conuiuia portichus theatra.
Et tecum quotiens ita incidisti
Gestari iuuat & iuuat lauari.
Nolito nimium tibi placere:
Delectas philomuse non amaris.

In Tuccam.

xigis ut nostros donem tibi tucca libellos:
Non faciam: nam uis uendere: non legere.

In Papillum.

Cum saxetani ponatur cauda lacerti:
Et bene si cœnas conchis inuncta tibi est.
Sumen: aprum: leporem: boletos: ostrea: mulos:

Cylene: arcadiæ mons ē solū natale Mercurii. Minister: nūcius. Virga aurea: caduceū. Viret: uidetur uirere. Furti lasciui: id est adulterii. Idus maternæ. i. idus Maiæ. Maia mater fuit Mercurii. Maia ité uxor Vulcani: sed Piso uxoré Vulcani Maiestā non Maiā dicit appellari. A matre Mercurii mensis maius est dictus: quis Macrobius fabulosas antiquorū opiniones de hoc afferat: eo mense maiæ & mercurio ré diuinā oēs mercatores faciebāt. Auus. athlas pater maiæ. Mole parca. i. puo pondere: Nā dicit sustinere cælū. Hic: duæ iqt causæ sunt q̄re debeas ānuere q̄ & Carus colit eloquētiā cuius tu es deus: & idé mīster é Iouis nostri. i. Domitiāi ut tu Iouis fidus: ut tu fidus es tonāti Antistes: sacerdos Irarū.

Is gratis: Vis dare: facere tui copiā. Nec uis dare preciū. q. d. si uis dare coitū opus é des precium: cū sis deformis anusque.

Vod te: Philomusus cū a multis iuitaretur: elatus é supbia. q. amaret ab oībus: at iquit poeta eum non amari sed delectar alios. Diripiūt: certatim iuitant. Delectas: nā scurræ delectāt non amantur.

Vm saxetani: Pāphilus quē supra dixit ueneficū fuisse mittebat mūera: sed ea nō placebāt ob ueneni suspitionē: ergo & iprudēs erat q frustra mitteret mūera & genio carebat. genio caret q nō placet. supra: Victurus geniū debet hře liber. caret ité genio q spernit uoluptates. nō hébat igit geniū Pāphilus: uel qa non placebat: uel qa meliora mūera amittebat. Cū saxetani lacerti: lacertus genus piscis q minimus é ad saxetū bæticæ. Pli. hæc colla siue Parrianus surra: saxetanus a patria bætica. cū sequit lacertoꝶ noia: nemo é q non debeat suspicari mūera tua eē uenenata: cū tu male cœnes. Conchis: é fabatia uiridis: ut infra dicet: & piscis. Cū é legumé nisi multo oleo pfundat: nullius é saporis. ifra: Si spumet rubra conchis tibi pallida testa: lautoꝶ cœnis sæpe negare potes. Cōchis iuncta: sine oleo.

Habes nec cor: id est imprudens es: quia male cœnas & mittis bona munera: prodis enĩ te quia nemo est qui non possit suspicari fraudem cum mittas meliora & deterioribus ue/scaris. Nec genium: fraudas enim te uoluptate.

Otaui: locus antiqua uina a consulibus nomen sumebant: nuper poeta cum consule cœnauerat q mustũ apposuerat. Vinũ consulare: uidet dicer uetus: sed nouũ dicet.

Vatenus: Marcellinus cuius supra meminit militabat ĩ germania: huic hortatur poeta faustinũ ut mittat sua carmĩa: cũ præserti iã bella sileãt: q si uis inquit gratiora esse carmĩa mea: illi mitte puerũ ingenuũ. cũ auté tibi mittã carmĩa: ut grata sint mittã pasto/ralẽ puerũ: Nã Faustinus rure tyburtino ita delecta bat: ut nihil illic nisi fru/ctuosũ uellet: quod supra indicauit: Baiana nr̃i uil/la basse Faustini Non oci/osis ordinata myrtetis.

Tryones odrysios. i. sep/tentrioné. Odrysii populi thratiæ. Mãgonis mityle næi non græci. i. delphici. & mitylenæi pueri forma commẽdabãtur. Lacon puer lacedæmonius. mos erat apud lacedemonios: ut ephebi quo asperiores in bellũ essent in ara Dia/næ uerberarent. Non cæsus: qui nondũ pũenit ad ætaté qua sit cædẽdus.

Histro captiuo: id ẽ germania deuicta. Tyburtinas oues: nã solo ruris fructu delectaris: neque uis aliquid quod ad id non pti neat.

Riginta: Lausus lecto Mart. libro ait se tri/ginta repperisse epigrãmata non probanda. Bonus significat non modo non paruũ sed etiã magnũ: ait ergo poeta si totidé repe/rirentur epigrammata bona in eius libro librum fore bonum: id est magnum. Bonus. i. magnus: uel liber bonus est si dimidia parte poterit bonus iudicari. placet hæc sententia. alibi: Sunt bona: sunt quædam mediocria: sunt mala plura.

Enopili: Menopilus cum iudæus esset: ne inguina circumsecta deprehenderentur & propterea cogeretur ad tributum iudaicum quod imperator exigebat: prægrandi fibula eas partes uelabat. Nuper autem cum in palæstra luderet delabente subligaculo se iudæum prodidit. Fibula: subligaculum. Penem: caudam dixerunt antiqui: Inde pro mentula: Pompeius. Comœdis: comœdiarum histrionibus. Nemo inquit Cicero sine subligaculo prodit in scænam.

Mittis habes nec cor papile: nec genium.

Ad Seuerum.

Potaui modo consulare uinum:
Quæris quam uetus atque liberale:
Ipso consule conditum: sed ipse
Qui ponebat: erat seuere consul.

Ad Faustinum.

Quatenus othrysios iam pax romana triones
Temperat: & tetricæ conticuere tubæ.
Hunc marcelino poteris faustine libellum:
Mittere: iam chartis: iam uacat ille iocis.
Sed si parua tui munuscula quæris amici
Commendare: ferat carmina nostra puer:
Non qualis geticæ satiatus lacte iuuencæ:
Sarmatica gelido ludit in amne rota.
Sed mitylenei roseus mangonus ephebus:
Vel non cæsus adhuc matre iubente lacon.
At tibi captiuo famulus mittetur ab istro:
Qui tyburtinas pascere poscit oues.

Ad Lausum.

Triginta toto mala sunt epigrammata libro:
Si totidem bona sunt: lause liber bonus est:

De Menopilo.

Menopili penam tam grandis fibula uestit:
Vt sit comœdis omnibus una satis.
Hunc ego credideram: nam sæpe lauamur in uno:

Parcere suæ uoci.i.ita uelle suã uocẽ seruare. Subligaculo enĩ histriones utebanť: ut & pudenda uelarẽt:& rẽ uenereã cohiberẽt: ne frequẽti concubitu raucescerẽt. hoc ĩdicat Iuue. si mulier gaudet cãtu nullius fibula durat. Vocẽ uendẽtis prætoribus: hoc ẽ si cãtore delectať: tot adhibet illecebras ut nulla fibula possit cãtoris inguina reprimere: qn soluat ẽt periculo uocis amittẽdæ. & alibi: Soluiť his magno comœdi fibula: sunt q̃ Chrysogonum cãtare uetãt. Verpus erat iudæus: ꝓpterea nolebat inspici: ne cogeretur soluere tributũ.

Sollicitum uoci parcere flacce suæ.
Dum ludit media populo spectante palæstra:
Delapsa est misero fibula: uerpus erat.

De Eutrapelo.

Eutrapelus tonsor dum circuit ora luperci:
Expingitque genas altera barba subit.

Ad Librum.

Dum mea cecilio formatur imago secundo:
Spirat & arguta picta tabella manu.
I liber ad geticam peucem: istrumque tacentem:
Hæc loca perdomitis gentibus ille tenet.
Parua dabis caro sed dulcia dona sodali:
Certior in nostro carmine uultus erit.
Casibus hic nullis: nullis delebilis annis:
Viuet apellæum cum morietur opus.

Ad Sabellum.

Quod non insulse scribis tetrasticha quædam:
Disticha quod belle pauca sabelle facis:
Laudo: nec admiror: facile est epigrammata belle:
Scribere: sed librum scribere difficile est.

In Sextum.

Ad natalitias dapes uocabar
Essem cum tibi sexte non amicus.
Quid factum est rogo quid repente factum
Post tot pignora nostra post tot annos
Quod sum præteritus uetus sodalis?
Sed causam scio. nulla uenit a me

Vtrapelus: Eutrapeli uerbo græco latine dicũť urbani & Eutrapeli dicũť etiam q supra annoꝝ rationẽ grãdi corpore crescũt: citoque moriuntur: ĩ quo uoce latina caremus. hic ꝓpriũ ẽ tõsoris nomẽ. Subit: succrescit. Expungit: expilat. Subit altera: qa diu occupatus erat ĩ ornando: adeo ut altera barba subiret.

Vm: Cecilius seruus imaginẽ Mart. hẽbat expressã pictura: qđ & Auitus fecerat. ut ĩfra: Non te celabis sublimi pectoř uates. poeta grãs agit carmĩe eiusque imaginẽ hoc uersu ait foř ĩmortalẽ: & diuturniorẽ pictura. Peuce: ĩnsula ad hostiũ dãnubii. Tacẽtẽ histꝛ.i. congelatũ Spirat: uiuere uideť. Hæc loca: peucẽ & histꝛ. Hic uultus ĩ hoc libro. Apelleũ: opus pictura excellentissimi pictoris q̃lis fuit Apelles. Opus apelleũ ĩtelligit de ope cuiuscunque pictoris excellẽtissimi. Opa autẽ apellis hæc celeberrima erãt: Venus exiens ex mari dicata ĩ delubro Cæsaris: de q̃ locutus ẽ Oui. Si uenerẽ chous nũq̃ pinxisset apelles: Mersa sub æquoreis illa lateret aquis. aliã ĩchoauit & superasset priorẽ: nisi mors ĩtercepisset. pinxit præterea Alexã fulmen in templo Dianæ ephesiæ. Apelles chous fuit: uixit olympiade centesima duodecima: ut Plinius tradit.

Vod non: Hic uolebat uideri poeta ꝗ tantum ederet disticha aut tetrastica. Scribere librum: id est facere multa epigrammata.

D natalitias: Sextus ignotos etiam homines ad diem natalem suum celebrandum inuitabat ut mitterẽt ei munera: Martialis sæpius inuitatus nihil miserat. nũc igiť non ĩuitatus ẽ iocãs accusat Sexti auaritiã & fraudes. Natalitias.i. ad conuiuiũ natale. Quid factum: quid accidit. Præteritus: non inuitatus. Præteriti dicebantur illi ex competitoribus magistratuũ qui ferebant repulsam. Pignora: confirmationes amicitiæ.

Postulanti:ita cupienti. Quidã codex antiquus habet argenti postulati. & ita est legẽdũ
nã argentũ postulatũ seu pustulatũ dicit purissimũ. hoc docet Trãquillus in Nerone: ubi
scribit imperatorẽ exegisse argentũ postulatũ & aurũ obrizum. Aurũ obrizum dicitur ꝙ
sæpius excoctũ purissimũ est. auctor Pli. Mart. Ibi & pustula felix: de phiala: nam pustula
bractea est argenti pustulati. Negociatᷓ: quia non dat aliqd tua sportula sed facit negocia
tionẽ & lucratᷓ: non est igitᷓ sportula sed negociatio. Poscis munera: hoc ẽ expectas mune
ra: inuitas ad dapes. Iam
dices: postquã uides me ni
hil mittere. Vapulet uo-
rator. i. Mart. non inuita-
bis amplius: sed tãq̃ edacẽ
repelles: quia iam te noui
uel uapulet uocator: nam
uocator dr̃ qui inuitat: &
uocatio inuitatio hoc uer
bo antique usus Catullus
Mei sodales conquerunt
in triuio uocationes.

I meus: Si ĩquit mõstra
a domĩs amãtᷓ: q̃re non
licet mihi domino amare
seruũ Labyrtã: imo magis
licet. hoc ait poeta quoniã
turpe uidebatur domĩo a
mare aut seruũ aut ãcillã:
hoc etiã defendit Oratius
in carmĩbus: Ne sit tibi a-
mor ancillæ pudori. La
gopice: ancilla nomen du
xit a clũibus leporis. id. n.
indicat græca compositio
potest & aspectu leporis.
Canius: poeta gaditanus.
Catellæ exiguæ: nam Pu
blius delectabatur catella
quæ Issa uocabatᷓ. Cerco-
phithecus: simia caudata
dr̃ compositione etiã ipsa
Ex india mittitᷓ capite ni-
gro: pilo asinĩo: dissimili
uoce aliis. Simia ita loqᷓ
apđ Marti. Si mihi cauda
foret cercophithecus erã.
Iuuena. effigies sacri nitet
aurea cercophiteci. Icheu
mon: aĩal ex ægypto qđ aduersus amphesibenã dimicatur: mergit se limo sæpius: & siccat
sole ubi sæpius id fecit exit munitũ ĩ certamẽ. Marius: hisdẽ tpibus fuerũt Marius Celsus
& Marius Priscus: ut Pli. & Taci. meminerũt. Pica salutatrix: qa format uocẽ hũanã. Ne-
ctit draconẽ. i. habet ĩ delitiis draconẽ: qđ ne mirũ sit Tiberius & Cæsar auctore Tran. ser
pẽtẽ draconẽ ĩ delitiis habuit quẽ mãu sua cibabat. Luscinia tãtæ ẽ docilitatis: ut Domit.
tpibus ĩ aula impatoris eẽt luscinia: q̃ uerba græca & latĩa effĩgebat. Facit tumulũ. i. dolet
& luget. Qui uidet: ego q uideo hæc monstra ãtedicta. Iocus ẽ. erat. n. deformis Labyrta.
Ertur: Gloriatur cum audierit libros suos lecticari Viennæ in gallia. Vienna autem
oppidum galliæ ad Rhodanum situm erat: cuius nomen extat: licet mœnia sint col
lapsa. Ex ipso ore: id est in ipso ortu. Ortus autẽ nili incertus est: licet nonnulli scri
bant in extremis Aethiopiæ esse montibus. Supra: Et qui prima bibit deprensi flumina ni
li. Meus tagus: ex Hispania. Hybla hymettus: hæc loca apta melli.

Argenti tibi libra postulanti.
Nec leuis toga: nec rudes lacernæ
Non est sportula: quæ negotiatur.
Poscis munera sexte: non amicos.
Iam dices mihi uapulet uocator.

De Se.

Si meus aurita gaudet lagopice flaccus:
  Si fruitur tristi canius æthiope.
Publius exiguæ si flagrat amore catellæ
  Si chronius similem cercopythecon amat.
Delectat marium si perniciosus icheumon:
  Pica salutatrix si tibi lause placet.
Si gellidum collo nectit glacilla draconem:
  Lusciniæ tumulum si thelescina dedit.
Blanda cupidinei cur non amet ora labycæ.
  Qui uidet hæc dominis monstra placere suis.

De Suis libris.

Fertur habere meos: si uera est fama: libellos:
  Inter delitias pulchra uienna suas.
Me legit omnis ibi senior iuuenisque puerque:
  Et coram tetrico casta puella uiro.
Hoc ego maluerim: quam si mea carmina cantent:
  Qui nilum ex ipso protinus ore bibunt.
Quam meus hispano si me tagus impleat auro:
  Pascat & hybla meas: pascat hymettos apes.

Non nihil:id est aliquid. Blandæ linguæ:assentatoriæ. Credam iam puro lause tibi:hoc dictum est ironice in Lausum qui ut supra dixit carpebat eius libros:& ait cũ uienna legat meos libros nimirum credam tibi o Lause reprehendenti.q.d.iam te contemno.

Felix:Corona sutilis ex rosa sumebatur in cœnis solẽnibus & saliorũ: cũ nunc Apollinari cœnã solutam celebret:mittit ei coronam rosaceam. Felix rosa: quia cingis tẽpora Apollinaris. Olim:diu multis annis. Venus:cui dicata est.

Non nihil ergo sumus:nec blandæ murmure linguæ
Decipimur.credam iam puto lause tibi.

Ad Rosam.

I felix rosa mollibusque sertis
Nostri cinge comas apollinaris.
Quas tu nectere candidas:sed olim
Sic te semper amet uenus: memento.

Ad Creticum.

Iactat inæqualem matho me fecisse libellum:
Si uerum est:laudat carmina nostra matho.
Aequales scribit libros caluinus & umber:
Aequalis liber est cretice qui malus est.

Ad Iuuenalem.

De nostro facunde tibi iuuenalis agello
Saturnalitias mittimus ecce nuces.
Cætera lasciuis donauit poma puellis:
Mentula custodis luxuriosa dei.

In Baccharam.

Si quid opus fuerit:scis me non esse rogandum:
Bis nobis dicis bacchara terque die.
Appellat rigida tristis me uoce secundus:
Audis:sed nescis bacchara quid sit opus.
Pensio te coram petitur:clareque palamque:

Actat:Inæqualis liber dicif:cuius p s probanda est pars laudanda.Inæqualis item qui uarietate rerum est distinctus:quod probatur ĩ poemate:nisi enim uarietas insit non oblectat.Matho Mart.librũ inæqualẽ dicebat:quũ priore significatione acciperet:respõdet suũ librum laudari a Mathone:quoniã bonus liber non sit nisi inæqualis.i.uarietate distinctus.

Si uerũ.i.ꝙ meus liber sit inæqualis. Critici:dicuntur iudices qui aliena carpũt.Oratius:Vt critici dicũt:idem dicti sunt homeromastici ex historia:quoniã Zoilus olim teste Vetruuio hoc sibi nomen assũpsit dũ carperet Homerũ.Vnde reliqui alienorũ operꝝ cẽsores ex illo dicti sunt homeromastici A Catone appellanf uitiligatores:quoniã tanq̃ uitiliciũ obtendentes morosa censura nihil prætermittũt intactũ.festiue aũt dixit Pli.Vitiligatores fuisse appellatos:quoniã q̃ uitio litigarent:ita urbane ĩterpretatus est Cato:cum tamen a uitilitio uinculo dicanf.Caluinus & Vmber scribebant æquales.i.oĩno malos:ubi nulla est pars bona. Seneca.l.inæqualẽ oratorẽ appellat.i.partim bonũ.Expone illud Et beryllos inæquales:appositio itẽ est:nã berylli inserebanf phialæ:q̃d Strabo de indis in poculis scribit ĩæquales:nã in sexangularẽ figurã poliebanf berylli:ut repercussu angulorũ color excitaref:iccirco inæquales.Sed plura in commentariis.Iuue.quos propediem edemus una cum commentariis siluarum Papi.Silii:& epistolarum ad Atticum.

E nostro:Nuces saturnalitiæ dicũf:quoniã in saturnalibus his pueri ludebãt:eædẽ appellatæ sunt iuglãdes:nuptias ad maritũ comitãtes ut nonnulli putarũt:quoniã cadẽtes ex arbore tripudiũ faciãt:ut alii doctius scribũt:quoniã nucleũ & fœtũ multiplici cortice tueãf:q̃d fœcũditati muliebri conuenit.mittebanf ergo nuces a Mart.Iuuenali:& cã afferf quare alia poma non mittat:quoniã alia poma Priapus donauit puellis.

I quid:Baccharam dissimulatorem accusat:qui hortatus Mart.ut si quid opus esset peteret:postea cum illum audiret conquerentẽ dissimulabat se intelligere quare indigeret. Secundus:creditor. Appellat:sollicitat me. Rigida:aspera uoce.

Neſcis quid ſit opus: id eſt diſſimulas ſcire qd ſit opus. Clara lectio eſt: ut Celſus quæ poteſt ab oībus audiri. Hoc opus: ſenſus ē poſtq̄ non intelligis & diſſimulas te ſcire qd ſit opus: opus ē ut ſis mutus & non loquaris ut nequeas dicere mihi quid ſit opus. Hoc opus ē ſubito fias ut ſidere mutus: ſidus genus morbi eſt quo īprouiſo & ſubito lingua amittitur unde ſiderati dicuntur auctore Pli. eo morbo laborantes. infra: Sidere percuſſa ē ſubito tibi Zoile lingua. Fias mutus ſubito ſidere: id eſt morbo improuiſo.

Audis: ſed neſcis bacchara quid ſit opus.
Eſſe queror gelidaſque mihi tritaſque lacernas:
Audis: ſed neſcis bacchara quid ſit opus.
Hoc opus eſt ſubito fias ut ſydere mutus:
Dicere ne poſſis bacchara quid ſit opus.

Ad Narniam.

Narnia ſulphureo quam gurgite candidus annis:
Circuit: ancipiti uix adeunda iugo.
Quid tam ſæpe meum nobis abducere quintum:
Te iuuat: & lenta detinuiſſe mora:
Quid nomentani cauſam mihi perdis agelli:
Propter uicinum: qui precioſus erat.
Sed iam parce mihi: nec abutere narnia quinto:
Perpetuo liceat ſic tibi ponte frui.

De Papilo.

Vnguētum fuerat: quod onyx modo parua gerebat:
Olfecit poſtquam papilus: ecce garum eſt.

In Linum.

Bruma eſt: & riget horridus december.
Audes tu tamen oſculo niuali.
Omnes obuios hinc & hinc tenere.
Et totam line baſiare romam.
Quid poſſis grauiuſque ſæuiuſque
Percuſſus facere atque uerberatus.
Hoc me frigore baſiet nec uxor.
Blandis filia nec rudis labellis:
Sed tu dulcior elegantiorque:
Cuius liuida naribus caninis
Dependet glacies: rigetque barba.
Qualem forcipibus metit ſupinis:

Arnia: Quintus hēbat agꝝ confinē agro. Martia. hēbat narnienſē agrū: ī quo non uerſabat̃: cōqueriẗ poeta Quītū abeſſe: cuius uicinitate Agellus nomētanus ſibi erat ī precio Narnia oppi. alias dicebat̃ Nequinū. Amnis. i. nar: unde Narnia. Vix adeunda ē: quæ uix poteſt adiri. Abducere: diſtraheř. Lēta mora: diu. Perdis: auferſ cauſam amandi eum receſſū & uoluptatē: quā ego capiebā ꝑpter Quītū uicinū. Parce mihi: nam irata uidebat̃ eē Narnia: cū nō redderet Quintū. Perpetuo ponte: quia habebat pontē quo maxime gloriatur. Nguētū: Onix ſignificat lapidem coloris unguiū. Onix itē ſignificat āpullā marmoreā: ut Porphyrio īterpretat̃. Papilus erat cūnilīgus: qđ qui exercēt ſalſū habēt anhelitū: ut ſupra dixit ī Bæticū: Teque iuuant gerres & pelle melādria cana. Halitu igiẗ Papili dicit unguētū factum eē gaꝝ ſalſum. Parua onix. i. ampulla. Ruma ē: Linū mōet ne ſe baſiet hyemali tp̄re: cū ſēp ſit mucidus: nā hic cū uellet ābitioſus uideri: & amicus omībus naribus fluētibus obuios oēs baſiabat. Niuali: oſculo mucido. Læſus: ꝑcuſſus. Rudis: īdocta. Dulcior: īroīa Glacies liuida. i. mucus. Cilix: apđ cilices & ſyrios capellæ & hirci ueſtiūtur uillo tōſili: unde ueſtes fiebāt q̄s nūc cilicia appellamus. Cynips: flu. ē īter duas ſyrtes auctore Herodo. & Pli. q ex tumulo labiẗ: quē cariton appellauit. Illi ſūt magni hirci: unde dicūẗ hirci cyniphii. Virg. nec minus īterea barbas īcanaque mēta cyniphii tondēt hirci: cyniphea ēt ſegetes dicūẗ a copia q̄ illic ē. Ouidi. cyniphea ſegetes citius nūerabit ariſtas.

Marito cyniphio.i.hirco. Gallū recentē:an recentem gallū dicit:quoniā hi quibus genitalia amputant primis diebus animā habent grauissime olentē:an quod non displicet quoniam Bæticus gallus cuius supra meminit cunnis lingendis cæteros anteibat. Recentem:qui nuper lingebat. In mensem aprilem:quia tunc non eris mucidus.

Onditus:Epitaphiū Vrbici infantis. Tres Vrbici fuerunt:Vrbicus Pompeius:cuius meminit Tacitus. Vrbicus cuius Iuue. Vrbicus infans:cuius hoc epitaphiū. Genus:maiores Nomen:ortū. Trieteris:est spaciū triū annorū Tetricæ deæ::id est parcæ inexorabiles & seueræ. Blæsa lingua:quæ non omnino intelligit. Sup esse:id est diutius te uiuere. Nisi serior Nestore.i. nisi peracta longiore ætate q̄ ætas Nestoris. In eundem ferme sēsum est uersus de Glaucia: Qui fles talia:nil fleas uiator.

Osti: Mittit librū Cæsio Sabino Vmbro monetque quanti facere debeat manus Cæsii:quia q̄uis uni uideatur mitti: tamē ab omnibus legitur: nam Cæsius copiā omnibus faciet. Vmbriæ montanæ: quæ in montibus sita est. Auli pudentis:amici. Vel:etiam. Proximū: secundo loco. Turni: poetæ. Turnus & Memor fratres poetæ fuerunt:quorū meminit Sidonius. Frequēs amator:id est o quot erunt qui te amabunt.

Mnia:Castor cū pauper esset magno precio omnia emebat:uaticinatur fore Mart.ut etiam omnia uendat:si uoluerit parare uictum. monostichon est.

Ic placidum: Ante imperatores Crispini: fuerunt multi: temporibus imperatorum tres: Crispinus præfectus prætorii Claudii: Crispinus filius Neronis ex Popeia: Crispinus temporibus Domitiani claruit gratia principis: in hūc inuectus est Iuuenalis. Crispinus tyrias humero reuocante lacernas.

Tonsor cyniphio cilix marito:
Centum occurrere malo cunnilinguis
Et gallum timeo minus recentem.
Quare si tibi sensus est pudorque
Hybernas line basiationes
In mensem rogo differas aprilem.

Epi. Vrbici pueri.

Conditus hic ego sum bassi dolor urbicus infans:
Cui genus & nomen maxima roma dedit.
Sex mihi de prima deerant trieteride menses:
Ruperunt tetricæ cum mala pensa deæ.
Quid species:quid lingua mihi:quid profuit ætas:
Da lachrymas tumulo qui legis ista meo.
Sic ad letheas nisi nestore serior undas:
Non eat: optabis quem superesse tibi

Ad Librum suum.

Nosti si bene cæsium libelle
Montanæ decus umbriæ sabinum
Auli municipem mei pudentis.
Illi tu dabis hæc uel occupato:
Instent millæ licet premantque curæ
Nostris carminibus tamen uacabit
Nam me diligit ille: proximumque
Turni nobilibus leget libellis
O quantum mihi nominis paratur.
O quæ gloria quam frequens amator.
Te conuiuia:te forum sonabit.
Edes:compita:porticus:tabernæ.
Vni mitteris:omnibus legeris.

Ad Castorem.

Omnia castor emis:sic fiet ut omnia uendas.

Ad Crispinum.

Sic placidum uideas semper crispine tonantem:
Nec te roma minus quam tua memphis amet.

& ſupra meminit Martialis: Neſcit cui tyriam dederit Criſpinus abollam: nunc Martialis ſuum libellum ei commendat. erat ægyptius. Lector candidus: alienus ab inuidia. Non nihil: id eſt aliquid laudis præſtat temporibus. Parrhaſia: id eſt palatina. Frui aurē Cæſaris: id eſt nonnunquam audiuntur & leguntnr audiente Cæſare. Memphis: patria tua in ægypto. Marſo: poeta. Catullo: qui fuit temporibus Cæſaris Auguſti. Mādo: commendo. Cætera: præmium dandum: quaſi dicat quum hæc dixeris: reliqua a Domitiano expecto.

Carmina parrhaſia ſi noſtra legentur in aula:
 Nanque ſolent ſacra cæſaris aure frui.
Dicere de nobis ut lector candidus aude:
 Temporibus præſtat non nihil iſte tuis.
Nec marſo nimium minor eſt: doctoque catullo:
 Hoc ſatis eſt, ipſi cætera mando deo.

.M. Val. Mar. Liber Septimus explicitus eſt.
Octauus Sequitur.

IMperatori Domitiano Cæſari Auguſto Germanico Dacio Valerius Martialis ſalutem. Omnes quidem libelli mei domine: quibus tu famam: ideſt uitam: dediſti: tibi ſupplicant; & puto propter hoc legentur hic tamen qui operis noſtri octauus inſcribitur: occaſione pietatis frequentius fruitur. minus itaque ingenio laborandum fuit in cuius locum materia ſucceſſerat: Qua quidem ſubinde aliqua iocorum miſtura uariare tentauimus: nec cæleſti uerecūdiæ tuæ laudes ſuas: quæ facilius te fatigare poſſunt quam nox ſatiare: omnes uerſus īgererent. Quamuis aūt epigrammata ſeueriſſimis quoq; & ſupremæ fortunæ uiris ita ſcripta ſint: ut nimiam uerborum Licentiam affectaſſe uideantur: ego tamen illis non permiſi tam laſciue loqui quam ſolent. cum pars libri & maior & melior ad maieſtatem ſacrimoniis tui allegata ſit: meminerit non niſi religionis purificatione luſtratus accedere ad templa debere. Quod ut cuſtoditurum me lecturi ſciant: in ipſo libello huius nomine: profiteri breuiſſimo placuit epigrammate.

Mnes quidē libelli mei. Octauum librum dicaturus Domitiano; profitetᷣ ſe omnem uerborum laſciuiam declinaturū. Gratulatur enim imperatori: qui nuper ſarmatas deuicerat. Tantam autem materiam ſibi propoſitam eē ait: ut ad poema ornandū nullo ferme ingenii labore opus fuerit: ait tamē ſe mediis laudibus alia inſeruiſſe: ne ſolum eſſet carmen & perpetuum de laudibus quod īperatoris aures fatigaret. Domine: o Domitiane. Famam perpetuitatem: Fama enī carmini idem eſt quod uita homini. Supplicant tibi id eſt dicati ſunt: propter hoc quia tibi dicati ſunt. Occaſione fruitur pietatis: id eſt te ſæpius adorat: cum tibi totus ſit dicatus. Minus laborandum: id eſt minus oportet laborarare. Duo poema faciunt ingenium & materia. Subinde: frequenter. Omnis uerſus: epigramma. Fatigare: numero & multitudine. Satiarī: nos narrantes. Viris ſupremæ fortunæ: ut ab Auguſto: qui libellum epigramaton edidit. Maior: qa continet uictoriam de ſarmatis. Allegata: miſſa. Meminerit: hæc pars.

Aurigeros. Hactenus Venerem uidetur coluisse: carminis licentia: & lasciuia uerborū nunc pro Venere Palladem inuocat: cuius nomen colebatur a Domitiano: & dea erat pudicitiæ. Laurigeros penates: idest triumphalem domum recenti uictoria de sarmatis. Sanctius: maiori pudore. Venus nuda: est lasciua & impudens uerborum licentia.

Astorum. Reuertentem ex sarmatis Domitianum uictorem mense ianuario: Ianus: ut ait poeta: doluit se non posse cernere pluribus oculis: promisitque ei longissimam Nestoris ætatem: sed tamen non satisfactum est desiderio populi optantis: ut non modo annos Nestoris uiuat Domitianus: sed etiam ipsius Iani. Ianus dicit̃ parens fastorum: quoniá initium præbebat anni. Fasti aũt per singulos annos scribebant̃. Histri: sarmatæ qui ad Histrum habitant. Tot uultus: Ianus duos uultus ut nonnulli scribũt quattuor habuit. Plures oculos. i. ut posset cernere Domitianum. Omni lingua. i. quaterna. Addas tuam ætatẽ: quia non satis putat populus Romanus habere uitam Nestoris.

Vinque satis. Introducit musam eum hortantem: ut scribat epigrammata: ne uideatur alia causa: q̃ honesta scribere. Ludere carmine: lasciuire. Sit pudor: carmine. Et finis: nil plus adder̃ potest fama: q̃ addidit. Teritur consũit̃. Messala: orator stematis domestici studiosissimus: magnificas habuit ædes: quæ cum domo Licinii Crassi certabant. Situ. uetustate. Infra de eodẽ: Marmora messalæ findit caprificus. Marmora Licinii ædes marmoreæ licinii Crassi. Persius: In Licinii ædes. Hic est ille qui cognomento dictus est diues: primus omniũ romanorum: postea decoxit: irrisione tamẽ occurrentiũ salutabat̃ diues: Qui ĩ parthos iuit non fuit appellatus diues primus: sed hic. Nona. i. una ex musis. Sordida: oblita unguẽto. Soccũ: grandẽ uocẽ. Soccus genus calciamẽti quo utebãt̃ comici: cothurno tragici. Tragicos cothurnos: altũ gẽus scribẽdi. Paribus modis. i. uersibus heroicis. Rauca uoce: magno hiatu.

Ad librum suum.

Laurigeros domini liber intrature penates:
Disce uerecundo sanctius ore loqui.
Nuda recede uenus: non est tuus iste libellus.
Tu mihi tu pallas cæsariana ueni.

Ad Ianum.

Fastorum genitor parensque ianus.
Victorem modo cum uideret histri.
Tot uultus sibi non satis putauit.
Optauitque oculos habere plures.
Et lingua pariter locutus omni
Terrarum domino deoque rerum
Promisit pylam quater senectam
Addas iane tuam pater rogamus.

Ad musam.

Quinque satis fuerant uel sex septemque libelli
Et nimium: quid adhuc ludere musa iuuat?
Sit pudor & finis: iam plus nihil addere nobis
Fama potest, teritur noster ubique liber.
Et cum rupta situ messale saxa iacebunt:
Altaque cum licini marmora puluis erunt:
Me tamen ora legent: & secum plurimus hospes
Ad patrias sedes carmina nostra feret.
Finieram: cum sic respondit nona sororum:
Cui coma & unguento sordida uestis erat.
Tu ne potes dulces ingrate relinquere nugas?
Dic mihi quid melius desidiosus ages?
An iuuat ad tragicos soccum transferre cothurnos
Aspera uel patribus bella tonare modis?
Perlegat ut tumidus rauca te uoce magister:
Oderit & grandis uirgo: bonusque puer.
Scribant ista graues nimium: nimiumque seueri:

Lucerna: quia pœmata quandoque scribunt ad lucernã. Licet: esto. Angusta auena: ĩ fimo carmine. Vincat tubas multorũ: idest magis hæc legant: q̃ heroica.

Vantus. Multa tẽpla erexit Domitianus diis: adeo ut quantũ debeat ĩperatori soluere non possint: ut altero epigrãmate dixit. Impatore igitur reuertente ait non modo populũ romanũ lætari: qui fruitur uultu Cæsaris: sed & ipsos deos: qui multa accipiunt ab imperatore. Aras latias: romanas. Suscipit: facit gaudia ꝙ tu sis reuersus. Faciunt sacra idest sacrificãt læti tuo aduentu.

Vm. Macer poeta fuit ueronensis: cuius meminerũt Oui. & Eusebius. Fuit itẽ macer equestris ordinis tẽporibus Domitiani q muneribus datis puellis ĩminuerat censũ equestrẽ: adeo ut ãplius eques eẽ nõ posset: cũ q̃dringẽta nõ haberet. Qui aũt priuabatur dignitate equestri deponebat annulũ ĩsigne ordinis equestris: Ait ergo Martialis Macrũ donasse tot ãnulos puellis: ut quẽ ipse gestabat annulũ equestrẽ coactus sit deponere. Iuue. Talibus a dominis post cũcta nouissimus exit Annulus. Desisti: qa ĩminuisti censum equestrẽ: & deposuisti annulum.

Rchetypis. Euctus uasa habebat argentea: quæ uetustissima eẽ prædicabat: & cũ diu ĩ enarrãdis uasorũ laudibus fuisset occupatus: apponebat ĩ hisdẽ præsentis anni uinũ. Deridet igitur poeta uetustissimis poculis bibentẽ nouũ uinũ. Archetypa uasa dicunt uetustissima & primi exẽpli. Cimbia: uasa. Luto saguntino: nã factilia uasa conficiebant terra sagũtina. Iuuenalis: Pugna saguntina feruet commissa lagœna. Martialis alibi: Hispanæ luteum rotæ toreuma. De terra saguntina testimonium extat plinii. Mucida uina: idest uerbis suis facit mucida uina. Ferret hæc: acciperet hæc pocula: nam Apollo: & Neptunus ædificarunt troiam: pacti a Laomedonte pocula cum lapythis. In pugna centaurorum nobilissimum craterem fuisse legimus: quo Euritum Theseus interemit: Oui. Forte fuit iuxta signis extantibus asper Antiquus crater: quem uastum uastior ipse Sustulit ægides. Craterem item Hileo dat Virgilius eadem in pugna: Et magno hileum lapythis cratere minãtem. Martialis dat Rheto. ut Flaccus in primo argonauticorum: Multoque infamis hiaco Rhetus: & paulo post: Crateres mensæque uolant. Debile: imminutum fractum. Vasa argentea aliis supponebantur tanquã nidi. Plinius de poculis: Ad sustentanda obsonia inter addidimus altera: & interest q̃plurimum lima perdiderit. Censentur: in precio sunt. Longæuo Nestore: propter uetustatem ductam usque a Nestore. Columna: idest fundum: quo sustinetur poculum. Trita: usu. Pollice manu Nestoris.

Quos media miseros nocte lucerna uidet.
At tu romano lepidos sale tinge libellos.
Agnoscat mores uita legatque suos.
Angusta cantare licet uidearis auena:
Dum tua multorum uincat auena tubam.

Ad Cæsarem domitianum.

Quantus io latias mundi conuentus ad aras
Suscipit: & soluit pro duce uota suo.
Nam nõ hæc dominum germanice gaudia tantum:
Sed faciunt ipsi nunc puto sacra dei.

Ad Macrum.

Dum donas macer ãnulos puellis:
Desisti macer ãnulos habere.

In euctum.

Archetypis uetuli nihil est odiosius eucti
Ficta saguntino cymbia malo luto.
Argenti furiosa sui cum stemmata narrat
Garrulus: & uerbis mucida uina facit.
Laomedonteæ fuerant hæc pocula mensæ:
Ferret ut hæc muros struxit apollo lyra.
Hoc cratere ferox commisit prælia rhetus
Cum lapithes: pugna debile cernis opus.
Hi duo longæuo censentur nestore fundi
Pollice de pylio trita columna nitet.

Aeacides. Achilles. Miſceri: propinari iuſſit Patroclo. Ipſe bibit: tres ad Achillē oratores uenerunt: Vlyxes: Aiax: Phœnix: in quorū aduentu Achilles ita loquit̃ patroclū maiorem iam craterē Menœtii filii appone: & exhilara frontē: poculūque appone ſingulis: nā amiciſſimi homines meas ædes ſubuenerunt. Et bibit: ipſe merū: bibit enĩ Achilles. Homerus innuit phœnici & Aiaci: & bibit Bitias notus carmine Virgiliano: Tum bitiæ dedit increpitans. Aſtyanacta: uinum nouū. In cyathis priami. i. in ſcyphis archetypis.

Hic ſcyphus eſt in quo miſceri iuſſit amicis
Largius æacides & bibit ipſe merum.
Hac propinauit bitiæ pulcherrima dido
In patera phrygio cum data cœna uiro eſt.
Miratus fueris cum priſca toreumata multum
In priami cyathis aſtynacta bibes.

In Cinnam.

Hoc agere eſt cauſas hoc dicere cinna diſerte
Horis dinna decem dicere uerba nouem.
Sed modo clepſydras ingenti uoce petiſti
Quattuor: o quantum cinna tacere potes.

Ad Ianum.

Principium des iane licet uelocibus annis:
Et reuoces uultu ſæcula longa tuo:
Te primum pia tura rogent: te uoce ſalutent.
Purpura te felix: te colat omnis honos.
Tu tamen hoc mauis latiæ quod contigit urbi
Menſe tuo reducem iane uidere deum.

Ad Quintum.

Soluere dodrantem nuper tibi quinte uolebat
Lippus hylas: luſcus uult dare dimidium.
Accipe q̃ primum: breuis eſt occaſio lucri
Si fuerit cæcus: nil tibi ſoluet hylas.

De Baſſo.

Emit lacernas milibus decem baſſus
Tirias coloris optimi lucrifecit.
Adeo bene emit inquis: imo non ſoluit.

Oc eſt. Cinna uolebat diſertus cauſidicus uideri: & cū tandē inciperet agere cās uix. x. horis abſoluerat nouē uerba: a iudicibus itē petiit quattuor horas: quod ſpaciū cū uideat̃ datū ad dicendū: poeta urbaniter ait Cinnā ĩpetraſſe longū ſpatiū horarum quo poſſit ſilere. Sed modo. i. cū nondū abſoluiſſes x. horis. Quattuor clepſydras: ideſt quattuor horas.

Potes tacere: quaſi dicat melius fuerit tā diu ſilere: q̃ agere cās. Vel certe potes ſilere: quoniā non agis cās dicēdo ſed ſiles: adeo pauca dicis & urbane eū ſilere ait tam lente loquentem.

Rincipium. Ianuario menſi nihil maius in eſſe ait: cū & initiū anni ſit & tūc faſces conſulares ſumant̃ q̃ ꝑ eo reuerſus eſt Domitianus e ſarmatis uictor. Hoc maius: qđ contigit. Reducē: incolumem & uictorem Domitianū.

Velocibus: cito labentibus. Tuo uultu: tuis enĩ calendis renouantur anni.

Te primum pia tura: nam ianuario ſacra peragebant ut felix annus eſſet.

Purpura felix: ideſt conſ. qui faſces ſumebant mēſe ianuario.

Oluere. Hylas factus lippus ideſt oculis ſtillantibus uoluit ſoluere nouem partes creditæ pecuniæ Quinto: mox amiſſo altero oculo uoluit dare partē dimidiā: conſuluit Martialis ut anteq̃ alterum oculū amittat accipiat dimidiū: nam cū nuper morbo oculorum ſubtraheret tres uncias: mox luſcus tres: Verendum eſt ne totū neget amiſſo utroque oculo. Dodrantem: ideſt nouem uncias. Luſcus: factus. Vult dare dimidiam: ſex uncias. Occaſio lucri eſt breuis: quia cito peribit alter oculus. Cæcus: amiſſis duobus oculis.

Mit. Baſſus. x. milibus nummū emit lacernas: ſed cū non eſſet ſoluturus: poeta ait eū lucratum eſſe has ueſtes. Lucri fecit: ideſt lucratus eſt. Adeo bene emit. i. adeo uiliter emit: Interrogatio eſt: cui ita reſpondet. Immo non ſoluit: quod maius eſt.

Erueniſſe:Redeuntem Domitianum tanto applauſu populus in circo excepit:ut ſarmatæ unde uenerat potuerint exaudire clamorem:quodque magis eſt mirandum:occupati oculi imperatore inſpiciendo non uiderũt equos qui in circo iam quater cucurrerãt Rhenus.fl.germaniæ. Vrbem:romam. Ille Rhenus:ideſt accolæ rheni:Læticiæ nouæ te ueniente. Hiſtrum:accolas hiſtri. Nemo: nullas ſpectator. Miſſos quater:ſepties.n. mittebantur equi a carceribus in circo:ſed cum Domitianus uellet centum miſſos uno die perfici: iuſſit ut quinquies tantum ſinguli mitterentur. In eundem ſenſum ſupra: Adeoque mentes omnium tenes unus: Vt ipſa magni turba neſciat circi: Vtrum ne currat paſſerinus an tigris. Longa gaudia:ideſt plauſus longi.

Nec te ſic Cæſar:ideſt nũquã amauit tantum quantum nunc: quaſi dicat ad cumulum amoris perueniſti:& nullus locus relictus eſt ut amari poſſis amplius. Vt uelit ipſa:etiam ſi roma uelit plus non poteſt amare.

Xorem. In eos qui locupletem uxorem ducunt: nam hi nubunt uxori:ut illud Plauti: Dotem accepi libertatem uendidi Locupletis uxoris inſolentiam ſatyra inſectatur Iuuenalis. Nolo nubere uxori:quia oportet me parere. Inferior:nobilitate & opibus. Pares: in amore: & concordia: niſi mulier ſit inferior nobilitate & opibus.

Orio. Moriones dicebantur qui naturali q̃dã ſtoliditate & deformitate oris oblectabant hi adhibebanť cœnis diuitũ:propterea Plinius cũ inuitat amicũ ad frugalem cœnam:Cœnabis inquit ſine morione. Morio nomine ipſo ſignificat ſtultum. Martialis morionem emerat adductus nomine:ut ipſe iocatur:putans eum eſſe ſtultum. ſed cum haberet domi uidiſſetque eum non angi:non cruciari:non uexari aliquo furore: eſſe mente tranquilla:ſimplicitate quadam naturæ:poeta iudicauit eum ſapientem: propterea repetit a Gargiliano precium datum:quoniã uendiderit ſapienté ꝓ ſtulto. Ita quoque de morione loquiť in diſtichis:Quiſquis plus iuſto non ſapit ille ſapit. Nam uerã uitã putat eſſe in tranquillitate mentis:& rerum contemptu. Sapit:nam poeta more Epicuri putat ſapientiam ſummam eſſe:quali eſt morio.

Allida. Horti péſiles erãt apud antiquos q rotis ꝓmouebanť ĩ ſolé ab holitoribus:rurſus hibernis diebus ſpecularibus tegebanť ne uẽtus læderet. Pli. de cucumeribus Tiberii:Nullo non die contigit péſiles hortos non ꝓmoueri rotis ab holitoribus ĩ ſolé: prorſus hibernis diebus intra ſpeculariũ muniméta reuocãtibus. Amicus Martiali penſiles hortos ita texerat:cũ poeta haberet cellã apertã uẽtis:ait ergo ſe melius futurũ hoſpité arboris: q̃ talis amici:quia tegeť ſaltem ſpecularibus. Specularia:lapides ſpeculares. Admittunt diem ſine fæce:nam excludunt uentos & brumam. Nemus tenerum:ideſt hortulos.

Ad Cæſarem domitianum.

Perueniſſe tuam iam te ſcit rhenus in urbem:
Nam populi uoces audit & ille tui.
Sarmaticas etiam gentes:hiſtrumque getaſque
Letitiæ clamor terruit ipſe nouæ.
Dum te longa ſacro uenerantur gaudia circo:
Nemo quater miſſos currere ſenſit equos.
Nullum roma ducem:nec te:ſic cæſar amauit.
Te quoque iam non plus:ut uelit ipſa:poteſt.

Ad priſcum.

Vxorem quare locupletem ducere nolim
Quæritis:uxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona ſuo ſit priſce marito:
Non aliter fiunt fœmina uirque pares.

Ad Gargilianum.

Morio dictus erat uiginti milibus emi
Redde mihi nummos gargiliane ſapit.

In crudelem amicum.

Pallida ne cilicum timeant pomaria brumam:
Mordeat & tenerum fortior aura nemus.
Hibernis obiecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles:& ſine fæce diem.

Non tota fenestra:sed partim aperta.

At mihi cella datur:non tota clausa fenestra:
In qua nec boreas ipse manere uelit.
Sic habitare iubes ueterem crudelis amicum:
Arboris ergo tuæ tutior hospes ero.

Ad Domitianum.

Dum noua pannonici narratur gloria belli
Omnis & ad reducem dum litat ara iouem?
Dat populus:dat gratus eques:dat tura senatus
Et litant latiæ tertia dona tribus.
Hos quoque secretos memorauit roma triumphos
Nec minor ista tuæ laurea pacis erat.
Quid tibi de sancta credis pietate tuorum?
Principis est uirtus maxima nosse suos.

In Ciperum.

Pistor qui fueras diu cipere:
Nunc causas agis:& ducenta quæris
Sed consumis:& usque mutuaris.
A pistore cipere non recedis:
Et panem facis:& facis farinam.

Ad sextum.

Egi sexte tuam pactus duo millia causam:
Misisti nummos quot mihi mille:quid est?
Narrasti nihil inquis:& a te prodita causa est
Tanto plus debes sexte:quod erubui.

Vm noua. Domitianus edomitis sarmatis noluit triũphare:sed lauream tãtũ rettulit Ioui capitolino. Poeta ait tantã fuisse populi lætitiã:ut hæc laurea non sit minor triũpho:& laudandũ eẽ animũ Impatoris:q confidat se non fore minori ueneratione apud suos hac laurea:q̃ si triũphasset. Memorabit:celebrabit. Et ditãt latias tertia dona tribus. Ita & codex antiquus habet & ẽ legendũ. Latinæ feriæ dicebanť dies:qbus fœdus ictũ ẽ a latinis cum populo romano Hisdẽ diebus licebat populis latinis petere carnẽ ex monte albano a ro. po. ex sacris. Ci. in orõne p Planco hoc ĩdicat:dũ paucitatẽ hominũ ĩ qbusdã municipiis ostẽdit his uerbis:Quibus e municipiis uix q carnẽ latinis petãt ĩueniunť.
Victoria sarmatica tertia erat:de q̃ hic loquiť bis iã domitis cattis & dacis.
Tertia igiť dona. i. sacrificia quæ tertia iã uictoria fiebãt. Ditabãt tribus latias. i. populos latinos:qa iã tertio carnes dabanť. Auctores sunt Macrobius:& Varro. Latinæ aũt feriæ in pompa triũphali indicebãtur. Triumphos secretos:laureã appellat triũphũ secretũ quasi ea uoluerit Imperator triumphũ celare.
Tuæ pacis:quã dedisti romanis pdomitis sarmatis.
Pannonici:sarmatici.
Nosse suos:pspectos hr̃e aĩos suoꝝ & eos cognoscer̃.
Credis tibi:de pietate sancta tuorũ erga te.
Istor. Ciperus iũci genus ẽ apud Pli. hic est ppriũ nomẽ:Hic ex pistor̃ factus fuerat causidicus:lucrabaturque multum:sed conuiuis liguritoribus:nebulonibus multa dabat. Facere panẽ & farinã diciť pistor:qui pinsit far & coquit panẽ & farinã. Facere item panẽ & farinã diciť qui liberalitate siue prodigalitate sua aliis panem & farinã subministrat. Cũ igitur Ciperus nunc multos pascat prodigalitate sua:æque pistor uideť ac olim erat:cum panẽ & farinã pistor faciebat. Huc spectat totũ hoc epigramma:ut ostendat Ciperũ qui liberalis uolebat uideri multos alendo:non agere id ex liberalitate:ut scilicet det panẽ & farinam multis:sed ueteri more & instituto pistoris. Pistor a pinsendo farre dictus:olimque tantum farinam faciebat:panem ipsi quirites & mulieres:sententia est Attei Capitonis. Postea receptum fuit:ut idem & panem coqueret:propterea ait Et facis panem & facis farinã:nam utrunque ad pistorem pertinebat. Mutuaris:accipis ab aliis ut ostendat prodigalitatem. A pistore:ab instituto & opere pistoris non discedis dum multos pascis.
Gi. Iocus est ꝙ cã amissa plus sibi debeať q̃ si uicisset:nã laus fuisset loco parti alicuius premii. Pactus duo milia. i. pmisisti mihi duo milia. Erubui:tuli illũ pudorẽ ppter te.

Ic tua ceri. Cerinium deridet qui dicebat se posse edere epigrãmatã sed nolle: ne Martialis æmulus uideret: poeta ita respondet ut ostendat se id non sentire: quoniá nemo sit tá amicus qui uelit cedere ingenio & nolit doctior uideri. Supra in eundé sensũ: Versus scribere qui potest disertos Non scribat laberi uirũ putabo: hæc dicit deridendo. Vel mecũ pari laude: uel mecũ maior. i. maiori laude. Amici: Martialis sic pari respectu amicitiæ. Flacci calabri. i. Oratii. Idem Virgilius noluit scribere eo scribendi genere ut cederet amico. Pindarus Scopæ lindii filius poeta thebanus lyricorũ princeps: ut scribit Fabius: tantæ æstimationis ut & macedoniæ regibus carus & Alexander thebis captis edixerit pindari domũ ne comburite. Id enim fuit Alexandri uerbũ: licet nonnulli græci scribant ea uerba ædibus pindari fuisse ascripta. Inuétus est mortuus cũ cœpisset dormire ĩ gymnasio: in gremio pueri dilecti. Cessit: laude.
Romani cothurni. i. tragœdiæ romanæ. Horatius Scriberis uario. Variũ scribit Quintilianus cuius tragœdia Thiestes cuilibet græcorũ conferri posset.
Frequens amicus: idest multi amici.

Aup. Amici monostichon. Cinna ita erat paup ut uellet uideri dissimulare diuitias: at inquit Martialis: ita est neque magnope laboret in hoc simulando oportet.

Vm. Varrus flu. est qui disterminat italiam a narbonẽsi gallia. hic nomen est proprium uiri: is componebat ducentos uersus eodem die: qua in re non erat sapiens. Est enĩ inanis cuiusdá ingenii tot uersus effundere: tamen hoc iactabat ita ut uellet laudari: sed non recitabat: in hoc erat sapiens. Sapientia enim erat quærere laudem hac iactantia si poterat: sed tamen nihil recitare: quoniam recitando nullam potuisset assequi laudem. Nulla non luce: idest quotidie.
Non sapis: non es doctus poeta. Sapis: quia nihil recitas. Ad Luciferum.
Hosphore. Venturo Cæsare noctu conqueritur diem sero redire: quo die Domitianus erat in urbem ingressurus. Phosphorus Lucifer stella quæ diem præcedit.
Moraris: retardas. Nostra gaudia: aduentus Cæsaris. Lento igne: tarda stella. Abducere cyllaron: ut celerius uenires: ut satisfaceres populo romano. Hic equus est stellificatus: dicatus erat romæ ad forum in æde Castoris. Papinius: Et puer aspiciens lædeus ab æde propinqua Cyllarus. Titana: solem. Tenes: moraris solem cupienté uenire: & satisfacere lætitiæ populi. Xanthus: ꝙ flauus sit. Aethon: quia uideatur ardere.

Ad Cirinium.

Sic tua cirini promas epigrammata uulgo:
Vt mecum possis uel prior ipse legi.
Sed tibi tantus inest ueteris respectus amici:
Carior ut mea sit q̃ tua fama tibi.
Sic maro nec calabri tentauit carmina flacci:
Pindaricos posset cum superare modos.
Et uario cessit romani laude cothurni:
Cum posset tragico fortius ore loqui
Aurum & opes & rura frequens donauit amicus
Qui uelit ingenio cedere: rarus erit.

De Cinna.

Pauper uideri uult cinna & est paupe r

Ad Varum.

Cum facias uersus nulla non luce ducentos:
Vare nihil recitas: non sapis: atque sapis.

Ad Luciferum.

Phosphore redde diem: quid gaudia nostra moraris.
Cæsare uenturo phosphore redde diem.
Roma rogat: placidi nunquid te pigra bootæ
Plaustra uehunt: lento quod nimis igne uenis.
Ledæo poteras abducere cyllaron astro:
Ipse suo cedet nunc tibi castor equo.
Quid cupidum titana tenes: iam xanthus & æthon

Equi solis uolunt frena.i.uolunt currū. Mēnonis alma parens: Aurora mater Mēnonis. Vigilat: iam diu cupiens exire. Luci nitidæ: ueniente Domitiano. Non cedunt.i.non dant locum. Luna: quæ nondū discessit e cælo: quia ipsa etiā uult uidere Cæsarē. Non deerit dies populo: idest populus uidebit te etiam media nocte.

Nuitas. Hibrida dicit ex īparibus parentibus natus: ut Porphirio interpretatus est Horatium: canis natus ex uenatico: & gregario hybrida. Itē auctore Plinio dicit fœtus apri & suis domesticæ: & hoc etiā conuitiū i homines dicit: eoque usus ē Cicero in Marcū antoniū. Porcū: suē domesticū. Das uerba si derides: ut hoc.s.ostēdas

Fræna uolunt: uigilat mēnonis alma parens:
Tarda tamen nitidæ non cedunt sydera luci:
Et cupit ausonium luna uidere ducem.
Iam cæsar uel nocte ueni sint astra licebit
Non deerit populo te ueniente dies.

In Gallicum.

Inuitas ad aprum ponis mihi gallice porcum:
Hibrida sum: si das gallice uerba mihi.

Ad rusticum.

Esse tibi uideor sæuus nimiumque gulosus:
Qui propter cœnam rustice cedo coquum.
Si leuis ista tibi flagrorum causa uidetur:
Ex qua uis causa uapulet ergo coquus?

Ad Cæsarem Domitianum.

Si quid forte petam timido gracilique libello
Improba non fuerit si mea cartha: dato.
Et si non dederis cæsar: permitte rogari:
Offendunt nunq̄ tura precesque iouem.
Qui fingit sacros auro uel marmore uultus:
Non facit ille deos: qui rogat ille facit.

In Opianum.

Vidisti semel opiane tantum
Aegrum me male: sæpe te uidebo.

Ad Cæsarem Domitianum.

Non tot in æois timuit gangeticus aruis
Raptor in hyrcano qui fugit albus equo.

Sse. Verberauerat coquū: qui male cœnā parauerat: inqt Martialis si coquus non ē uerberandus ꝙ cœnā malefecerit inquit: qua cā erit uerberandus: q̄li dicat nulla alia de cā debet uerberari. Cædo: uerbero.

I qd. Blāde rogat Domitianū ut mittat pecuniā nec debeat ferre aio iniquo. Improba: insaturabilis Permitte: æquo aio sinas te rogari a me. Qui rogat: qui supplicat.

Idisti. Opianus mali erat coloris: neque cōualescere poterat. supra: Esset castrice cū mali coloris: Versus scribere cœpit Opianus. Mart. sæpe ægrotauerat: sed cōualuerat: ut supiore carmīe ostēdit: locat igit i Opianū: qui ppetuo male hēbat: neque unq̄ conualescebat. Male.i. male habentē uidebo te.

Sæpe scilicet male habentem: semp eni male habes.

On tot. Dederat spectaculo Domitianus multas tigres. Tigrum primus ostendit Augustus Romæ mansuefactā: Claudius quattuor: plures nunc Domitianus. Poeta ait eum superasse Bacchum: qui gemina tantum tigride dicitur triumphasse. Plinius scribit elephantes duxisse Bacchi currū: & pompeium ita esse æmulatum triumpho suo. Tigres autem fuisse indicat Silius duobus in locis: Qualis odoratis descendens Bacchus ab indis. Raptor: fœtus enim tigridis rapitur ea absente totus: reuersa ad uacuum cubile cum id sensit raptoris fugientis uestigia persequitur. ille passim relictis catulis morat feram referentē singulos ad cubile: tandē cum ad flumen aliquod uel ad littus puenit: naui est tutus gestaque secū qui supersūt. Albus: pallens præ metu. Supra: Viuat & urbanis albus in officiis. In æquo hyrcano: nam in hyrcania & india sunt tigres. Gangeticus: Indus: a gange fluuio. Timuit tot: nam numerosus est parthus tigridis. Aeois armis: idest indis.

Ouas:iſolitas. Tigres nouæ erãt nũc i ſpectaculis:nã raro uiſæ fuerãt:cũ tamẽ uariæ feræ ex genere pardoꝝ:& ſimiles tigridi ſæpe ſpectatæ fuerĩt:nã Scaurus ædilis.c.&.l.oſtendit: Pompeius.cccc.&.x. Auguſtus.cccc.&.xx. Delitias:ſpectaculi. Tua harena:id ẽ tuũ ſpectaculũ. Triũphos erythræos.i.indicũ triũphũ. Victoris:dei Bacchi:nã tertius Bacchus de indis triũphauit auctore Diodoro. Ageret indos captiuos.i. cũ triũpharet de indis.

Quot tua roma nouas uidit germanice tigres
Delitias potuit nec numerare ſuas.
Vicit erythræos tua cæſar harena triumphos:
Et uictoris opes diuitiaſque dei.
Nam cum captiuos ageret ſub curribus indos:
Contentus gemina tigride bacchus erat.

Ad Gaurum.

Munera qui tibi dat locupleti gaure ſenique:
Si ſapis & ſentis:hic tibi ait morere.

De partheniana toga.

Dic toga facundi gratum mihi munus amici
Eſſe uelis cuius fama decuſque gregis.
Appula ledæi tibi floruit hærba phalanthi
Qua ſaturat calabris culta galeſus aquis.
An tarteſiacus ſtabuli nutritor iberi
Bæthis in heſperia te quoque lauit aqua?
An tua multifidum numerauit lana timauum:
Quem prius aſtrifero cyllarus ore bibit?
Te nec amyclæo decuit liuere ueneno:
Nec miletus erat uellere digna tuo.
Lilia tu uincis nec adhuc dilapſa liguſtra
Et tyburtino monte quod albet ebur.
Spartanus tibi cedet olor:paphiæque columbæ.
Cedet erythræis eruta gemma uadis.

Vnera. Gaurũ monet orbũ & diuitẽ ut captatores contẽnat:q cũ mittant munera non amãt:ſed optãt mortẽ Locupleti:tibi diuiti: ait uideẽ dicere morere: Si ſapis:ſi cor habes & ꝑcipis.

Ic toga. Parthenius præfectus cubiculi domitiani togã candidã Martiali miſit:quam poeta laudat:ſed iocãs oſtẽdit ſibi ꝗ̃ eſſe lacernã: quoniã lacerna ſua trita non bene conuenit tã pulchræ togæ. Alloquiẽ togã: & rogat cuius lanæ precioſiſſimæ uelit exiſtimari. Amici facũdi .i.parthenii q doctus erat: ut alibi inqt pœta:Nec muſis uacat aut ſuis uacaret. Cuius gregis ẽ:cuius uelleris. Fama: laus. Phalãti ledæi.i.laconici tarenti:nã tarẽtini ducũt originẽ a laconicis duce phalãto. Herba appula.i.paſcua apuliæ Saturat: irrorando alit. Galeſus: fluuius labiẽ e calabris:fluit ꝓpe tarentũ Canuſinæ & tarentinæ lanæ ĩ precio habebanẽ. Bætis tarteſſiacus .i. bætis hiſpanus q bæthis tarteſſus dicebaẽ.ut Strabo: Aq̃ bæthica lanæ fiũt fuluæ. Stabuli hiberi.i.pecudũ hiſpaniæ. Multifidũ : timauũ lanæ patauĩæ ĩ precio erãt: qꝺ Strabo ſcribit:& ĩ diſtichis ẽ. Non ꝓcul aũt a patauio timauũ eẽ error qdã recepit:placet magis hoc q̃,ut ĩtelligas ꝺ lanis hiſtriæ aut tergeſſinis. Nũerauit:alludit ad numeꝝ hoſtioꝝ timaui:q octo habet. Aſtrifero:cæleſti. Relatus eni ẽ in cælũ Cyllarus.ſupra:Hic ubi ſeptenas Cyllarus hauſit aq̃s. Non decuit: non par fuit. Liuere:ĩfici. Amyclæo ueneno: purpura laconica. de purpura laconica Papi. Quis purpura ſæpe Oebalis:& tirii moderator liuet ahẽi. Et ĩ carmĩbus Hora. Nec purpuras laconicas trahũt cliẽtes. Sũt q de cocco ĩtelligãt potius q̃ purpura:quoniã ĩ laconica naſcaẽ:ſed placet ꝺ purpura. Miletus:tribus ĩ locis ẽ caput ioniæ:unde mileſia uellera dicta ſũt a Virgilio non a lanæ præſtãtia:ſed a coloꝛ. Lanas eni ſolitas fuiſſe illic tingi hic uerſus ĩdicat:& Hora. ĩ epiſtolis. Textã mileti uitabit chlamydẽ. Vincis:ſupas. Lilia:candore. Liguſtra nõdũ ꝺlapſa:quæ ceciderũt. Vir. Alba liguſtra cadũt. Ebur albet:qa frigore aſſeruaẽ illic frigiditate. Sparthãus olor.i.olor ledæus. Paphiæ colũbæ:dicatæ Veneri. Gẽma.i.unio Vnionẽ ſoli romani appellarũt:reliquæ etiã gẽtes margaritas:gẽmæ ĩ conchis oriũẽ; q̃ colliguntẽ ab urinãtibus:& clariores ſũt ex mari rubro. Eruta:euulſa. Aemula:ferme paria.

Primis niuibus:idest intactis. Candidiora suo parthenio:idest animo sui parthenii:q misit. Babylonis:Babylonii uarios picturæ colores auctore Pli.uestibus acu itexebant: Vestes autem pictæ dictum apud Homeꝝ sunt:Vnde triũphales deductæ sunt. Texta:uestimenta. Picta:distincta. Variantur:ornantur:& pinguntur. Acu semiramia :babylonia Nam semiramis regina babylonis fuit. Aeolus pater Athamantis patris phryxi:& Helles ex nepte:unde pecus æolium:quare aries quo phryxus nepos Aeoli uectus est in pontum: licet alii scribant arietem fuisse isigne nauis: qua nauigauit phryxus:alii pædagogum phryxi:quem Gábrus rex scytarum excoriari iussit:accepto in munus phryxo ab Aeeta. Fabula optinuit ut arietem brutũ putemus:cuius uellus fuerit aureum. Non mirer me:hoc ẽ non placeret magis. Auro athamantæo.i. phryxi filii athamantis. O q̃tos risus aliis mouebit nostra lacerna trita. tacite petit lacernam.

Sed licet hæc primis niuibus sint æmula dona:
Non sunt parthenio candidiora suo.
Non ego prætulerim babylonica picta superbe
Texta:semyramia quæ uariantur acu.
Non athamantheo potius me mirer in auro:
Aeolium dones si mihi phryxe decus.
O quantos risus pariter spectata mouebit
Culta paletina uestra lacerna toga.

De distichis.

Disticha qui scribit puto uult breuitate placere:
Quid prodest breuitas:dic mihi si liber est?

De spectaculo scæuolæ.

Qui nunc cæsareæ lusus spectantur harenæ
Temporibus bruti gloria summa fuit.
Aspicis ut teneat flammas pœnaque fruatur
Fortis:& attonito regnet in igne manus.
Ipse sui spectator adest:& nobile dextræ
Funus amat:totis pascitur illa sacris.
Quod nisi rapta foret nolenti pœna parabat
Sæuior in laxos ire sinistra focos.
Scire piget potest tale decus:quid fecerit ante
Quam uidi satis est hãc mihi nosse manũ.

Isticha. Fatetur se decipere lectorem:qui scribat disticha:& ita teneat lectorem breuitate:sed tamen tot scribat ut librũ conficiat:uel quod placet ostẽdit causã quare scripserat longum epigrãma. nam cum librum absolue re uelimus inquit quid refert disticha ne scribamus an longiora epigrãmata. nam qꝑ me hortaris scribere disticha:uis ut placcam breuitate:sed nulla potest eẽ breuitas cũ faciamus librum. Si liber est:si tẽdo ad iustũ librũ:& si multa disticha legere te oportet.

Vi nunc.Ita puniebantur damnati:ut ante est dictum a Domitiano:ut pereuntes uel tragœdiam repræsentarent:ut supa de Laureolo:& Orpheo:uel aliqua ex historia: damnatus repræsentat uirtutem. Scæuolæ uera imitatione:nam & ipse sibi manum comburit imperatoris iussu:poeta de hoc spectaculo edit epigramma. Bruti: maiorum: & Porsenæ:nam Brutus fuit post porsenam. Teneat:id est qui damnatus est repræsentet Scæuolam. Fruatur pœna:idest fruatur laude pœnæ. Regnet:perstet ipse damnatus. Adest spectator sui : idest spectat laudem suam. Illa dextra. Totis sacris : idest totis focis sacrorum:nam Scæuola : ut Liuius : combussit dextram ad aram sacrorum in castris Porsenæ. Quod nisi : & hoc erat repræsentandum ex historia Mutii : ut ille abduceretur ab igne cum pararetur etiam sinistram comburere.supra : Sed tam sæua pius miracula non tulit hostis : Et raptum flammis iussit abire uirum. Nolenti : recusanti. Sæuior : maiore uirtute q̃ fuerat dextra scæuolæ. Laxos : extinctos pene.. Piget scire : id est nolo scire. Quid ante : nam ob scelus damnatus erat : & ob scelus laudem consecutus comburendo manum fortiter. Nosse manum : dignam laude. Nihil enim ante dignum laude fecit.

Escio. Dēto ducta uxore petiit ius triū liberoꝝ: uel quod aliud ipse genus libidinis sectaret: uel quod mariti officiū non posset præstare: ut iocatur Mart. de iure triū liberorum. Supra dictum. Non belle fateris: quia uideris fateri te sectari aliud genus libidinis: & non posse arrigere. Iura paterna: id est ius triū liberorum. Libellis supplicibus. i. supplicationibus longe ab hispania.

In Dentonem.

Nescio quid de te nō belle dento fateris
Coniuge qui ducta iura paterna petis.
Sed iam supplicibus dominum lassare libellis
Desine: & in patriam serus ab urbe redi.
Nam dum tu longe deserta uxore diuque
Tres quæris natos: quattuor inuenies.

De columba Aretullæ.

Area per tacitum delapsa sedentis in ipsos
Fluxit aretullæ blanda columba sinus.
Luserat hoc casus: nisi inobseruata maneret
Permissaque sibi nollet abire fuga.
Si meliora piæ fas est sperare sorori:
Et dominum mundi flectere nota ualent.
Hæc a sardois tibi forsitan exulis oris
Fratre reuersuro nuntia uenit auis.

Ad Paulum de phiala.

De prætoritia folium mihi paule corona
Mittis: & hoc phialæ nomen habere iubes.
Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum

Era p tacitum. Aertullæ frater in exilio erat in sardinia: qui ut restitueret soror sæpe īperatorē rogauerat: nuper ea sedente & sparsis auibus in theatro. Nam id spectaculi genus edidit Domitianus: quod Papinius in saturnalibus testatur & olim ediderat Nero. Columba in gremium decidit: neque inde uoluit euolare. Colūbæ autem fuerunt nunciæ grauioribus rebus alligatis pedibus epistolis: quod in obsidione mutinensi accidisse antiquorum monumenta testantur: emissa columba a Decio Bruto obsesso in castra consulum. Eundem morrem ostendit Iuuenalis: Tāq̄ præcipiti uenisset epistola penna: Ex hoc casu theatri nactus occasionem poeta & Aertullæ pietatem laudat rogantis Domitianum ꝑ fratre: & poeta quoque rogat dum ita scribit. Aues quæ spargebātur in theatro missiles dicūtur. Casus luserat: hoc est hoc uideretur sine numine accidisse. Inobseruata: idest non retenta: postea quæ manebat in sinu: non retenta est: factum numine Domitiani. Permissa fuga. i. facta potestate euolandi. Exulis: ubi frater exulat. Piæ: laboranti pro fratre. Flectere: exorare. Vota: sororis & alioꝝ.

E prætoritia. Paulus Martiali amico misit phialam in saturnalibus. Phialam autem solere mitti ī saturnalibus ex disticho cognoscitur: q̄uis calaico rubeam generosa metallo: Glorior arte magis quod meus iste labor. Phiala erat uas commune aquæ & uino elaboratum: imprimis argentea: aut aurea. Iuuenalis: Viro tenet Phialas tibi non committitur aurum. A paulo nunc missa tam subtilis & exilis lamæ erat: ut nullius ferme precii esset: in quo poeta pauli auaritiam deridet: qui ingenio uidetur excogitasse quo pacto mitteret exiguum munus: cum posset & minus mittere: & nihil si uolebat. Corona prætoritia: id est corona in ludis data: nam coronæ fiebant ex bracteis uel auri uel argenti in speciem florum: quæ in ludis dabantur. Primus Crassus argento & auro folia imitatus in ludis suis coronas dedit. Prætores autem præerant certaminibus theatri: unde munera prætoritia quæ dantur in ludis theatri. Suetonius de Nerone: Magistros certamini præposuit consulares: sorte sede prætores. Iuuenalis de præfectis ludorum: Nullius fibula durat Vocem uendentis prætoribus. Est igitur tam subtilis q̄ bractea coronæ prætoritiæ. Pægma perunctum: argento incrustare pægmata mos fuit apud antiquos: sed id fecit in magnum luxum. C. princeps: propterea Tranquillus ut supra de pægmate in Claudio. Perunctū: incrustatū. Hac nebula: idest hoc folio & lama subtilissima argēti.

Pallida quam rubri diluit unda croci.
An magis astuti derasa est ungue ministri
Bractea de fulcro quod reor esse tuo?
Illa potest culicem longe sentire uolantem:
Et minimi penna papilionis agi.
Exiguæ uolitat suspensa uapore lucernæ:
Et leuiter fuso rumpitur icta mero.
Hoc linitur sputo iani careota calendis.
Quam fert cum paruo sordidus asse cliens.
Lenta minus gracili crescunt colocasia filo.
Plena magis nimio Lilia sole cadunt.
Nec uaga tam tenui discursat aranea tela:
Tam leue nec bombix pendulus urget opus.
Crassior in facie uetulæ stat creta fabullæ.
Crassior offensæ bulla tumescit aquæ.
Fortior intortos seruat uesica capillos

Pallida unda: quia crocus spargebatur ĩ theato uino dulci mixtus: auctor est Plinius. Cũ autem loqueretur Virgilius de uino dulci ex tmolo monte ait: Non te uides croceos ut mittat tmolus odores: India mittit ebur. Croceos odores intelligit uinũ dulce: quod miscebat croco spargendũ in theatro: nam quod probus & alii exponunt ꝓ croco falsum est: nã præstantissimum crocum ex cilicia: non autem ex tmolo mittebatur. De uino autem & uinetis tmoli multa extant testimonia. Misceri uino crocum indicat etiam Oratius. Coritioque croco sparsum stetit. Suetonius: Sparso ꝑ uias identidem croco. Diluit: abluit: cum in theatro funderetur. Lama grossior est: & ex ferro aut huiusmo̾i metallo: bractea ẽ plicabilior & ex auro potissimũ: aut argento. Virgilius: leuiter crepitabat bractea uento. Iuuenalis: Bracteolam de Castore. Lecti siue triclinia incrustabantur argẽto quod Carbilius eques romanus primus ĩstituit: postea lecti mulierum omnĩno operiebãtur. Ait poeta hanc phialam esse bracteã derasam ex lecto pauli ungue ministri furacis: nam a furãtibus seruis non nũq̃ deradebantur ungue. Tranquillus de Calligula Romæ publico epulo seruum ob detractam lectis argenteam lamã carnifici tradi iussit. Fulcro: lecto sponda. Sentire: nam concutitur. Agi: agitari. Vapore: leui afflatu. Volitat: impellitur. Cariota: est species palmarum. auctor est plinius. idem testatur Strabo libro ultimo his uerbis: Duplex est palma cariota & reliqua thebaica durior suauior gustatu: dicta cariota a cara: quod significat caput: nam ex ea fiebant uina iniqua capiti. Mittebantur calem. iani in distichis:

Aurea porrigitur iani cariota calendis. Erat autem aurata imitatione uanitatis græcorum: qui quem fructum putarunt gratissimi saporis esse fecerunt aureum in templo Apollinis delphici raphanum aureum: betam auream: rapum plumbeum: pro uarietate metalli saporem fructus indicantes. dicuntur etiam cariotides. Papinius: prægrandes cariotides cadebant. Sputo: tam subtili: aureo: crasso. Asse: prauo precio. In distichis de cariota. Sed tamen hoc munus pauperis esse solet. Colocasia: herba est quæ in nilo nascitur foliis latissimis: quam non nulli cyamon dixerunt. ducitur dentibus tanq̃ lana: & quidem subtilis. In distichis: Niliacum ridebis olus lanasque sequaces. Improba, cum morsu fila manuque trahes. Lenta colocasia: nam flexibilia sunt. Lilia: non candida: sed purpurea magis. Plena: grossiora hac phiala. Bombix prius bombilis dictus: inde necidalus: demum bombix araneorum: modo texit telas in assyria: quas pamphyle Platis filia in cœa insula & retorqueri & texi docuit: unde uestes bombicinæ fiebant: quibus mulieres romanæ pellucebant. Creta: id est terra silinusia siue chia: quæ faciebat ad poliendam cutem qua utebatur Fabulla. Bulla: erat ornamentum pueri ingenii in speciem cordis: remediis quibusdam inclusis aduersus inuidiam. Bulla item significat aquam tumescentem. Varro in re rustica: Vita nostra bulla est. de hac intelligit martialis. Offensæ aquæ: percussæ. Crassior: grossiore superficie q̃ phiala quam mihi misisti. Vessica: tegmentum & mitellam capitis significat subtilissimam: qua germanorũ crines contegebantur.

Bataua spuma.i.germanico sapone.Sapo aũt gallo℞ ẽ inuentũ ad crines colorandos:Cũ autẽ sit ĩ præcipuo usu germanis spuma germana dicta est. In distichis:Caustica theutonicos accendit spuma capillos.Captiuis poteris cultior eẽ comis. Spuma bataua.i.saponis qua illinũtur crines. Mutat:nã colorat crines. Pullus:cygnus. Ouo lædeo.i.ouo cygni nam pellis inest cũ aliis ouis cygnorũ qua pulli uestiunt̃. Splenia: flameola subtilissima ut supra est dictum.Splenia tolle leges quæ ita capiti componebantur ut dum a fronte ad utráque genã ducunt̃:reliquantque uultus spacium apertũ:cornua lunæ effingant. Fronte lunata: id ẽ ita composita ut uideatur cornuata tanq̃ luna. Cocleare:mittebat̃ ĩ saturnalibus.Infra: Sũ cocleis habilis sed nec minus habilis ouis. Nũquid scis potius cur cocleare uocet. Mittere nihil:quod melius fuisset q̃ excogitare hoc ut pauca mitteres.

Et mutat latias spuma bataua comas?
Hac cute lædeo uestitur pullus in ouo:
Talia lunata splenia fronte sedent.
Quid tibi cum phiala:ligulam cum mittere possis?
Mittere cum possis uel cocleare mihi?
Magnanimis loquimur:cocleam cũ mittere posses
Denique cum posses mittere paule nihil.

In Iactatorem.

Archetypum myos argentum te dicis habere:
Quod sine te factum est hoc magis archetypũ ẽ.

In pessimos coniuges.

Cum sitis similes paresque uita
Vxor pessima:pessimus maritus
Miror non bene conuenere uobis.

Ad Cæsarem domitianum.

Regia pyramidum cæsar miracula ride
Iam tacet æoum barbara memphis opus.
Pars quota parrasiæ labor est mareoticus aulæ?
Clarius in toto nil uidet orbe dies.
Septenos pariter credas assurgere montes
Thessalicum breuior pelion ossa tulit.
Aethera sic intrat:nitidis ut conditus astris
Inferiore tonet nube serenus apex.

Rchetypũ.Archetypa uasa dicebantur uetustissima:& quoniã erãt ĩ precio:archetypa etiam significabant preciosa.In furẽ:siue captatorẽ hoc ẽ distichon:qui archetypa uasa habebat:nulla sua pecunia comparata. Vas dicitur factũ sine te:hoc ẽ sine sũptu tuo:& sine te factũ dicit̃:hoc ẽ nondũ te nato hic iactabat se hẽre archetypa. Myos:id est uasa ab ipso Mye sculptore facta. Mart.respondet eo magis esse archetypa intelligens eo esse maioris precii: quoniã sine eo facta sunt:ĩtelligens sine eius sumptu cũ ille posset intelligere martialẽ dicere magis archetypa:id est uetustiora & sine eo facta:id est ãteq̃ natus esset. Myos:artificis sculptoris:quẽadmodum archetypum:id est mẽtoris ĩ distichis.Mys seruus fuit Pythagoræ.Mys præterea Agragas:Betus eodẽ tẽpore claruerunt argento celando. Myos opera erant in æde Liberi patris rhodi Sylenus:Cupido.

Vm sitis.Miratur coniuges pessimis moribus non conuenire:cum ita oporteat eos eẽ concordes:quemadmodum & boni conueniunt. Conuenire uobis:idest non eẽ concordes.

Egia Pyramidũ.Laudat ædes Domitiani:quæ ædificatæ fuerunt a Rabirio:magis.n.placet:quod supra dixit Rabiriũ struxisse ædes Domitiani q̃ ædẽ Iouis capitolini. Ride:cõtẽne. Regia miracula pyramidũ:nam pyramides sunt structæ a regibus. Aeoum opus:id est orientale. Labor mareoticus:idest pyramides ægyptiæ. Quota pars:idest minima pars Domitiani. Credas:credere posses. Pariter assurgere:idest superimponi. Ossa breuior:minor:idest cum montes a gigantibus fuerunt superimpositi:ut raperent cælum:domo palatina. Apex:sũmitas aulæ palatinæ. Serenus qui in serenum consurgit.

Et prius: summa loca primo sole illustrantᷣ: tantæ altitudinis hanc aulā esse dicit poeta: ut sol nascens prius eius apicē attingat: q̄ montem Circes filiæ suæ nā Circæ solis filia fuit ut cecinit Virgilius: ut Diodorus Aeetæ & Echates: hæc cū regē sarmatarū cui nupserat ueneno substulisset: expulsa a popularibus in italiā uenit: q̄uis qui pa℞ recte Homeri uerba iterpretantur: eā ignotam Oceani insulam tenuisse putent. Circeū autem montē ita scribit Vlyxes apud Home℞: E specula inquit uidi insulā quā ingens pontus ambit: Sita ē ipsa terra: uidi autem ī medio fumum. Virgilius: Atque hic æneas ingētē ex æquorē lucū prospicit. Præterea Inaccessos ubi solis filia lucos seruat. Apollonius & Theophrastus meminerūt Arcano lumine: aliis mortalibus: quia āteq̄ Sol aspiciatur ab aliis apex domus Domitiani illustratur.

Et prius arcano satietur lumine phœbi
  Nascentis circæ q̄ uidet ora patris.
Hæc auguste tamen quæ uertice sydera pulsat
  Par domus est cælo: sed minor est domino.

Ad policarmū.

Quod gaietano reddis polycarme tabellas
  Milia te centum num tribuisse putas.
Debuit hæc inquis: tibi habe polycarme tabellas
  Et gaietano milia crede duo.

Ad meliorem.

Qui præstat pietate pertinaci
Sensuro bona liberalitatis
Captet forsitan: aut uicem reposcant.
At si quis dare nomini relicto
Post manes tumulumque perseueret.
Quærit quid nisi parcius dolere.
Refert sis bonus: an uelis uideri.
Præstas hoc melior sciente fama
Qui solēnibus anxius sepulti
Nomen non sinis interire blesi.
Et de munifica profusus arca
Ad natalicium diem colendum
Scribarum memori piæque turbæ
Quod donas facis ipse blesianum
Hoc longum tibi: uita dum manebit.
Hoc & post cineres: erit tributum.

Vod. Policarmus cū uellet liberalis uideri reddidit tabellas Gaietano qui debitor erat: ut illæ tabellæ testabantᷣ: sed nunq̄ soluturus. Mart. negat hoc fuisse liberalis animi dedisse .x. milia quæ non erat habiturus: quod si uult liberalis uideri credat duo milia & seruat tabellas .c. miliū quas restituerat. Reddis tabellas: quibus debebat .c. milia. Crede .i. mutua duo milia quæ donabis. nā ille nūq̄ restituet: ita eris liberalis.

Vi præstat. Melior duos habuit pueros: quo℞ alter Blesus dictus ē alter Glaucias. Blesū prius amisit: quē pudice amabat: deinde Glauciā: quē educabat ut leniter desideriū Blesi amissi. Blesus apud inferos his uersibus Glauciā agnoscit: ut ē apđ papiniū: mox ubi delitias & rati pignus amici sensit & amissi pue℞ solatia Blesi. Tollit humo. Attedius melior diem natalem Blesi etiam mortui singulis annis celebrabat: hoc laudatur a poeta. Qui præstat: sensus est ille qui præstat uiuo amico aliquid: agit id ut aliquid expectet. at qui mortuo facit: id præ amore tantum agit: non ut captet hæreditatem ab amico. Noīni relicto: idest mortuo amico. Dolere partius: nisi ut consoletᷣ dolorem amici. Refert: magna est differentia. Nomen Blesi .i. memoriā Blesi. Solennibus diebus nataliciis celebrandis. Piæ turbæ: celebrantiū natalē. Scribarū: quia Blesus erat đ turba scribarum: huius Oratius. Facis blesianum: quia nihil inde expectas: sed totum id possidetur a bleso: & blesianum est.

Vi. In laudem domus de qua supra: Decet: par est. Sacrum nectar: idest diuinum poculum. Oro uelis: oro ut sero uelis ire in cælum in cœnatione Iouis. At si properas o Iupiter. i. si uis cito habere Domitianum conuiuam.

On. Minatur se priapum custodem hortorum combustorum: nisi custodierit siluam unde possit ministrare alimenta foco. Palmitis beati: idest magni uineti. Rari: exigui & præclari. Ex quo: nemore. Tu es natus: es factus. Defecerit hoc: nemus. Et ipse lignum es: & ipse poteris comburi quasi dicat tu ardebis.

Ad Domitianum.

Qui paletinæ caperet conuiuia mensæ
Ambrosiasque dapes non erat ante locus.
Hic haurire decet sacrũ germanice nectar:
Et ganymedea pocula mixta manu.
Esse uelis oro serus conuiua tonantis
At tu si properas iupiter: ipse ueni.

Ad priapum.

Non horti neque palmitis beati
Sed rari nemoris priape custos:
Ex quo natus es: & potes renasci
Furaces moneo manus repellas.
Et siluam domini focis reserues.
Si defecerit hoc: & ipse lignum es.

Ristis. Alibi iocatur in Athenagoram ubi plura de eo dicentur. Non misit munera: saturnalitia. Medio mẽse brumæ: idest mẽse decembri: quo mittebantur saturnalia munera.

Ad Faustinum.

Tristis athenagoras non misit munera nobis
Quæ medio brumæ mittere mense solet.
An sit athenagoras tristis faustine uidebo:
Me certe tristem fecit athenagoras.

I te sportula. Inuitat Mathonem ad balnea: sportulam dabant. c. quadrantes. Supra: Dat baiana mihi quadrantes sportula centum: & alibi: Centum miselli iam ualete quadrantes: Quos balneator diuidebat elexus. Iocatur poeta in Mathonem: cui pollicetur se daturum sportulam suam. i. nihil. De nostro centies: idest de nostra sportula. c. quadrantum. Corrũperit: corruptum te non uocauerit. Licebit laueris idest poteris lauari. De nostro cẽties: idest de sportula. C. quadrantum: quã nos damus: ea autem nulla est.

Ad Mathonem.

Si sportula maior ad beatos
Non corruperit: ut solet: licebit
De nostro matho centies laueris.

Emp. Christilla maritos necabat. Fabius uxores: optat poeta: ut hi coniugãtur: nam peribũt ambo. hoc accidit: ut tales coniuges coniungerentur temporibus Augusti: cum mulier septẽ maritos uir totidem uxores occidisset tunc quoque compositũ epigramma: cum Bito Bacchus: Bitus & Bacchus gladiatores fuerunt: qui multos sustulerant: & tandem congressi mutuo uulnere ceciderunt. Effert: efferri cadauera dicuntur ad sepulturam. Facem funeream: ad differentiam tædæ nuptialis. nam & in nuptiis & funeribus adhibebantur. Committe hos duos: idest fac ut hi duo uictores congrediãtur Libitina: sandapila.

In Fabium & christillam.

Effert uxores fabius: christilla maritos:
Funereamque toris quassat uterque facem.
Victores committe uenus: quos iste manebit
Exitus: una duos ut libitina ferat.

Itulle. Titullũ monet ut det aliquando operã ueræ uitæ: hic autẽ adeo ãxius erat quærendis diuitiis: ut cum duæ horæ mane datæ essent ad salutandũ: ut supra. Prima salutantes atque altera continet hora: ipse tertiam quoque occuparet: cũ tertia data eẽt causidicis: quinta uariis laboribus supra: Exercet raucos tertia causidicos: In quintã uarios extẽdit roma labores: simul monet amicũ eũ quærere diuitias his qui nullas habebunt gratias: sed læti eius laboribus fruentur. Viue: da operã quieti: & laxationi semp. Hoc serum. i. uiuere quia nunq̃ nimis cito fit. Conteris limina: id est adis limía. Vdus: madidus. Osculis urbis: nã oscula dabantur salutatís Sparsus: uagus. Ante equos omnes. i. ante omnes iudices: nã iudices equites erant testantur hoc leges antiquoꝝ: & Plinius plurimis uerbis. Aedemque Martis: Intelligit tertium foꝝ: extruxit Augustus cũ templo martis. Suetonius Ex quibus præcipua: forũ cũ æde martis ultoris. causa fori extruendi fuit hominum & iudicioꝝ multitudo: quæ uidebatur non sufficientibus duobus etiã tertio indigere. Colossũ Augusti: ĩtelligit statuam Apollinis: quæ ad bibliothecã erat iuxta foꝝ. Iuuenalis: sportula deĩde forũ jurisque peritus Apollo. Tertias & quintas. i. tertiã & quintã decuriã iudicũ: nam quintam decuriam addidit. C. princeps: cum quartam addidisset Augustus: & ita ĩtelligas Titullũ consumere tertiã horã in foro discurrentẽ per oĩa subsellia iudicũ: ut salutaret. Congere: collige. Palleat: argento. C. paginæ calendaꝝ. i. centũ libri debitorum. Papyro: utebant̃ ad rogũ: ut magis arderet: nam & papyro utuntur ægyptii auctore Plinio ad ignẽ. Pluteũ tabulam: & scamnum. Prima nocte: qua mortuus fueris.

Ad Titullum.

Titulle moneo uiue semper: hoc serum ẽ
Sub pedagogo ceperis licet: serum est
At tu miser: titulle nec senex uiuis.
Sed omne limen conteris salutator
Et mane sudas urbis osculis udus
Foroque triplici sparsus ante equos omnis
Aedemque martis: & coloson augusti:
Curris ꝑ omnes tertiasque quintasque
Rape: congere: aufer: posside: relinquendum est.
Superba densis arca palleat nummis
Centum explicentur paginæ calendarum
Iurabit hæres: te nihil reliquisse
Supraque pluteum te iacente uel saxum
Fractus papyro dum tibi torus crescit:
Flenteas superbus basiabit eunuchos.
Tuoque tristis filius: uelis: nolis.
Cum concubino nocte dormiet prima.

Ad Flaccum.

Priscus ab ætneis mihi flacce terentius oris
Redditur hanc lucem lactea gẽma notet.
Defluat & lento splendescat turbida limo:
Amphora centeno consule facta minor.
Continget nox quando meis tam candida mensis
Tam iusto dabitur quãdo calere mero.

Riscus. Priscus Terentius ex sicilia reuersus amicus martiali causã dat nouæ uoluptatis: iubetque Martialis promi amphorã uini uetustissimi. In omni. n. lætitia hoc epicurei agebã: quos poeta sectatur. Idẽ agit Oratius ĩ carminibus: Nũc ẽ bibendũ: nũc pede libro pulsanda tellus: & alibi alloquitur amphorã: O nata meuũ consule Manilio: eadẽ uoluptate fruetur ut ait: cum Flaccus amicus fuerit reuersus ex cypro. Gemma lactea. i. candidus lapis. Aetnæis oris: idest ab oris siculis. Gemma lactea: felices dies: gemma lactea: & candido lapide. infelices atro notare & ad summum uitæ dinumerare est tharcum inuẽtum: sed & cretenses idem egerunt. Oratius: Crassa ne careat pulchra dies nota. Defluat: hauriatur. Lento limo: nam amphoræ erant fictiles. Splendescat: poliatur. Tam cãdida: tam plena uoluptatis. Mero tam iusto calere: idest quando potero tam iuste ebriari.

Cytheria:dicata Veneri:nam illic Venus colebatur ad phaon: & palepahon.

Vanta. Ceſto eam formam ineſſe ait:ut pudorem quendam uirginalem præ ſe ferat: adeoque careat omni ſuſpitione libidinis:ut nec Diana eum timeat:nec Athis puer præponi poſſet a Cybele:& baſia poſſet dare Ioui ſine Iunonis ſuſpitione:quod non potuit Ganymedes. Quanta eſt infantia formæ:ideſt piæ ſimplicitatis infantilis indoles. Caſtior Hyppolito:caſtitatem Hyppoliti & fabulæ & hiſtoriæ teſtátur:qui nouercalem concubitum repudiauit. Diana: quæ repudiat adoleſcentes:& Actæonis oculos ulta eſt. Tres Athes fuerunt: duo filii Crœſi: quorum natu maior in uenatione ab Adraſto: auctore Herodoto īterfectus eſt. Iunior imminente percuſſore patri os aperuit ante mutus in hæc uerba homo ne interfice Crœſum. Athis itē puer phrygius dilectus eſt a Cybele:qui deæ immemor & datæ fidei:cum Sagaritide nympha priores amores uiolauit:unde uel ſtatim in furorem uerſus: ut ſcribit Ouidius: uel cū aquas galli fluminis potaſſet:ut Catullo placet:pudēda abſcidit:ſenſus poetæ eſt Cybelem malle Ceſtum puerum non mutilatum ueluti Athim:ſed totum:q̃ Athim ipſum. Mallet te habere phryga: ideſt mallet te habere phrygū: ideſt non mutilatum. Tu poteras ſuccedere lecto ganymedeo: ſine ſuſpitione Iunonis.

Cum te flacce mihi reddet cythereia crypros:
Luxriæ fiet tam bona cauſa meæ.

Ad Ceſtum.

Quanta tua eſt probitas:quāta eſt præſtātia formæ
Ceſte puer puero:caſtior hyppolito.
Te ſecum diana uelit:doceatque natare
Te cybele ſecum uellet habere phryga.
Tu ganymedeo poteras ſuccedere lecto.
Securus domino baſia ſola dares.
Felix quæ tenerum uexabit ſponſa maritum:
Et quæ te faciet prima puella uirum.

In uarie ſe tondentem.

Pars maxillarum tonſa eſt tibi:pars tibi raſa eſt.
Pars uulſa eſt:unum quis putet eſſe caput?

De Abolla criſpini.

Neſcit cui dederit tyriam criſpinus abollam:
Dum mutat cultus induiturque togam.
Quiſquis habes hūeris ſua munera redde precamur:
Non hoc criſpinus te:ſed abolla rogat.
Non quicunque capit ſaturatas murice ueſtes
Nec niſi delitiis conuenit iſte color:
Si te præda iuuat:fedique inſania lucri
Quo poſſis melius fallere:ſumme togam.

Ars maxillarum. Exquiſitæ elegantiæ hominem deridet: qui in facie expolienda uolſellis: forpicibus:& culto utebatur:cum alii tantum cultris eſſent contenti:alii forpicibus:& iuniores uolſellis:ſed cum cuiuſlibet ætatis inſtrumentis utatur:non poteſt unum caput uideri. Tonſa:forpicibus quibus uti ſolent grandiores adoleſcentes. Raſa:cultro:quo utuntur uiri. Vulſa: uolſellis: quibus utuntur iuniores. Vnum caput:& non triplicis ætatis:ſimul eum oſtendit eſſe inſanum.

Eſcit. Criſpinus de quo ſupra ſatis multa:nuper furto amiſerat abollam:cum togam ſumeret. furem hortatur Marialis ut abollam reſtituat:quæ cum ſit magni precii:nō poterit non deprehendi ubique:ꝙ ſi uult furto impune frui:ſumat potius togam quæ facile poterit latere. Abolla:utebantur externi reges:ea erat magni ſplendoris:& precii:hoc indicat Suetonius:quod ſupra dictum eſt. Tyriam:purpuream. Iuuenalis:Criſpinus tyrias humero reuocante lacernas. Quiſquis habes:o fur:accipe togam quæ poterit latere in te. Fallere:non deprehendi. Lucri fœdi:ideſt furti.

Vanta: Domitianus congiarium populo dedit: & iter spectacula epulum largissimũ cum ciues sportulam nummorum tantum expectarent: quam alias habuerant: eo epulo ipse primus cœpit uesci ciuibus omnibus & omni ordine discumbente: hoc carmine celebrat Papinius. Datũ aũt fuit ob recentẽ uictoriã de sarmatis: anteponit hoc mensæ Iouis: qua reliquos deos accepit post triumphũ giganteũ. Tuas laurus. i. tuã laurũ: non appellauit triumphum: nã laurum tantũ intulit Ioui capitolino. Omnibus superis: nam omnes dii pariter accubuerunt. Nostra gaudia: quæ declaramus ex laurea sarmatica. Omnis ordo: id est equestris senatorius Vescitur: omnis ordo: idem uersus apud Papinium: Vna uescitur omnis ordo mensa: parui: fœmina: plebs: eques: senatus. Promissa sportula: uidebaris daturus sportulam: ut bis antea consuesti: dedisti cœnã præter consuetudinem ita lege. Recta data est: id est cœna ad differentiam sportulæ: cœna recta dicebat suo apparatu ab amico domi. in sportula dabantur quadrãtes: unde obsonia ad coenam domum referebantur. Suet: sportulas ad coenas rectas redegit: de Domitião Vis labor: Phialã missam a Ruffo carmine celebrat. Phialæ: uasa argentea elaborata. Myos: sculptoris. Hæc manus mentoris: qui primus claruit argẽto celãdo. Policletus: statuarius fuit Ageladis discipulus: q q̃tũ reliquos superauit in forma hominũ ad ueritatẽ effingendã: tãtũ abfuit ab auctoritate reddẽda formæ numinũ: quod datũ est Phidiæ & Alcameni. Liuescit: liuida ẽ. Nulla caligĩe: fumi ex igne. Et liuescit nulla caligine fusca. Nã ex electro constabant phialæ non sucino dico: sed qđ ex auro fiebat argento addito: ex quo Helena sacrauit calicẽ in tẽplo Mineruæ lidiæ. Odit focos exploratores. i. nec signa habet foci quo exploratũ ẽ eius argentũ. nã electri natura ẽ ad lucernaꝝ lumina clarius argẽto splẽdeꝛ. Ita locũ illũ Iuue: sumus ĩterpretati Viro tenet phialas: appositio ẽ crustas heliadũ. i. quæ constãt ex lamina heliadũ electri. subtilissima. n. materia & ut ita dicã crusta electri phialæ erãt formatæ. Mar. de prætoritia foliũ mihi paule corona mittis: & hoc phialæ nomẽ hr̃e iubes. Electra: cãdida siue nigra ĩ precio nõ sũt. fulua ꝓbanꝛ. ut Pli. ea ĩgenti luce radiãt: tamẽ minus pura sũt hac phiala. Flauo metallo: electro. Pustula: bractea ex argẽto purissimo: ũde argentũ pustulatũ supra: Argẽti tibi librã pustulati: quẽadmodum micã nitellã dicimus in auro & argẽto. Felix: elaborata. Opus artificũ in phiala. Non cedit: uĩcit a materia. Stat caper: in hac phiala erat caper: nã in phiala sculpebãꝛ nonnũq̃ capri quoniã aĩal infensũ baccho: & obscena interdũ. Stratonicus ĩ phiala satyꝝ sõno grauatũ collocauit. đ capro Iuue. Argẽtũ uetus & stãtẽ extra pocula capꝝ. Vellere æolio: aureo q̃le habuit aries Phryxi filii Athamãtis filii Aeli. Soror: helle: quæ ĩ mare se deiecit.

Ad Cæsarem domitianum.

Quanta gigantei memoratur mensa triumphi:
Quantaque nox superis omnibus illa fuit.
Qua bonus accubuit genitor cum plebe deorum:
Et licuit faunis poscere uina iouem.
Tanta tuas celebrant cæsar conuiuia laurus:
Exhilarant ipsos gaudia nostra deos.
Vescitur omnis eques tecum: populusque patresq;
Et capit ambrosias cum duce roma dapes.
Grandia pollicitus quanto maiora dedisti:
Promissa est nobis sportula Recta: data est.

De Phiala ruffi.

Quis labor in phiala docti myos an ne myronis?
Mentoris hæc manus est: an polyclete tua?
Liuescit nulla caligine fusca: nec odit:
Exploratores nubila massa focos.
Vera minus flauo radiant electra metallo:
Et nimium felix pansula uincit ebur.
Materiæ non cedit opus: sic alligat orbem:
Plurima cum tota lampade luna nitet.
Stat caper æolio thebani uellere phryxi:
Cultus: ab hoc mallet uecta fuisse soror.

Tonsor cyniphius: cilix q̄ tondet capellas. Amor aureus.i.cupido in auro effictus. Lo thos.i.tibia. Vel palladia: ꝗ ea sit usa Pallas: uel ꝗ lothos in africa nascitur: non procul a tritone lacu Palladis. Sic: eodem more. Methinna: oppidum Lesbi: patria Arionis: ut scribit Strabo. de Arione historia est apud Herodotū in primo. & apud Aulum Gellium. Non tacitū onus: sed sonantē Arionē. Onus: Arionē. Languida: placida. Imbuat: id ē primo uino tingat. Munus: phialā. Certa manus: quæ recte mistrat id quod uult. Puer cupido. Det: quando hilarius bibebāt antiqui tot cyathos sumebāt: quot litteræ erāt nominis amicorum. supra: Neuia sex cyathis: septem iustina bibat. Instantis littera: id ē numerus elementorū. Instans auctor fuit muneris: quia ille misit hanc phialam. Si theletusa: quādo expectabant amicas parcius bibebāt: quoad illæ uenirent: supra de Ruffo dixit. Dominæ: thetusæ. Tuo triente: id est ego potabo quattuor cyathos: id est epotis quattuor cyathis. Si dubium est: an sit uētura amica. Vtrūque nomen: id est Instantem: & Ruffū.i.xi.cyathos.

Hunc nec cyniphius tonsor uiolauerit: & tu
Ipse tua pasci uite liee uelis.
Terga præmit pecoris geminis amor aureus alis:
Palladius tenero lotus ab ore sonat.
Sic mityleno gauisus arione delphin:
Languida non tacitum per freta uexit onus:
Imbuat egregium digno mihi nectare munus:
Non grege de domini: sed tua ceste manus.
Ceste decus mense misce setina: uidetur
Ipse puer nobis: ipse sitire caper.
Det numerum cyathis instantis littera ruffi:
Auctor enim tanti muneris ille mihi.
Si theletusa uenit: promissaque gaudia portat:
Seruabor domine ruffe triente tuo.
Si dubia est: septunce trahar. si fallit amantem:
Vt iugulem curas: nomen utrunque bibam.

De Aspro.

Ormosam: Cæcus amabat puellam formosam: formosa inquit ē sed utrunque res sit: plus amat q̄ uidet: an hoc alludit ad illum cæcum Iuuenalis: Qui nunquam uisæ flagrabat amore puellæ: Cuius etiā meminit Pli. i epistolis: sed placet hūc eē alium quemadmodū supra est: Codrus qui cæcus amabat.

Formosam plane sed cæcus diligit asper:
Plus ergo ut res est: quam uidet: asper amat.

Ad Cedicianum.

Onsorem: Tonsorē Ruffo miserat: quem ille tā diu detinuit barba tondēda: ut qui imberbis erat: sit reuersus barbatus huius tonsoris mollitiem anteponit puero Neronis qui duos habuit in delitiis Sporum: quem habitu iustæ sponsæ duxit uxorem: & Doriphorum cui ipse nupsit: quem Tranquillus appellat Doriphorum. Tacitus Pythagoram his uerbis: Pythagoræ ex grege contamīatorum nupsit. & infra: Qualis Pythagoras dabat Neroni: Suntque qui legant: Thalamus Neronis: ut thalamus sit tonsoris nomen: Sed non placet. Talem artem: tondendi. Barbæ drusorum: id est Neronum. In genas æquādas: id est barbam æquandam. Barbatus est reuersus: & indicat detinuisse: & menses & annum. Censura speculi: id est speculo censore.

Tonsorem puerum sed arte talem:
Qualis nec thalamis fuit neronis:
Drusorum cui contigere barbæ.
Aequandas semel in genas rogatus:
Ruffo cediciane commodaui:
Dum iussus repetit pilos eosdem:
Censura speculi manum regente:
Expingitque cutem: facitque longam.

Epaphæresis:numerus crinium excogitatus a mollioribus:qui conficiebatur succisa uariis in locis coma:cum alienum ab hac mollitie ostendit Scipionem Silius:ita canit. Martia frons facilesque comæ:nec pone retroque Cæsaries breuior:intelligens ut puto de hac epaphæresi. Longam.i.dum diu tondes.

Vditur:Domitianus conficiendis feris delectabat:quod testatur Tranquillus:idem assumpserat sibi nomen Alcidæ maioris:cuius factũ ut imitaretur nuper in harena prostrauit leonẽ:quod oli Nero facer statuerat:feræ magnitudinem admirat: Et fortitudinẽ iperatoris laudat poeta. Tantus: id est tantus timor. In harena ausonia:in theatro Domitiani. Per auia massyla: id est per saltus massyliæ: partis libyæ: & leuitate equorum & ferarum multitudine nobilis. Pallidus: timens. Sine mẽte pecus: id est attonitũ. Iura: id ẽ supercilium. Nomas picta marmore ītelligit hũc leonem superasse omnes numidicos leones: nomas enim græce: latine numidia est. Picta marmore: propter marmor quod ex numidia afferebat. Id genus marmoris. M. lepidus collega Catulli in consulatu primus romæ ostẽdit

Nomas picta marmore: id est numidici leones eligerent hunc regem: & darent coronam: nã quod de figura marmorea romæ aiunt: nec conuenit: nec uerũ est. supra tamen. Est locus marmoreis feris distinctus Exornãt pictæ q̃ platanona feræ: sed nõ conuenit. Lunatæ: tortæ. Stetit: ĩhorruit. Iubæ: iubati enī leones generosiores habebãt. Quã decuit: q̃ par fuit. De magna morte: manu imperatoris. A iugis Cybeles: nã currus Cybeles uehit leonibus: quod Virg. cecinit & Lucretius: Hanc ueteres graium docti cecinere poetæ Sedibus in curru biiugos agitare leones. Frater: Titus qui relatus est in numerum deorũ. Vel pater: id est Vespasianus. Ab astro herculeo. i. a leone interfecto ab Hercule: qui in cælo est astrum.

Ormosissima: In Catullam quæ cum ob elegantiam formæ a multis appeteretur: habebatur uilissima: optat poeta ut aut minus formosa fiat ne a tot appetatur: aut magis pudica ne sit uilis.

Emporibus: Reddit rationem Flacco miranti quare in pristinam dignitatem Roma restituta a Domitiano: non adsint quoque antiquorum poetarum ĩgenia: quia scilicet desunt Mecœnates qui dent munera. Cedat: uincatur magnificentia.

Detonsis epaphæresim capillis:
Barbatus mihi tonsor est reuersus.

Ad Eundem de leone.

Auditur quantum massyla per auia murmur:
Innumero quotiens silua leone furit.
Pallidus attonitos ad plena mapalia pastor:
Cum reuocat tauros: & sine mente pecus.
Tantus in ausonia fremuit modo terror harena:
Quis non esse gregem crederet: unus erat.
Sed cuius tremerent ipsi quoque iura leones:
Cui diadema daret marmore picta nomas.
O quantum per colla decus quem spargit honorem:
Aurea lunatæ cum stetit unda iubæ.
Grandia quam decuit latum uenabula pectus:
Quantaque de magna gaudia morte tulit.
Vnde tuis libye tam felix gloria siluis:
A cybeles nunquid uenerat ille iugis.
An magis herculeo germanice misit ab astro:
Hanc tibi uel frater uel pater ipse feram:

In Catullam.

Formosissima quæ fuere uel sunt:
Sed uilissima quæ fuere uel sunt.
O quam te fieri catulla uellem:
Formosam minus: aut magis pudicam.

Ad Flaccum.

Temporibus nostris ætas cum cedat auorum:

Cũ ſuo duce:Domitiano. Tanta tuba:quanta cecinit Virgilius. Tityrus:perſona ſumpta eſt a Theocrito & Virgilio.Id aũt ſignificat hircũ magnũ lingua libyca ſi Probo credimus:ſed Straboni placet tityros fuiſſe Bacchi ſacerdotes:ut Silenos:ſatyros:bacchas:lenas thiades:minalones:nayades:nymphas. Tityrus autem carmine hoc eſt Virgilius. Miſeræ cremonæ:alludit ad carmen Virgilii:Mantua ue miſeræ nimium uicina cremonæ.

Mecœnas:fuit ordinis equeſtris:& a tuſcis regibus ducebat originem. Alexis:fictũ nomen:ita enim non appellabatur ſed dicebatur Alexander:ſed ut carmi conueniret nomen eſt mutilatum:& cum poeta laſciuũ carmen ſcribit in hunc appellat ſe Coridoné. Domini:Virgilii. Marmorea:candida in ſpeciẽ marmoris. Pĩguis galathea: id eſt pingue carmẽ de galathea. Attonito:amore Alexis. Teſtylis:nomen mulieris:cuius & Virgilius & Theocritus meminit Excidit:ex animo diſceſſit. Arma uirumque:alludit ad carmen Virgilii. Qui modo uix culicem opere:quod extat:ubi culicis paſtoris morté deflet. Rudi ore: impolito carmine. huius meminit Papinius:Ante annos culicis maroniani. Varros: qui téporibus Cæſaris habuit quem amaret. Marſus: amauit Melenem.

Creuerit & maior cum duce roma ſuo.
Ingenium ſacri miraris abeſſe maronis:
Nec quenquam tanta bella ſonare tuba.
Sint mecœnates:non deerunt flacce marones:
Virgiliumque tibi uel tua rura dabunt.
Iugera perdiderat miſeræ uicina cremonæ:
Flebat & abductas tityrus æger oues.
Riſit tuſcus eques:paupertatemque malignam
Reppulit:& celeri iuſſit abire fuga.
Accipe diuitias:& uatum maximus eſto:
Tu licet & noſtrum dixit alexin ames.
Aſtabat domini menſis pulcherrimus ille:
Marmorea fundens nigra phalerna manu.
Et libata dabat roſeis carcheſia labris:
Quæ poterant ipſum ſollicitare iouem.
Excidit attonito pinguis galathea poetæ:
Theſtylis & rubas meſſibus uſta genas.
Protinus italiam concepit & arma uirumque:
Qui modo uix culicem fleuerat ore rudi.
Quid uaros marſoſque loquar:dictataque uatum:
Nomina:magnus erit quos numerare labor.
Ergo ero uirgilius ſi munera mecœnatis:
Des mihi.uirgilius non ero marſus ero.

Ad Cæſarem. Do.

Magna licet totiens tribuas maiora daturus:
Dona:ducum uictor:uictor & ipſe tui:
Diligeris populo non propter præmia cæſar:
Propter te populus præmia cæſar amat.

Agna: Congiarium ter dederat Domitianus:quod ne uideatur feciſſe ut alienos populi animos conciliaret:ea eni ferme de cauſa congiarium dari ſolebat:poeta ait non allici populum ad amoré imperatoris muneribus: ſed allici ad amorem munerum dignitate imperatoris qui donat. Non propter præmia:id eſt congiarium. Totiens:te uictor. Ducum:qui omnes duces uincis. Et uictor tui:ille ſe ipſũ dicitur ſuperare:nihil agit præter rationem:& appetitum domat.alibi:Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores.An uictor ſui ipſius Domitianus:quia iam non habet cum quibus contendat: ſed ſecum certat:& ſe quottidie ſuperat uirtute:quod & de Craſſo ſcribit Cicero:qui quotiens dixit alios ſuperauit eo die ſe ipſum.

Res habuit: Picens adeo senex erat: ut condito tumulo suo expuerit: tres dentes ceciderunt in sinu. Nouissima fragmenta: id est ultimos dentes. Picens: item apud Iuuenalem: Tum Picens accipe dixit. Laxi oris: eneruati & languentis. Licet: conceditur Praestitit officium: quia sepeliuit ipse suos dentes.

Vm tibi: Artemidorus nomē compositū est: significatque Dianæ donū: quo nomine erat superbus & elatus: at poeta ait cum crassas habeat lacernas: non modo Artemidorum: sed sagarim posse appellari a sagis: hoc est uestibus uilioribus quas gestabat.

De Picente.

Tres habuit dentes pariter quos expuit onnes:
Ad tumulum picens dum sedet ipse suum.
Collegitque sinu fragmenta nouissima fracti
Oris: & aggesta contumulauit humo.
Ossa licet quondam defuncti non legat hæres:
Hoc sibi iam picens præstitit officium.

In Artemidorum.

Cum tibi tam crasse sint artemidore lacernæ:
Possum te sagarim iure uocare meum.

In Luscum furem.

Aspicis hunc uno contentum lumine: cuius
Lippa sub attrita fronte lacuna patet.
Ne contemne caput: nihil est furacius illo:
Non fuit austolici tam piceata manus.
Hunc tu conuiuam cautus uitare memento:
Tunc furit: atque oculo luscus utroque uidet.
Pocula solliciti perdunt ligulasque ministri:
Et latet in tepido plurima mappa sinu.
Lapsa nec a cubito subducere pallia nescit:
Et tectus lænis sæpe duabus abit.
Nec dormitantem uernam fraudare lucerna
Erubuit fallax: ardeat illa licet.
Si nihil inuasit: puerum tunc arte dolosa:
Circuit: & soleas surripit ipse suas.

Spicis: In Luscum furacem: quem ad furta duos oculos habere ait. & iocatur dum singula eius furta commemorat.

Lacuna: concauitas oculi euulsi. Lippa: stillans & manans. Ne contemne caput: quia habebat unum oculum. Autolyci: Autolycus filius Mercurii fur notissimus: Eleonem oppidum Parnassi ut Homerus & Crates scribunt: tenuit: cū pxima loco furto ī festaret. Sectius scribit Autolycū non potuisse tenere Eleonē in parnasso: cum illic non sit Eleo oppidum: sed Neo. Tam piceata: quia capit qcquid attingit: ut pix: tunc cum est conuiua. Ligula: instrumentum argenteum est: de qua in distichis.

Subducere: subfurari.

Fraudare uernam lucerna: id est non erubuit eripere lucernam uernæ. Soleas: sensus est si non potest furari aliquid alienū furantur soleas puero suo quas commisit custodiendas: nam cœnaturi deponebant soleas. alibi: Depo sui soleas affert ptinus ingens. Puerū: seruū suū. Arte dolosa: id ē furto.

In Claudiam.

Summa palatini poteras æquare colossi:
Si fieres breuior claudia sexquipede.

Vmma: Claudiā tantæ magnitudinis esse ait: ut si uoluerit esse par colosso Domitiani: eam oportet sic esse minorem sexquipede. Tam portentosæ magnitudinis fuerunt apud antiquos: Gabara nouē pedum: Pusio & Secundilla nouem pedum cum dimidio. Aequare: par esse. Colossi pallatini: de statua equestri Domitiani: quæ erat iuxta pallatium: potes & de colosso apollinis intelligere: qui fuit erectus ab Augusto in parte pallatii. Sexquipede: pede uno cū dimidio: de sexquiliora: sexquiplaga: sexquipede alibi diximus.

Iuet Carinus: In Carinum inuidū: qui uirtuti non inuidebat: sed uel exiguis diuitiis nunc rumpebatur Martiale possidente mulū suum & suburbanū: cum ille eēt ditissimus: imprecatur poeta tātæ inuidiæ ut ipse possideat mulum & suburbanū: hoc ē ad eandem deueniat conditionē. Carinus contrariū nomen est inuidenti. nā Carinus significat lætū. Liuet: rumpitur inuidia: inuidere liuentis est. Vnde pendeat: id est unde se suspēdat. hic enim exitus est inuidi. Et cedro perunctus: id est oleo cedrino: nam ut preciosi libri & bona carmina serua bantur. Rus æstiuum: id est rus ad æstiuandum. Mulis: non ut ante conductis sed meis. & mulum conductum scribit Oratius in sermonibus. Opto habeat mulos & suburbanum. i. opto amittat diuitias quas habet: & sit nostræ conditiōis ac fortunæ: cui inuidet. i. sit pauper.

In Carinum.

Liuet carinus: rumpitur: furit: plorat:
Et quærit altos unde pendeat ramos:
Non iam quod orbe cantor & legor toto.
Nec umbilicis quod decorus & cedro:
Spargor per omnes roma quas tenet gentes.
Sed quod sub urbe rus habemus æstiuum:
Vehimurque mulis: non ut ante conductis:
Quid imprecabor o seuere liuenti?
Hoc opto mulas habeat & suburbanum.

De Picente.

Scribit in auersa picens epigrammata charta:
Et dolet: auerso quod facit illa deo.

De Aulo.

Thestylon aulus amat: sed nec minus ardet alexim:
Forsitan & nostrum sic Zacinthon amat.
I nunc & dubita uates an diligat ipsos:
Delicias uatum cum meus aulus amet?

In Clytum.

Vt poscas clyte munus exigasque:
Vno nasceris octies in anno.
Et solas puto tres ue quattuor ue
Non natalitias habes calendas.
Sit uultus tibi lenior licebit:
Tritis littoris aridi lapillis.

Cribit: Consules & duces in charta transuersa scribebāt: auctor ē Tranquillus. sed scribere hic ī charta aduersa: ut puto accipitur pro eo quod ē scribere in pagina & in tergo. Picēs tam longa scribebat epigrammata: ut & tergū impleret: neque placebat: poeta ait non esse mirandum: si cum in charta aduersa scribat: aduerso quoque deo faciat uersus: designans loquacitatem Picētis. Aduerso deo: id est nulla gratia. nam illi scribunt carmina deo aduerso: qui non placent. alibi: Carmīa quod scribis musis: & Apolline nullo.

Hestylon: Aulus is tātum uatibus blandiebatur: quorum pueros amabat: hoc prodit Martialis. Thestylon: puerum Voconii. Delitias uatum: qui sunt delitiæ poetarum.

T poscas: Mittebantur munera amicis: cum diem natalem celebrabant: Clytus ut frequentiora munera colligeret: nouies celebrabat diem suum natalem in anno: poeta monet nisi destiterit tam multos natales celebrare: se non putaturum eum esse semel natum: hoc est non missurum uel semel munus. Nasceris: diem natalem celebras. Non natalitias calendas: id est singulis mensibus celebras natalem: exceptis tribus uel quattuor. Tu nobis uideris senex: cum celebraueris totiens natalem. Licebit: quamuis.

Moro caduco: præmaturo: ut supra. Massam: metam: Alligati: coagulati. Cruda innupta. Sit pudor: pudeat te. Modus finis. Nasci semel: unum tantum celebrare natalem in anno. Non putabo te natum semel: id est ne ipso q uidem die natali munus mittam.

Ic ubi: Domitianus auctore Tranquillo post uictoriam sarmaticam cũ multos arcus cum quadrigis & insignibus triumphorum per regiones urbis erexisset: maximum si bi poni uoluit: hunc celebrat poeta carmine. Fuit etiam conditum tẽplum Fortunæ reducis: quod reducem seruasset imperatorem. Fortuna uariis nominibus templa habebat: nam erat ædes fortunæ reducis. & ut Plutarchi uerba ex quæstionibus recitemus: Euelpedis atropeæ, p togeniæ uiscatæ: Breuis hæc condita est Seruio tullo. Erat & templum malæ fortunæ in æsquiliis. Felix area: locus paratus ad ædificandum: Vel felix: id est ampla. Vel quia conditum postea illic templũ Iubar: radios. Arcus ouans: triumphalis. Stat erectus est. Gemini currus: Nam arcus habebant quadrigas: uel propter duplicem triumphum: quẽ hactenus reportauerat ex dacis. Ipse aureus: id est statua Domitiani aurea: Non enim passus est poni sibi statuam nisi auream: & argenteam ut Tranquillus tradit. Sufficit: par est. Immensis iugis: quadrigis. Vrbem Martis: dei bellorum. Hos aditus: id est triumphales: id est ut imperatores agãt tales triumphales.

Sit moro coma nigrior caduco
Vincas mollicie tremente plumas.
Aut massam modo lactis alligati:
Et talis tumor excitet papillas.
Quales cruda uiro puella seruat:
Tu nobis clyte iam senex uideris.
Tam multos quis enim fuisse credat:
Natales priami ue nestoris ue:
Sit tandem pudor & modus rapinis:
Quod si ludis adhuc: semelque nasci:
Vno iam tibi non sat est in anno:
Natum te clyte nec semel putabo.

Ad Domitianum.

Hic ubi fortunæ reducis fulgentia late:
  Templa nitent: felix area nuper erat.
Hic stetit arctoi formosus puluere belli:
  Purpureum fundens cæsar ab ore iubar:
Hic lauro redimita comas & candida uultu:
  Roma salutauit uoce manuque ducem.
Grande loci meritum testantur & altera dona:
  Stat sacer edomitis gentibus arcus ouans.
Hic gemini currus numerant elephanta frequenter:
  Sufficit immensis aureus ipse iugis.
Hæc est digna tuis germanice porta triumphis:
  Hos aditus urbem martis habere decet.

De Consf. Silii.

Augusto pia tura uictimasque:
Pro nostro date silio camœne.
Bissenos iubet en redire fasces.

Vgusto: Silius poeta tertium consulatum accepit a Domitiano: comparat eum poeta consulem tertium cum Pompeio: qui tres consulatus gessit: & decus Silli anteponit rebus omnibus quas tribus illis consulatibus gessit Pompeius: hac una ratione: quoniam Domitianus dederat tertium consulatum longe maior senatu & Cæsare: qui dederunt tres consulatus Pompeio. Augusto: Domitiano. Bissenos fasces: consulatum.

Noto consule:id est ad Siliū qui bis fuerat consul. Sonare:pulsare. Nobili uirga: fores a magistratibus uirga lictorū pulsabant. Papinius de conuentu ad Stellam: Et multa pulsantur limina uirga. Liuius in sexto ab urbe:Forte accidit ut lictor Sulpitii cū is de foro domū se reciperet:fores ut mos est uirga percuteret. Plinius i.vii. naturalis historiæ scribit Pompeiū consulē prohibuisse lictorē pulsare fores Possidonii ueneratione tanti uiri.
Purpura felix : Pompeii. Tertiusque consul.i.tertius consulatus. Quod optet : id est ut optet datum fuisse consulatum a te. Numerare : consulatus sic datos a Domitiano. Ianus pacificus:id est annus. Quorum pacificus: ter ampliauit : iunge cum inferioribus:ut referas ad consulatus Silii. Pacificus : ad differentiam pompeianorum :qui in armis uersati sunt:id est Silius mauult sic:id est sine bellis numerare suos consulatus frequentes:hoc est sæpe tales habere : quorum nomina Ianus pacificus ter ampliauit:nam ter consul fuerat
Oras quinque:Cecilianum intempestiuum conuiuam accusat:q inuitatus debebat ad nonam horam uenire : nam tunc cœna parabatur : imperat extructos frāgere nona toros : sed ante quintā properauerat:monet ut celerius etiam ueniat : uel serius nona:ita enī non cœnabit. Puer nunciat :nā pueri nunciabant horam dominis. Raucæ cæræ: id est libelli forenses. Distulerint uadimonia:peregerint iudicia : nam tertia hora in foro uersabantur. Feras floralitias:feræ ab ædilibus paratæ ad aliquem ludū lassabātur q̃rta hora usque in quintā ad iugum patritiū:ubi florales ludi exercebātur:uel quia mēse aprili prætores ludos edebāt feris ad megalesia:quo tempore & floralia fiebant:unde floralitiæ feræ dicuntur:hoc est editæ in spectaculum eo mense quo floralia agebantur. hæc una sententia mihi placet. Calida: id ē cocta utebantur in conuiuio. Alget:id est est sine igne. Nudo foco:carente lignis.
Sero:uel post nonam:uel sero præcedentis diei:nam ita quoque non cœnabis.
Vis corcyræi:Laudat rus Entelli tectū lapidibus specularibus:q̃les hortos habuit Tyberius:& supra commemorauit. Corcyræi regis:alcinoi q regnauit in īsula corcyra. Vidēmia:racemi uuaꝝ. Gēma ꝑspicua.i.lapidibus specularibus. Nec tamen latet :sed cernit

Nato consule nobilique uirga:
Vatis castaliam domum sonare.
Rerum prima salus & una cæsar:
Gaudenti superest adhuc quod optet:
Felix purpura tertiusque consul.
Pompeio dederit licet senatus
Et cæsar genero sacros honores.
Quorum pacificus ter ampliauit
Ianus nomina:siluis frequentes:
Mauult sic numerare consulatus.

In Cecilianum.

Horas quinque puer nondum tibi nunciat & tum:
Iam conuiua mihi ceciliane uenis.
Cum modo distulerint raucæ uadimonia chartæ:
Et floralicias lasset harena feras.
Curre age & illotos reuoca caliste ministros:
Sternantur lecti ceciliane sede.
Caldam poscis aquam:sed nondum frigida uenit:
Alget adhuc nudo clausa colina foco.
Mane ueni potius. nam cur te quinta moretur?
Aut cur non sero ceciliane uenis?

Ad Entellum

Quis corcyræi uidit pomaria regis:
Rus entelle tuæ præferat ille domus.
Inuida purpureos urat ne bruma racemos:
Et gelidum bachi munera frigus edat.
Condita perspicua uiuit uindemia gemma:
Et tegitur felix nec tamen uua latet.

Bombicina: ex ueſte bombicina. Mulieres bombicina: uiri cœa pellucebant. Lapidibus ſpecularibus: quibus uuæ ſeruabant. Sterilis hyems: alibi ſterilis. Iubetur ferre autumnum: id eſt fructus autumnales.

Iraris: Vacerra ſignificat ſtipité ad quem alligantur equi. Vacerra item ſignificat uecordé & inſanũ. hic nomen propriũ eſt cuiuſdã qui mortuos tantú poetas laudabat: ait poeta ſe nolle laudari id eſt nolle mori: ut ab hoc laudetur. Idé uerſus eſt ſupra: ſi poſt fata uenit gloria non propero. Miraris: laudas. Non eſt tanti: id eſt non tanti facio perire ut placeam tibi: hoc eſt non tanti facio iſtam laudé: ut morte tibi placere uelim.

Vanta: Neruæ coccei ingenium & carmen laudat: qué præſtãtiſſimũ ait eſſe poetã ſi uoluiſſet aperte ſe poetam fateri: ſed præ modeſtia ſilet: aut certe tenue carmen ſcribit in quo tamen a Nerone dictus eſt alter Tibullus.

Permeſſis: ſiue pmeſſus fluuius ẽ: qui ex parnaſſo labitur: unde etiã Olmeus defluit. Verecundã ſitim: id eſt uoluit parum guſtare. Frontem pieriam: id eſt poeticam. Tenui corona: id eſt hederacea: nam poetæ heroici corona querna utebantur ꝓpterea ſi placet ſupra: dũ ſcribit ad Collinũ: O cui tarpeias licuit contingere quercus: nam ille de poetis erat coronatus a Domitiano: corona autem hederacea elegi & tenuiores poetæ utebantur. Propertius: Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona: Mi folia ex hedera porrige Bacche tua. Nec dare uela: id ẽ non ſequi famã. Nero ſcribit eſſe alterum Tibullũ Neruam. Nero enim carmina componebat: quod multis negantibus Trãquillus affirmat ex pugilaribus: quos uiderat.

Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus:
 Calculus in nitida ſic numeratur aqua.
Quid non ingenio uoluit natura licere:
 Autumnum ſterilis ferre iubetur hyems.

In Vacerram.

Miraris ueteres uacerra ſolos:
Nec laudas niſi mortuos poetas.
Ignoſcas petimus uacerra. tanti
Non eſt ut placeam tibi: perire.

De Nerua.

Quanta quies placidi tanta eſt facundia nerue:
 Sed cohibet uires ingeniumque pudor.
Cum ſiccare ſacrum largo parmeſſida poſſet:
 Ore: uerecundam maluit eſſe ſitim.
Pieriam tenui frontem redimire corona
 Contentus: famæ nec dare uela ſuæ.
Sed tamen hunc noſtri ſit temporis eſſe tibullum:
 Carmina qui docti nota neronis habet.

In Poſthumianum.

Quattuor argenti libras mihi tempore brumæ:
 Miſiſti ante annos poſthumiane decem.
Speranti plures: nam ſtare aut creſcere debent:
 Munera: uenerunt pluſue minuſue duæ.
Tertius & quartus multo inferiora tulerunt:
 Libra fuit quinto ſeptitiana quidem.

Vattuor: Argentum mittebatur in ſaturnalibus: Poſthumianus .x. ante annis ſolebat mittere Martiali quattuor argenti libras: ſed ſingulis annis tantum detraxerat ut iam non haberet hoc decem anno quod poſſet detrahere: rogat poeta ut ad quattuor libras reuertatur. Tempore brumæ: hyemis id eſt ſaturnalibus. Stare: permanere in eodé numero aut quantitate qua ſolet. Libra ſeptitiana: libra: as: pondus: aſſipondium ité erat. nam .xii. uncias ualebat. Secundo autem bello punico: cum res ad penuriam argenti redacta eſſet: patres perſoluturi ſtipendiũ militibus libram minorem eſſe uoluerunt: adeo ut ſuſtentario pondere finiretur ex duabus untiis. libra item decem quæ decem untias ualebat. Septitiana: maioris ponderis q̃ octo untiarum: bes ſeu des octo untias ſignificat.

Scutula: uasculum est: quod mensura par est octo unciis. Ad scutulam bessalem: id ē octo unciarū. Cotila: uasculū est: quis nonnulli interpretãtes carmen Homeri de medico q cibū cotila poscebat ĩ odyssea: cotilã concauitatē manus exponant. capit aūt cotila sex uncias ut supra scutula octo: Cotillus aūt collis ē idæ ut Demetrius: ex quo labūt Scamander Granicus & Esapus. Octauo ãno misisti ligulã: instr̄m argẽteū. Sextãte: duabus unciis.

Ondū: Libellum alloquitur: quem dono dat arcano amico reuertenti narbonem in galliã. Murice: purpura. i. narbo ciuitas Galliæ. Votieni: poetæ p̄ris. Annuos fasces: mg̃ratus. Quod: reuerti narbonē. Talibus uotis: non minore desiderio. Meus: libellus: ut possē sequi amicū.

Nstãti: Notū argumentū: cynthia amica Propertii uero noīe Hostia dicebat. Corinna fictū erat apd̄ Ouidi. cū puellã cæsareã uellet noĩare. duæ aūt fuerẽ Corinæ thebanæ: q̄rū utraque fuit eruditissima carmine: & propterea suam puellam appellauit Corinnam Ouidius.

Plomachus: Oplomachi dicebant q armati pugnabãt ĩ speciem iustæ dimicatiōis. οπλον arma significat: μαχη pugna: unde oplomachus: & caligula Proculū: quē ab eximia magnitudie colossū appellabat oplomacho obiecit & bis uictorē iussit iugulari. In malū medicū ē distichon: q cū oli oculis mederẽ hoĩes necabat imperitia nūc factus oplomachus id ē faciebat. Opthalmicus d r̄: q oculis mederẽ.

Vm repetit: Galli sacerdotes cybelis mortui uidebanẽ posse appellari sectis uirilibus: nup aūt q ex gallia uenerat in urbē: cū offensus lapide nocte ceci disset: nō habuit q ignoto opitularẽ: puer q molem corpis non poterat tollẽ. uespilioēs prætereūtes rogauit: ut feretro dominū susciperẽt: quod illi cadauere deposito fecerūt: qd̄ in gallos dicitur sacerdotes: inquit poeta in hunc mihi optime uidetur conuenire: ut dicamus o Galle mortue. Lingonus: lingones populi Galliæ: Dixit lingonum cum alii dixerint lingonem.

Bessalem ad scutulam sexto peruenimus anno:
 Post hunc in cotula rasa selibra data est.
Octauus ligulam misit sextante minorem:
 Nonus aculeolos in cocleare tulit.
Quod mittat nobis decimus iam non habet annus:
 Quattuor ad libras postumiane redi.

Ad Librum suum.

Nondum murice cultus asperosque:
Morsu pumicis aridi politus.
Artanum properas sequi libelle:
Quem pulcherrima iam redire narbo.
Docti patria narbo uotieni.
Ad leges iubet annuosque fasces:
Votis quod paribus tibi petendum est.
Continget locus ille: & hic amicus:
Quam uellem fieri meus libellus.

Ad Instantium.

Instanti: quo nec sincerior alter habetur:
 Pectore nec niuea simplicitate prior.
Si dare uis nostræ uires animosque thaliæ:
 Et uictura petis carmina: da quod amem.
Cinthia te uatem fecit lasciue properti:
 Ingenium galli pulchra lycoris erat.
Fama est arguti nemesis formosa tibulli:
 Lesbia dictauit docte catulle tibi.
Non me pelignus nec spernet mantua uatem:
 Si qua corynna mihi: si quis alexis erit.

In malum medicum.

Hoplomachus nunc es fueras ophthalmicus ante:
 Fecisti medicus: quod facis hoplomachus.

De Gallo lingono.

Dum repetit sera conductos nocte penates:

Recens:qui nuper uenerat. A tecta & flamminia:flamminia uia notissima est:tecta itē uia:quæ in flamminiam ducit a tecto oppido. idem uerbum est apud Tib. Macer:seruus Casus:fortuna. Inscripti:uespilones ad id munus electi. Permutatur onus:quia susce perunt gallum & reliquerunt cadauer. Galle mortue:id est hic mihi uidetur recte dici gallus mortuus:nam & gallus erat:& quamuis uiueret tamen pro mortuo ferebatur: cum id gallis sacerdotibus dicatur:alludit ex nomine galli.

Lingonus a recta flaminiaque recens.
Expulit offenso uitiatum pollice talum:
Et iacuit toto corpore fusus humi.
Quid faceret gallus:qua se ratione moueret?
Ingenti domino seruulus unus erat.
Tam macer ut minimam possit uix ferre lucernam:
Succurrit misero casus opemque tulit.
Quattuor inscripti portabant uile cadauer:
Accipit infelix qualia mille rogus.
Hos comes inualidus submissa uoce precatur:
Vt quocunque uelint corpus inane ferant.
Permutatur onus:stipataque tollitur alte
Grandis in angusta sarcina sandapila.
Hic mihi de multis unus lucane uidetur:
Cui merito dici: :mortue galle potest.

In Gallicum.

Dic uerum mihi marce dic amabo:
Nil est quod magis audiam libenter.
Sic & cum recitas tuos libellos:
Et causam quotiens agis clientis.
Oras gallice me:rogasque semper:
Durum est me tibi quod petis negare.
Vero uerius ergo quid sit audi:
Verum gallice non libenter audis.

Ad Liberum amicum.

Liber amicorum dulcissima cura tuorum:
Liber in æterna uiuere digne rosa.
Si sapis:assyrio semper tibi crinis amomo
Splendeat: & cingant florea serta caput.
Candida nigrescant uetulo crystalla falerno:
Et caleat blando moris amore torus.

Ic mihi: Festiue gallico ostendit eum male agere causas: & male scribere: nam ille poscebat ut uerum diceret: Martialis quid sentiret de se respondet eum non libenter audire uerum:id est non audire se uituperari libenter Amabo: obsecro aduerbium. Dic uerum: uerba Gallici. Sic: respondet Martialis. Verum non audis:quasi diceret si uoluero dicere uerū: non audies me libēter: nam te non laudabo.

Iber: Ad Liberum amicum pugilem: ad quem infra est epigrāma: Liber amiclæa frontem redimite corona. Hunc hortatur ad epicuream animi relaxationem: hoc est ad rosas ad amomum ad uinum. hoc enim pacto uitā fieri longiorem ostendit: & qui dimidiū ætatis ita uixerit:plus temporis uixisse quam dii dederint. Liber:nomen propriū. Aeterna rosa:id est in pпetua uoluptate. Splendeat:niteat. Amomo:nā crines spargebantur amomo assyrio. Nigrescat: nam falernum nigrum erat. Caleat amore:nullum enim conuiuium aut hic:aut Oratius: aut qcunque Epicurum sectatur sine amorum delitiis celebrat. Vita est facta longior:id est producta est uita huic qui tali uoluptate fruitur.

Qui sic uel medio finitus uixit in æuo:
Longior huic facta est: quam data uita fuit.

De Ludis stellæ.

Quos cuperet phlegræa suos uictoria ludos:
Indica quos cuperet pompa lyee tuos.
Fecit hyperborei celebrator stella triumphi:
O pudor o pietas: & putat esse parum.
Non illi satis est turbato sordidus auro,
Hermus: & hesperio qui sonat orbe tagus.
Omnis ha bet sua dona dies: nec linea diues
Cessat: & in populum multa rapina cadit.
Nunc ueniunt subitis lasciua numismata nimbis.
Nunc dat spectatas tessara larga feras.
Nunc implere sinus secutos gaudet: & absens
Sortitur dominos: nec laceratur auis.
Quid numerem currus terdenaque præmia palmæ:
Quæ dare non semper consul uterque solet.
Omnia sed cæsar tanto superantur honore:
Quod spectatorem te tua laurus habet.

In Fabullam.

Omnes aut uetulas habes amicas:
Aut turpes: uetulisque fediores:
Has ducis comites: trahisque tecum:
Per conuiuia: porticus: theatra.

Sic: tali uoluptate. Finitus: id est mortuus. Vel medio æuo: sensus est: anni longiores q̃ dii dediderint fieri possunt uoluptatibus: numero enim dierum non terminat uitã poeta sed uoluptate.

Vos cuperet: Stella poeta celebrauit Domitiani sarmaticã uictoriã carmine. Papinius de Domitiani animo erga Stellã: Dacas quæ est gloria maior: Exuuias laurosque dabit celebrare recẽtes: non contẽtus ea laude carminis ob pietatẽ in principẽ: hoc laudatur a Mar. non sine laude stellæ quẽ diligebat. Triumphi hiperborei. i. uictoriæ sarmaticæ. Victoria phlegræa: an Iouis q gigãtes fulminauit: an potius Herculis: qd̃ placet: qui auctore Strabone gigãtes phlegræos supauit in cãpania: placet inquã hoc: quoniã hi duo triũphi Herculis. s. & Bacchi celebrant a Silio: coniũcto carmie: Silius: q̃lis odoratis descendens liber ab indis ægit pãpineos frenata trigide currus aut cũ phlegræos cõfecta mole gigãtũ Incessit cãpis tangẽs tirynthius astra. Quos ludos. i. q̃les uellet d̃ se celebrari Hercules. Põpa: idicus triũphus. Putat do mitiãus. Illi: Domitiano. Non ẽ satis: ad liberalitatẽ. Oĩs dies habet sua dona. i. spectacula. Diues linea. i. diues cauea diuitũ: & cũeus. Cessat: his spectaculis. Panaria: distribuit Domitiãus senatoribus & equitibus: plebi sportulas cũ obsonio. In sequẽti die auctore Tran. oĩs generis missilia sparsa sũt: ut etiã Papi. canit: qcqd nobiles põticis nucetis fœcũdis cadit aut iugis idumes. Cessat: qn diripiat q̃ spargũt In populũ: magna ps missiliũ cecidit i populũ. Tessera: significat cubũ ut Gellius: sed a nobis aliter exposita ẽ alibi. Tessera itẽ erat gẽus mẽsuræ: quæ i muneř pricipis maxie commemorat: ide fit ut tessera hic ꝓ muneř accipiat. tessera itẽ erat symbolũ iter milites. Auis: aues sparsæ sũt a Domitião: qd̃ olĩ egerat Nero. Papi. Inter quæ subito cadunt uolatu: Immẽsæ uolucꝝ ꝑ astra nubes. Securos: nihil curãtes. Papi. Desũt q rapiãt: sinusque pleni gaudẽt. Absẽs: libera uolãs. Sortit: designat oculis dominũ ad quẽ deuolet. Palmæ: uaria præmia ludoꝝ ꝓposita sũt a Domitião: certamia mulieꝝ: pumilionũ: curruũ: pugilũ. Vterque cons: non mõ alter sed uterque. Oĩa: hæc omĩa cãtata sunt a stella & repetita a Mar. ut adderet hoc qd̃. s. oĩa hæc superãt hac una re: ꝙ Domitiãus ea spectauerit: ꝓpterea puto potius simpliciter ĩtelligendũ epigrãma: ut dicat Stellã cecinisse hæc oĩa: sed præ pudore & modestia putare se nõ satisfecisse magnitudini reꝝ. Tua laurus. i. tua uictoria sarmatica: nã de sarmatis laureã tantũ intulit Ioui capitolino: ut scribit Tacitus.

Mnes: Fabulla cum anus esset: ne collatis puellis rugæ proderentur: uetulas semp habebat comites: eam deridet Martialis.

Sic:hoc pacto. Formosa:id est formosa uideris:aut puella:quia uideris pulchrior inter has comites.

Anctorum:Laudatur Domitianus q pugiles commiserit in theatro:repræsentat enim antiquorũ simplicitaté.nam ante armorũ usum pugnis certabant. Mori:memoria excidere. Veteres ritus:moré ueterem:mos uetus ut pugiles sine armis pugnarent:quod a lacedæmoniis acceptum fuit:profitentibus Iudi auctorem Pollucé.Lucretius: Arma antiqua manus ungues dentesque fuerũt. Sic:hoc pacto. Casa:humilis ædes. Habet numen:est in ueneratione. Sub Ioue tã culto.i.sub Ioue capitolio culto tua magnificentia.

Casa:Iouis antiq erat in capitolio uetere ut Varro.

Renouas quæ sunt:præsentia sæcula. Quæ fuerunt.i.prisca & antiq.

On:Gellia uniones tã pdite diligebat ut negaret se ãplius uicturã:si eos amitteret:optat manũ furacé Annei Sereni:ut unionibus subreptis Gellia occidat. Sacra mystica dĩdimenes.i.Cybeles:per cuius sacra antiq iurabãt:ut supra:Iuro p berecynthios furores.Dindimene ,p,prio noie:postea Cybele:ut placet Diodoro a mõte dicit:ut Straboni & nr̃is placet. Boué:Isidé. Iuuencæ niliacæ.i.Isidis:sacra Isidis romæ erãt & per eã iurabãt:ut supra dixius in eũ locũ Iuro p syrios tumores. Vniones:grandiores margarithæ appellatæ sũt bello iugurthio a rõanis tãtũ:ut Helius scribit.

Acrius:uehemẽtius. Duobus natis:filiis. Annei sereni:sũt q hũc dicãt lique fecisse unioné aceto in cœna Cleopatræ:sed falsũ é ipsa.n.cleopatra eos lique fecit aceto:qđ & Esopus histrio fecerat:ut luxũ oĩum mortaliũ superaret:expertus an unioés palato eént grati:ego Anneũ Serenũ furem intelligo:quod nomen conuenit.Nam Tacitus scribit Anneum Serenum damnatum repetondarum.

Ante:Hoc epigrãmate ĩperatori assentat:q poetis fauebat. Deũ:te Domitiane. Rebus:admĩstratione imperii. Parua:exilia.deprimit.n.se. Libellos querulos:epithetum libellorum.nam eiusmodi libelli:aut paupertaté:aut aliquid aliud conqueruntur.

Sic formosa fabulla:sic puella es.

Ad Domitianum.

Sanctorum nobis miracula reddis auorum:
Nec pateris cæsar sæcula cana mori.
Cum ueteres latiæ ritus renouantur harenæ:
Et pugnet uirtus simpliciore manu.
Sic priscis seruatur honos te præside templis:
Et casa tam culto sub ioue numen habet.
Sic noua dum condis reuocas auguste priora:
Debentur quæ sunt:quæque fuere tibi.

In Gelliam.

Non per mystica sacra dyndimenes:
Nec per niliacæ bouem iuuencæ.
Nullos denique per deos deasque:
Iurat gellia:sed per uniones:
Hos amplectitur:hos deosculatur.
Hos fratres uocat:& uocat sorores:
Hos natis amat acrius duobus.
His si quo careat misella casu:
Victuram negat esse se nec horam.
Heu quam bene nunc papiriane:
Annei faceret manus sereni.

Ad Domitianum.

Dante tibi turba querulos augustæ libellos:
Nos quoque qđ domino [carmina] parua damus.
Posse deum rebus pariter musisque uacare:
Scimus:& hæc etiam serta placere tibi.
Fer uates auguste tuos:nos gloria dulcis:
Nos tua cura prior deliciæque sumus.

Non quercus te sola:an hoc dicit non quercus: id est corona querna de ciuibus seruatis. & amplificato imperio conuenit tibi:an refert hoc ad carmen heroicũ:quoniã heroici poetæ corona querna cingebant:quod Iuppiter uaticinat apud Silium. Huic sua musæ sacra ferent meliorque lira cui substitit hebrus:Cui uenit Rhodope Phœbo mirãda loquet Idem Quintilianus testatur in.x.ut sit sensus:Carminis heroici laus non te sed & corona tenuiorum poetarum:qualis sum hederacea tibi conuenit. Quintilianus:Nos tamẽ sacra litterarũ colentes feras Cæsar:si taciti præterius Virgiliano uersu testat. Inter uictrices hederã tibi serpere lauros. Distinguat potius hoc pacto. Non quercus.i.non corona querna: de seruatis ciuibus. Nec laurea phœbi:id ẽ nec laurea maiorum poetarũ sola decet te. Fiat nostra ciuica .i. fiat corona de nobis tenuioribus poetis seruatis ex hedera: nã ex hedera ut diximus coronabãt tenuiores poetæ. Propertius: Ennius hirsuta cingat sua dicta corona:Mi folia ex hedera porrige Bacche tua.

Non quercus te sola decet:nec laurea phœbi:
　Fiat & ex hedera ciuica nostra tibi.

Liber Nonus.

QVæ mihi toranni frater carissime: epigramma extra ordinem paginarum est ad Stertinium clarissimum uirum scripsimus: q imaginem meam ponere in bibiliotheca sua uoluit. De quo scribendũ tibi putaui: ne ignorares auitus iste quis uocatur. Vale & para hospitium.

Ad Auitum.

Non te celabis sublimi pectore uates:
　Cui refert serus præmia digna cinis.
Hoc tibi sub nostra breue carmen imagine uiuat:
　Quam non obscuris iungis auite uiris.
Ille ego sum nulli nugarum laude secundus:
　Quem non miraris:sed puto lector amas.
Maiores maiora sonent:mihi parua loquuto:
　Sufficit in uestras sæpe redire manus.

De Templo flauiæ gentis.

Dum Ianus hyemes domitianus autunnos:
Augustus annis commodabit æstates.

On Te celabis: Stertinius: quẽ alio noĩe Auitũ appellat: imaginẽ Mart. ĩ bibliotheca collocauerat. Auctorũ olim imagĩes: aut in æde camœnarũ:aut in priuatis bibliothecis collocabãt. L. Actius poeta maximã sibi statuã posuit ĩ æde camœnarũ:cũ ipse breuissimæ eẽt staturæ. & a studiosis tãtũ hæ imagines collocabant ut quisque nomẽ auctoris diligebat:sed multi labẽtibus moribus romãis: cum nullã operam uirtuti præstarẽt non uerebãt auctorũ imagĩes penes se hr̃e. Inde exit illud satyricũ:q̃q̃ plena oĩa gypso Crisyppi inuenias. Mart& agit gratias Stertinio & edit carmẽ subscribẽdũ statuæ suæ Non te celabis.i.non latebis apd̃ posteros:& non indiges imagine. Non obscuris.i.nobilibus. Laude nugarum.i.iocorum & tenuioris carminis.

Vm Ianus:Flauiæ gentis templum condidit Domitianus: huius meminerunt Eusebius & Tranquillus & Papinius:Et quæ tibi templa dicamus Ipse colas. Vaticinatur poeta templum hoc fore perpetuum:sed diuturnitatem ex his rebus colligit: quibus principi assentatur. Luce romana:id est imperio romano. & Papinius:Stabit dũ terra polusque:dum romana dies. Dum Ianus accommodabit hyemes: id est dum erit Ianuarius. Dum Domitianus autumnos:Nam october mẽsis dictus Domitianus: quod eo natus sit:appellatus etiam Germanicus september:a cognomento Domitiani:qui deuicerat Germaniam. Dedit autem nomen Domitianus:quoniam eo mense susceperat imperium. Dum lux germanicarum calendarum :id est mensis septembris.

Rheni famuli: id est germanorum famulorum: & Germaniæ deuictæ. Iuliæ nomen: inter deas rettulit Iuliam neptem: quam perdite amauerat Domitianus: eique sacra instituit singulis annis. Dulce numen: dulce id est gratiam Domitiani.

Auper: Huius generis amicos reprehendit Iuuenalis: qui cum amicæ multa donent: pauperem amicum negligũt: optat talem amicum fieri sacerdotẽ Cybeles: nã uirilia ipsa tantæ ingratitudis causam afferunt. Cũ sis paup amicitiæ: id est pauper i amicum.

Dum grande famuli nomen asseret rheni:
Germanicarum magna lux calendarum.
Tarpeia summi saxa dum patris stabunt:
Dum uoce supplex: dumque ture placabit.
Matrona diues dulce iulium numen:
Manebit altum flauiæ decus gentis.
Cum sole & astris cunque luce romana:
Inuicta quicquid condidit manus: cælum est.

In Lupum.

Pauper amiciciæ cum sis lupe: non es amice:
Et queritur de te mentula læsa nihil.
Illa siligineis pinguescit adultera cunnis:
Conuiuam pascit nigra farina tuum.
Incensura niues dominæ setina liquantur:
Nos bibimus torti pulla uenena cadi.
Empta tibi nox est fundis: non tota paternis:
At sua desertus rura sodalis arat.
Splendet erythreis perlucida moecha lapillis:
Ducitur addictus te futuente cliens.
Octo syris suffulta datur lectica puellæ:
Nondum sandapilæ pondus amicus erit.
I nunc & miseros cybele præcide cinædos:
Hæc erat hæc cultris mentula digna tuis.

Ad Domitianum.

Quantum iam superis cæsar cæloque dedisti:
Si repetas: & si creditor esse uelis.
Grandis in æthereo licet auctio fiat olympo:
Coganturque dei uendere quicquid habent.
Conturbabit atlas & non erit uncia tota:
Decidat tecum qua pater ipse deum.

Siligineis cunnis: ex siligine priapi fiebãt & inguina etiã muliebria. Siligineus priapus in distichis est his uersibus: Si uis eẽ satur nostrũ potes esse priapũ: Ipse licet rodas inguia purus eris. Cunnis siligineis. i. cunnis factis ex siligie siligo præstãtioris farinæ genus est: ex qua gratiores panes & faciliores ad concoctionem auctore Celso huius panis etiã meminit Iuue. In Virrone. Pingue scit: fit pinguis. Incensura niues: quæ uidebant incendere niues: nã niuibus quæ erãt in delitiis colabatur uinũ. Incẽsura aũt apta metaphora ab igne: Nã falernũ rubens ardere uidetur & incẽdere niues: p quas colo niuario attenuatur. Pulla uenena. i. uina nigra. Cadi torti: appellat cadũ tortũ amphoram habentẽ uinũ expressũ torculari ad fæcẽ. Nox est empta: non tota: qa nõ mansisti tota nocte cum amica. Non sua rura: sed aliena. Lapillis erythreis. i. unioĩbus. Addictus: id ẽ annexus: Annexus dr̃ qui ære alieno alicui addictus ẽ. Addicere aũt ẽ uerbũ prætoris solẽnc cũ aliquem condẽnaret: tamen ducitur a creditore. Sub fulta: gestata. Octo syris: id est seruis: id ẽ Octophorum. Præcide: castra. Tuis cultris: ut abscindantur: cum tot mala inde eueniant.

Vantum: Recensentur hoc epigrammate ædificata opera a Domitiano plura quã historia tradiderit: uel Eusebii: uel Tranquilli. & ait poeta cælum tantum debere Domitiano: ut non posset uno die soluere. Conturbabit: totũ cælũ: ut supra dictũ est. Decidat: decertet: computet tecũ: & summam faciat. Auctio: subhastatio cæli.

Capitolinis templis:hoc dicit quia templum Ioui cuſtodi erexit. Tarpeiæ frondis: hoc dicit propter capitolium:quod incenſum inſtaurauit. Frondé auté tarpeiá rettulit ad laurum:quæ in capitolio erat iuxta quercum unde coronæ certaminibus dabātur. alibi: Tarpeias Diodorus ad coronas:O cui tarpeias licuit contingere quercus. Matrona tonātis: Iuno pro geminis culminibus. Pallada:Domitianus templum Palladis chalciœcæ erexit. Tuas res agit:nam Pallas erat numen familiare Domitiani. Alcidé:templū Herculis. Pios laconas:id é Caſtorem & Pollucem:q mutua pietate alterni uiuunt in cælo. Tempia flauia:id eſt gentis flauiæ quæ condidiſti tu. Ad forum latium erat ſtatua equeſtris Domitiani iuxta templa flauiæ gentis. Expectes & ſuſtineas:id é differri patiaris.

P ro capitolinis quid enim tibi ſo luere templis?
  Quid pro tarpeiæ frondis honore poteſt?
Quid pro culminibus geminis matrona tonantis?
  Pallada prætereo:res agit illa tuas.
Quid loquar alcidem:phœbumque pioſq; laconas?
  Addita quid latio flauia templa polo?
Expectes & ſuſtineas auguſte neceſſe eſt:
  Nam tibi quod ſoluat:non habet arca iouis.

In Aeſchilum.

Vreolis: Aeſchilus cū ad Gallam metricem iret:cogebatur dar̄ denos aureolos:aliis aut duos: Aut quattuor ſoluentibus nam fellabat Galla irrumātem Aeſchilum. Qui fellat loqui non poteſt: ex hoc iocatur poeta:ut alibi Si te pendero Gargili tacebis. Si totidem addideris:id eſt duos. Tacet: qa tu irrumas:ergo cum ſit ꝓſtituti pudoris: uendit incommodū non pudoré: afficitur aūt incommodo dum fellat: qa loqui non poteſt. Quid ergo? interrogantis.i. quare cum ſit proſtituti pudoris: exigit tantum? Tacet: reſpondet Mart. id eſt non pudorem tibi uendit tanti: ſed tacendi īcommodum: nā cogitur ſilere: & ita feſtiue īdicat Aeſchilum irrumatorem.

Aureolis futui cum poſſit galla duobus:
  Et pluſquam futui ſi totidem addideris.
Aureolos a te cur accipit æſchile denos?
  Non fellat tanti gallia:quid ergo:tacet.

In Paulam.

Nubere uis priſco:non miror paula ſapiſti:
  Ducere te non uult priſcus:& ille ſapit.

Ad Domitianum.

Tibi ſumme rheni domitor & parens orbis:
Pudice princeps gratias agūt urbes.
Populos habebunt. parere iam ſcelus non eſt.
Non puer auari ſectus arte mangonis.
Virilitatis damna moeret ereptæ:
Nec quam ſuperbus computet ſtipem leno:
Dat proſtituto miſera mater infanti.
Qui nec cubili fuerat ante te quondam:
Pudor eſſe per te cœpit & lupanari.

Ibi: Promulgata lege a Domitiano: ne ſpadones fierent infandæ libidinis diuerticulum inuentum:nā pueri intra ſeptimum annum proſtituebantut:quod imperator edicto prohibuit:hoc laudatur a poeta. Domitor rheni: id eſt o germanice. Pudice:quia adulteria prohibuiſti. Non eſt ſcelus parere:ſcelus uidebatur eſſe parere filium:aut proſtituendum:aut caſtrandum:aut certe parere ex adulterio. Sectus puer:ſpado factus. Leno:qui conducebat infantes proſtituendos a matribus. Lupanari: in lupanari erat libertas:ut poſſet ſe unuſquiſque proſtituere:ſed tu illic quoque noluiſti licere omnia. Cubiculis:uxoribus:quia erant ante te promiſcua adulteria. Lupanari: i d eſt noluiſti eſſe in lupanari infantes proſtitutos.

Icere. Reduci: reuerso incolumi. De libycis gentibus: e libya. Non uacat: occupatus est: id ē satis est me uenisse ter & q̄ter. Non uis auere: tanq̄ unius. Vale: ut mortuus Anq̄. Idem argumentum. Raptus ab ubere. i. intra septimū annū. In uagitu: hoc di cit in cōmiseratione pueri: qui non sentiebat coitū. Sexus nr̄i: uirilis. Prostituisse: publice mares. Immatura: libidine. Pœnas infandas: cruciabantur enim libidine uirorum: Ausonius pater: Domitianus. Ephebis: pueris. Sæua libido: uirorum: qui uolebant habere eos in delitiis.

In affrum.

Dicere de libycis reduci tibi gentibus affer
Continuis uolui quinque diebus aue.
Non uacat aut dormit dictum bis terque reuerso
Iam satis est: non uis affer auere: Vale.

Ad Domitianum.

Tanquā parua foret sexus iniuria nostri
Fedandos populo prostituisse mares.
Iam cunæ lenonis erant: ut ab ubere raptus
Sordida uagitu posceret æra puer.
Immatura dabant infandas corpora pœnas:
Non tulit ausonius talia monstra pater.
Idem qui teneris nuper succurrit ephœbis
Nec faceret steriles sæua libido uiros.
Dilexere prius pueri iuuenesque senesque:
At nunc infantes te quoque cæsar amant.

Ad Bithinicum.

Nil tibi legauit fabius bithinice: cui tu
Annua: si memini: millia sena dabas.
Plus nulli dedit ille: queri bithinice noli:
Annua legauit millia sena tibi.

In Cantarum.

Cœnes cantare cum foris libenter:
Clamas & maledicis & minaris.
Deponas animos truces monemus:
Liber non potes: & gulosus esse.

In paulam.

Nubere uis prisco: non miror paula sapisti:
Ducere te non uult priscus: & ille sapit.

De Earino domitiani.

Nomen cum uiolis rosisque natum
Quo pars optima nuncupatur anni

Il tibi. Bithynnicum captatorem deridet: qui quot annis Fabio orbo & diuiti sena milia donabat: moriens Fabius nil reliquit Bithynnico: at. M. tibi sena milia reliquit: quia scilicet non dabis amplius quæ solebas dare uiuo. Legauit: reliquit tibi testamētum. Ille: Fabius. Dedit reliquit: quia reliquit illa annua sena milia quæ dabas.

Oenes. Cantarus & alienas sectabat cœnas: & omnes carpebat: monet Martialis: ut assentet: si uult gulæ seruire. Foris apud alium. Liber: liberi animi.

Vbere. Paula uolebat nubere prisco diuiti: sapit inquit Martialis: at priscus eam meretricem renuit: minus etiam ipse sapit. Sapisti: cepisti consilium bonum.

Omen. Earinus libertus fuit Germanici: qui pocula Imperatori miscebat: spado paucis diebus ante legem promulgatam de eunuchis. Dicitur autem Earinus quasi uernalis: nam ἔαρ græce: latine uer. mediam syllabam ita corripit: ut & tertiam & primam: adeo ut numeris carminis inseri non possit hoc conqueritur Martialis q̄ cum uelit nominare Earinum non possit. Nomen: Earinus: natus a uere Quo uere: nam uernalis pars optima est.

Hyblam: flores hyblæos siciliæ: nam uere & hyblam siciliæ: & hymettum atticæ aues populantur. Superbæ alitis: idest phœnicis: quæ ex surculis turis: & lignis odoratis conficit nidum. Puer Cibeles: idest Athis. Quod nomen. Parrasia: idest palatino: ab Euādro: parrasio ut Silii & Virgilii carmine alibi demonstrauimus Contumax: aduersaria uersus ē Homeri cuius initium. αρεσ αρεσ βροτολοιγε. uerba autem sunt Apollinis in Martem ubi ares in primo pede producit primam: & eadem dictio in secunda corripit: græci ergo abutuntur licētia. Tam disertis: non licet nobis latinis eadem licentia uti.

Omen. Idem argumentum. Teneri anni: idest ueris. Breue uer: idest flores uernales in hymetto. Harundine: acidalia: idest uenerea. Sua acu: mensis aprilis est dicatus Veneri: quo ver floret. Lapillis erythreis: unionibus. Gemma heliadū idest gemma sucini. Grues: quæ. V. litteram faciūt: unde uer.

I daret. Au. Idem argumentum: Oporinos significat autūnalem Chimerinos hyemalem: Thermos æstiuum.

Vnc. Gulosum amicum esse non posse ostendit: quippe qui cibos sectetur: non fidem amicitiæ. Erit noster: idest si coenem tam bene: ueniet ad me.

Hyblam quod sapit atticosque flores
Quod nidus olet alit is superbæ.
Nomen nectare dulcius beato
Quo mallet cybeles puer uocari:
Et qui pocula temperat tonanti:
Quod si parrasia sones in aula
Respondent ueneres cupidinesque?
Nomen nobile molle delicatum
Versu dicere non rudi uolebam
Sed tu syllaba contumax repugnas?
Dicunt earinon tamen poetæ
Sed græci quibus est nihil negatum.
Et quos ares ares decet sonare.
Nobis non licet esse tam disertis
Qui musas colimus seueriores:

De eodem.

Nomen habes teneri quod tempora nuncupat anni
Cum breue cecropiæ uer populantur apes.
Nomen acidalia meruit quod arundine pingi
Quod citherea sua scribere gaudet acu
Nomen erythreis quod littera facta lapillis
Gemma quod heliadum police trita notet.
Quod penna scribente grues ad sydera tollant
Quod decet in sola cæsaris esse domo

De eodem.

Si daret autūnus mihi nomen oporinos essem.
Horrida si brumæ sydera chimerinos.
Dictus ab æstiuo therinos tibi mense uocaret
Tempora cui nomen uerna dedere: quis est.

In fictos amicos.

Hunc quem cœna tibi quem mensa parauit amicū
Esse putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprum amat & mulos & sumen & ostrea: nō te.
Tam bene si cœnem: noster amicus eris.

Nſcripſit. Cloem: meretricium nomen apud Horatium ĩ carminibus: oſtendit ſeptẽ uiros necaſſe: quod illa uolens oſtendere pietatem ſuam prodidit. ſcripſit enim celebraſſe exequias ſeptem uirorum: quo teſtimonio nihil eſt apertius eam ſeptem uiros necaſſe. Celebrata. i. ſolennia & iuſta. Quid ſimplicius: ideſt quid apertius iſta confeſſione. Onſilium. Earinus miſit comam detonſam cum ſpeculo & pixide gemmata. Aeſculapio pergameo: quod ita teſtatur Papinius in tertio libro: cum Earinus petiiſſet: ut capillos ſuos quos cum gemmata pixide & ſpeculo ad pergameum Aſclepiũ mittebat uerſibus dedicarem: Nero etiam ita capillos ſuos dedicauit. Qui ſignat tempora: ideſt Earinus. Deo pergameo: ideſt Aeſculapio. Atonæ. Ad Aeſculapium de hiſdem capillis. Latonæ nepos: q̃a Aeſculapius filius phoebi filii Latonæ: Earinus pergameus erat: ut Papinius oſtẽdit Exoras: precibus rogas. Nitidum orbẽ: ideſt ſpeculum. Tuta: bene culta.

De Cloe.

Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata uirorum
Se feciſſe cloe: quid pote ſimplicius?

De coma Earini.

Conſilium formæ ſpeculum dulciſque capillos
Pergameo poſuit dona ſacrata deo.
Ille puer tanto domino gratiſſimus aula
Nomine qui ſignet tempora uerna ſuo.
Felix quæ tali cenſetur munere tellus
Nec ganymedeas mallet habere comas.

Ad Aeſculapium.

Latonæ uenerande nepos qui mitibus hærbis
Parcarum exoras penſa breueſque colos.
Hos tibi laudatos dominorum uoce capillos
Ille tuus latia miſit ab urbe puer.
Addidit & nitidum ſacratis crinibus orbem
Quo felix facies iudice tota fuit.
Tu iuuenile decus ſerua: ne pulchrior ille
In longa fuerit q̃ breuiore coma.

Ad Cæſ. Domitianum.

Eſt mihi ſitque præcor longum te præſide cæſar
Rus minimum parui ſunt & in urbe lares.
Sed de ualle breui: quas det ſitientibus hortis
Cura laboratas antlia tollit aquas.
Sicca domus queritur nullo ſe rore foueri:
Cum mihi uicino marſia fonte ſonet.
Quam dederis noſtris auguſte penatibus undam
Caſtalis hæc nobis: aut iouis imber erit.

St mihi. Domitianũ rogat: ut riuum producat domum ſuã ex aqua martia: quæ erat proxima: hoc eſt ut det pecuniam: qua poſſit aquam illam deriuare: cum nulla re indigeat niſi aqua ad domus amœnitatem: eo autem erit gratior: quoniã data a Domitiano aut ex caſtalio mõte uidebit: aut a ioue miſſa. Antlia: inſtrumentũ eſt ad aquam hauriendam nam antleo græce: latine ſignificat haurio. Laboratas: ex labore hauſtas. Foueri: irrorari.

In ſabellum.

Laudas balnea uerſibus trecentis
Cœnantis bene pontici ſabelle
Vis cœnare ſabelle: non lauari.

Audas. Sabelli gulam accuſat: qui multis uerſibus laudauerat balnea pontici: non quia probaret: ſed ut iuitaretur ad cœnam ea aſſentatione.

Aec. Natus est Domitianus ī septima urbis regione ad malum punicā: domum postea conuertit ī templū flauiæ gentis. Huius ædificii felicitas laudat̃ a poeta: alterā domū qua latuerat apud Corneliū iuxta uelabrū bello uitelliano: Ioui custodi dicauit patre imperante: casu expresso in marmore auctore Tacito: mox eidē numini consecrauit: seque in gremio collocauit. Domini: Domitiani. Quæ patet: in templū flauiæ gentis. Reptātes serpentes per humū. Hic duæ insulæ numina texerūt: Creta iouē infantē: ubi natus est: rhodos Neptunū: quē īfā-tē a Rhea mr̃e cōmēdatū: Thelechīes filii: mari: una cū Caphrina Oceani filia educarūt. Hic ī templo.

Rhodos aluit Neptunū & creta Iouē cælo: ita hæc domus aluit Domitianū ī utilitatē orbis. Curetes: ex terra orti: ut alii uolūt ab Ideis dactylis: nouē fuerūt q Iouē infantē delatū ad antꝝ sacrū lacte & melle aluerūt: domus uestigia ubi hæc acta sūt: cū nemore cupresseo extar̃ ferebat̃ ī creta tēporibus Diodori.

Semiuiri phryges: exitus huius epigrāmatis satis ostēdit Mart. loq de domo ī qua latuit ī bello uitelliano: malo tamen sentir̃ de domo natali.

Redis. Diuitias se optare ꝓfitet̃: non ea ƀ cā qua reliq optant: ad corporis. s. uoluptatē: sed potius ad munera: & ædificia quod utrūque magni uiri anio ingentē uoluptatem affert. Rogare opes a diis Vulgus: uulgares hoīes & crassa turba: idest plebei Gleba setina: idest ager setinus: unde uina optima nascuntur. Conficiat: consumat multos ligones, Ager tuscus sonet: obstrepet. Compede innumera: idest multis ergastulis: nam serui in ergastulis fodebant agros: præsertim in ætruria. Iuuenalis. Certe in lucanos aut tusca ergastula mittas. Vt maurusiaci: sed placet magis mauri libycis. Mauri orbes dicuntur mensæ citreæ rotundæ: que ex atlante monte magis æstimatione romæ fiebant tanto artificio: ut dimidiatis orbibus coniūctis commissura non appareret: historia est Plinii: sed & Strabo scribit mensas nonnunq̃ ex uno ligno mauritaniæ confici romæ. Libyci dentes dicuntur dentes elephantini qui citreas mensas sustinebant: iccirco illud in distichis quærunt: An possint libycas substituisse trabes. Lamma aurea: folium aureum. Nostris toris: idest in nostris tricliniis: nam lecti in triclinio incrustabantur lammis aureis: & argenteis: ut supra: De fulcro quam reor esse tuo. Terantur: usu: ut scilicet habeam chrystallina pocula: nam crystallina in maximo erant precio: adeo ut trulla centum & quinquaginta milibus sestertiorum empta fuerit a matrefamilias: & duo calices crystallini in delitiis Neronis fuerunt quos mortuus fregit.

Ad Domitianum.

Hæc quæ tota patet tegiturque & marmore & auro:
Infantis domini conscia terra fuit.
Felix quæ tantis sonuit uagitibus: & quas
Vidit reptantes: substinuitque manus.
Hic steterat ueneranda domus: quæ præstitit orbi
Quod rhodos astrifero: quod pia creta polo.
Cretenses texere iouem crepitantibus armis
Semiuiri poterant qualia ferre phryges.
At te protexit superum pater: & tibi cæsar
Pro iaculo & parma fulmen & ægis erat.

Ad auctum.

Artemidorus habet puerum sed uendidit agrum:
Agrum pro puero calliodorus habet.
Dic uter ex istis melius rem gesserit aucte:
Artemidorus amat: calliodorus arat.

Ad pastorem.

Credis ob hoc me pastor opes fortasse rogare
Propter quod uulgus crassaque turba rogat.
Vt setina meos consummat gleba ligones:
Et sonet innumera compede tuscus ager.
Vt mauri libycis centum stent dentibus orbes:
Et crepet in nostris aurea lamma toris.
Nec labris nisi magna meis chrystalla teratur:
Et faciant nigras nostra falerna niues.

Canuſinati.i.canuſina lana induti. Serui ditiſſimorū hominū & principū currum geſta
bant. Tranquillus de Nerone: Nunq̄ minus mille carrucis feciſſe iter tradiẗ: ſoleis mularū
argenteis: canuſinatis mulionibus. Aſſere: currus: & lecticæ ligno ꝓminēti cui ſerui colla
ſubiiciūt. Iuue. Ferit aſſere. Cato in re ruſtica aſſerculū dixit lignū non teres: ſed in latitu-
diné nominauit extentū. Linat: contaminet. Lacernas.i.habeā lacernā. Maſſileū: maſ
ſili populi libyæ: idem maſſeſili dicti ſūt: cū ſint numidæ: auctore Strabone equos habent:

Vt canuſinatus noſtro ſyrus aſſere ſudet:
Et mea ſit culto ſella cliente frequens.
Aeſtuet ut noſtro madidus conuiua miniſtro:
Quem permutatum nec ganymede uelim.
Vt lutulenta linat tyrias mihi mulla lacernas
Et maſſilleum uirga gubernet equum
Eſt nihil ex iſtis: ſuperos ac ſydera teſtor
Ergo quid? ut donem paſtor & ædificem.

Ad carum.

O cui uirgineo flaueſcere contigit auro
Dic ubi palladium ſit tibi care decus?
Aſpicis en domini fulgentes marmore uultus:
Venit ad has ultro noſtra corona comas.
Albane libare poteſt pia quercus oliuæ:
Cinxerit inuictum quod prior illa caput.

Ad eundem.

Quis palatinos imitatus imagine uultus
Phidiacum latio marmore uicit ebur:
Hæc mundi facies: hæc ſunt iouis ora ſereni:
Sic tonat ille deus cum ſine nube tonat.
Non ſolam tribuit pallas tibi care coronam:
Effigiem domini: quam colis: illa dedit.

In Afrum.

Dantem uina tuum quotiens aſpeximus Illum
Lumine nos afer turbidiore notas.
Quid rogo? quod ſcelus ē mollē ſpectare miniſtrū?
Aſpicimus ſolem: ſydera: templa: deos.

quos uirga non freno gu-
bernant. Vir. numidas in
frenos iccirco appellauit.
Silius: Hic paſſim exultāt
numidæ gens inſcia freni.
Quis iter geminas ꝑ ludū
mobilis aures Quadrupe-
dē flectit non cedēs uirga
lupatis. Aedificare & do
nare magni animi eſt.

Cui. Carus Centurio
donatus ē ab Imparo
re corona oleagina aurea.
eā enim coronam ī albano
donabat Domitianus. In-
fra. Cuius iuleæ capiti na-
ſcāẗ oliuæ: Deſtinet æthe-
reus cui ſua ſerta pr̄. Olim
ex olea dabaẗ his qui triū-
phū ꝓcurarēt. Carus igiẗ
tātæ coronæ reuerētia Do
mitiani ſtatuā magno arti
ficio effictā ea coronauit.
Auro uirgineo.i.corona
aurea palladia. Decus pal
ladiū.i.corona quā dona-
uit Domitianus. Papi. de
eadē corona: Palladio tua
me manus īduit auro. Co
mas: illius imaginis. Vl-
tro: diſceſſit a me: & iuit in
comas Domitiano: nam hi
duo uerſus ſunt ex pſona
Cari reſpondētis. Libare
cedere. Vel liuere īuidere:
ut alii habēt codices. Illa
olea. Pia quercus: Ioui de
dicata. Prior: potius q̄
quercus: uerba ſunt. M. his
duobus uerſibus ultimis.

Vis. Idē argumentū ī
ſtatuā Domitiāi quæ apud
Carū erat. Phidias: ebore cælādo oēs ſupauit Ioue præſertī olympio: nā deos effinxit ne-
mo melius auctore Plinio. Illa pallas: dedit tibi hāc imaginē: hoc eſt nullus potuiſſet daẗ
tibi effigiē tuā ueris liniamētis expreſſā: niſi Pallas quæ & artificii ē dea: & quotidie uerſaẗ
cū Do. Idē uerſus Papi. An te palladiæ talē germanice nobis Effinxere māus. Non tribuit
ſolā coronā: nā & ex olea erat palladis arbor: & ī eius deæ qnquatriis fuerat coronatus: ꝓpte
rea Pallas eā coronā dediſſe uidebaẗ ſed eā inquit non ſolū tribuit: dedit etiā iſtā imaginē.
Antem. In Afrū qui puerū ſuū non patiebaẗ inſpici a conuiuis. Notas: deſignas. Lu
mie toruo.i.toruo aſpectu. Ilus fuit filius Herculis: ſed hic miſcebat pocula: qđ pul
chriores miniſtri apud antiquos præſtāt æmulatione Ganymedis q Iouis pincerna diciẗ.

Auertã:ironice nimirũ. Tanq̃ gorgon.i.medusa quæ uertebat hoíes in saxa. Phinea: accusatiuus græcus:hic ex cõi illa fabula dicit̃ cæcatus ira numinũ quoniã filios suasu Harpalices occæcasset. Grauior historia habet phineũ Ideã filiã Dardani scitharũ regis adeo adamasse:ut eius suasu filios ex Cleopatra supplicio destinauerit:quo tpe Hercules cũ argonautis phineũ obtrũcauit:& eius socios:sed ut dixi uulgata historia é cæcũ fuisse:& harpiis quæ dapes fœdabãt filiorũ Boreæ beneficio liberatã:Oedipodem cæcũ fuisse uulgata tradit historia:sed Diodo. scribit cognito scelere concubitus mr̃ni a filiis eũ prohibitũ egredi domo.

Vdet. Carmen Neruæ iterum laudat: de quo supra. Pallia glaucina.i.uestes uiles Cosmo:q habet uestes purpureas.

Colono:pæstano:illi q pæstũ colit refertũ rosis in lucania. Mella corsica:In pside:& mauritania uel uenenatũ gignit̃:í corsica uero uenenatũ ob multitudinem herbarũ:quæ illic sũt amaræ Apibus hyblæis.i. homini habẽti mel hyblæum:qđ præstãtissimũ est. Lupo:pisce preciosissimo & optimi saporis:q capit̃ inter duos pontes:hoc est qđ scribit Quintilianus:Et in grandioribus cœnis uiliores nonnũq̃ cibi delectant. Nero:q ad te scripsit q te alterũ Tibullũ appellauit Opus lasciuũ:elegiacum. Tuas aures.i.tuũ iudiciũ.

Vm de. Chrestũ:qđ nomé unctũ & mollé significat accusat:q í cultu corporis muliebres đlitias sectabat̃:& suorũ tempoꝝ mores quottidie notabat magnis uociferationibus:sed cũ catonianã & cẽsoriã líguã hr̃et:merito silebat scelus suũ:pudet ení catonianam fari talia scelera:erat ení cinædus socraticus & faciẽ colebat:ut pædicaret̃ a draucis. Mentulã paré collo uulturino:nã eneruata é & mollis breuibus pilis:ut uultures nullas ferẽtes plumas í collo. Culis ꝓstitutis.i.cinædorũ. Leuius:politius. Volsellæ:instrumenta ad depilandum corpus auctore Varrone. Seuæ:nam dolorem faciunt:quum uellunt pilos. Coleos:græce significat uaginam:unde & colei testes. Refibulauit:idest maiore fibula cinxit crescente penne. Rixaris cũ theatro.i. damnas theatrũ & sæculum. Quod facis:nam seruis drauco:& pædicaris.

Auertam uultus tanquam mihi pocula gorgon
Porrigat:atque oculos oraque nostra tegam.
Trux erat alcides sed hylam spectare licebat
Ludere mercurio cum ganymede licet.
Si non uis teneros spectet conuiua ministros
Phineas inuites afer & œdipodas.

De Nerua.

Audet facundo qui carmina mittere neruæ
Pallia donauit glaucina cosme tibi.
Pæstano uiolas & cana ligustra colono
Hyblæis apibus corsica mella dabat.
Sed tamen & paruæ nonnulla est gratia musæ
Appetitur posito uilis oliua lupo.
Nec tibi sit mirum modici quod conscia uatis
Iudicium metuat nostra thalia tuum.
Ipse tuas etiam ueritus nero dicitur aures
Lasciuum iuuenis cum tibi lusit opus.

In Crestum.

Cum depilatos creste coleos portes:
Et uulturino mentulam parem collo:
Et prostitutis læuius caput culis:
Nec uiuat ullus in tuo pilus crure:
Purgentque seuæ cana labra uolsellæ
Curios camillos quintios numas ancos
Et quicquid usq̃ legimus pilosorum
Loqueris sonasque grandibus minax uerbis
Et cum theatro sæculoque rixaris.
Occurrit aliquis inter ista draucus:&
Iam pedagogo liberatus:& cuius
Refibulauit turgidum faber penem
Nutu uocatum ducis:& pudet fari

Lingua catoniana: ideſt quum tanquã alter Cato de moribus loquaris: non audes fateri turpitudinem tuam; nam tua lingua talia non loquitur.

VIce. Epitaphium latini mimmi: cuius meminit Tranqullus in Domitiano. Is recitã dis diei fabulis riſum principi prouocabat. Decus ſcenæ: nam in ſcæna riſum moue bat. Plauſus tuus: cui applaudebas o ſpectator. Qui potui feciſſe ſpectatorem: ideſt alli cere in theatrum. Soluere: ad riſum. A noſtro theatro: id eſt mea uita nullos mores theatrales habuit obſce/nos. Scænicus: mimmus arte: non uita & moribus. Domino: Domitiano. Deus: tanquam deus co/gnoſcebat me exercentem ſcænicam: & tamen bene moratum. Mimmi di/cuntur phœbi paraſiti: qa ſeruiunt poetis. Vel di/cite me: ideſt eſto dicatis me. Paraſitum phœbi: nam in palatio colebatur Apollo ingẽti coloſſo. Ora tius: Scripta palatinus quæ cunque recepit Apollo. La tinus frequentabat palati/um: & paraſitus habebatur honeſto nomine dicit ſe fu iſſe paraſitum: non palatii ſed Apollinis: alludens ad poetas: quorum ſcripta mĩ mi recitant. Laurigeri: epitheton phœbi & poeta rum. Famulum Iouis: quia plus eſt ſeruiſſe Ioui Domitiano q̃ eſſe paraſi/tus phoebi: quaſi dicat hãc artem exercui propter do minum: & non alia de cau ſa.

Catoniana creſte quod facis lingua.

Epitaphium latini.

Dulce decus ſcænæ ludorum fama latinus
Ille ego ſum plauſus delitiæque tuæ:
Qui ſpectatorem potui feciſſe catonem:
Soluere qui curios fabricioſque graues.
Sed nihil a noſtro ſumpſit mea uita theatro:
Et ſola tantum ſcænicus arte feror.
Nec poteram gratus domino ſine moribus eſſe:
Interius mentes ſuſpicit ille deus.
Vos me laurigeri paraſitum dicite phoebi:
Roma ſui famulum dum ſciat eſſe iouis.

Epitaphium philenis.

Sæcula neſtoreæ permenſa phileni ſenectæ
Rapta es ad infernas: tam citọ ditis aquas.
Euboicæ nondum numerabas longa ſibyllæ
Tempora: maior erat mẽſibus illa tribus.
Heu quæ lingua ſilet: non illam mille cataſtæ
Vincebant: nec quæ turba ſerapin amat.
Nec matutini cirrata caterua magiſtri
Nec quæ ſtrymonio de grege ripa ſonat.

Aecula. Epitaphium in Philenim: cuius ui ta ſupra deſcripta eſt: & nunc loquacitas recenſetur: optat poeta ut leui terra tegatur: ut canes cadauer poſſint effodere. Permenſa: quæ es menſa. Sæcula neſtorea: ideſt tria ſæcula: quaſi .ccc. annorum. Rapti: dicuntur qui ante tempus moriuntur. Tam ci/to: ironice dictum eſt. Euboicæ: cumanæ. Sibylla cumana a Virg lio dicitur Deiphobe: aliis nominibus a Varrone: a phœbo impetrauit ut quot harenas manu complecteretur: tot annos uiueret: iccirco anni pulueris euboici dicuntur anni Sibyllæ. Quæ lingua: ideſt q̃ loquax lingua. Cataſtæ: loca ſeruorum uenalium a κατιςαω: quod eſt expo/no: Illic puerorum garritu ingens erat ſtrepitus: quem ſtultius uincebat garrulitate.

Nec quæ turba ſerapin amat: ideſt turba quæ colit Serapin: an intelligit eos: qui colunt ſacra Iſidis: qui repræſentantes Oſyrim inuentum clamant. Iuuenalis: Exclamare libet po pulus quod clamat oſyri Inuento: non placet: ſed potius placet ut intelligas ſtrepitum eo/rum qui noctu dieque cimbis nauigant ad ſacra Serapidis: quæ in ægypto coluntur: ea enim foſſa auctore Strabone plena ſemper eſt mulieribus & uiris impudenter canentibus. Eundem ſtrepitum exponit Silius: Vt ſtrepit aſſidue phrygiam ad nilotica Iothon Mem phis: amycleo paſſim laſciua canopo. Cirrita caterua: ideſt caterua puerorum. Per/ſius: Ten cirratorum centum dictata fuiſſe. Cirrati autem capillis cirratis dicuntur: ideſt tortis. Grege ſtrymonio: ideſt gruibus: grues enim obſtrepunt.

Deducere lunã.i.excantare lunã. Rombo thes:rombus inſtr̃m eſt ĩcantatoriũ:cuius figurã deſcribit Theocritus:eo fila torquebanť:Propertius & Ouidi.In amoribus meminerũt. Lucanus magicá uertiginé appellat:Traxerũt torti magica uertigine filĩ. Iuuenalis: Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ.

Appadocũ.Cappadocia pars mĩoris armeniæ ut placet Appiano:uẽl ipſa minor armenia:ut Ptholomeus:Inde maritũ mortuũ delatum Nigrina uxor ſepeliuit:eius pietas laudať.nã non ſecus defleuit maritũ cũ humaret:q̃ cũ audiuit mortuũ. Sæuis oris.i.ſæua regione cappadociæ. Vias longas:non ſatis.i.non eẽ longiores uias ut diutius poſſit continere oſſa mariti ſinu. Vrnã ſanctá.i.ſepulturam.

Vm.Vibius Criſpus:cuius memĩt Trãquillus ĩ Domiti.& Tacitus:comes Impatoris ĩ expeditione ſarmatica uouit anſeré marti ꝓ duce reduci:nã anſer dicatus ẽ Iunoni:ut Li.ĩdicat ĩ obſidione capitolina tãti meriti apud romanos ex quo cuſtodes capitolii excitauit clãgore aduerſus gallos:ut anteꝗ alimenta a cẽſoribus ſigulis ãnis locarenť:nũc anſeré argẽteũ dicauit ad pedes Martis porrigẽtẽ octo numiſmata roſtro:Inde ſũpto argumẽto poeta ait:Anſeré oſtẽdere non eẽ ãplius opus ferro ĩ toto orbe ope Domiti.cũ pecuniã det deo ne mactet ferro. Marti:ſed tamẽ ut dixi dicata eſt Iunoni. Arctois.i.bello germãico. Pẽdeř extař hæc numiſmata.

Litat:Marti ꝓ tuo reditu Cæſar. Opus ferro.i.nuſq̃ eſſe opus ferro pace data a te & tuis armis.

Anc.Palliolũ habitus ãcillaris erat.Iuue.Dorida nullo cultã palliolo:ex ſnia Cato.hoc ſcribit:q ad ꝓſtitutas accedendũ putauit omiſſis matronis:& lautioribus.Burdigalus nomẽ diuitis fictũ a burdigalia oppido aqtaniæ ĩde ſũpſit nomẽ:quoniã burdigali dicunť q̃ſi bardigalli.i.ſtulti galli.Vult enim non modo diuitem ſignificare ſed ſtultum.Gallus hoc loco ſyllabã in compoſitione mutauit.

Quæ nunc theſſalico lunam deducere rombo:
Quæ ſciet hos illos uendere lena toros:
Sit tibi terra leuis mollique tegaris harena
Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

De antiſtio.

Cappadocum ſæuis antiſtius occidit oris
Ruſticus:o triſti crimine terra nocens.
Rettulit oſſa ſinu cari nigrina mariti:
Et queſta eſt longas non ſatis eſſe uias.
Cũque daret ſanctã tumulus:quibus inuidet urnã:
Viſa ſibi eſt rapto bis uiduata uiro.

De Velii uoto.

Dum comes arctois hæreret cæſaris armis
Velius:hanc marti pro duce uouit auem.
Luna quater binos non tota peregerat orbes
Debita poſcebat iam ſibi uota deus.
Ipſe ſuas anſer lætus properauit ad aras.
Et cecidit ſanctis hoſtia parua focis.
Octo uides patulo pendere numiſmata roſtro
Alitis hæc extis condita nuper erant.
Quæ litat argento pro te non ſanguine cæſar
Victima:iam ferro non opus eſſe docet.

Qualem uelit amicam.

Hanc uolo quæ facilis:quæ paliolata uagatur.
Hanc uolo quæ puero iam dedit ante meo.
Hanc uolo quam redimit totam denarius alter.
Hanc uolo quæ pariter ſufficit una tribus.
Poſcentem nummos & grandia uerba ſonantem
Poſſideat craſſi mentula burdegalæ.

Ad Flaccum.

Audierit in quo flacce balneo plauſum
Morionis illic eſſe mentulam ſcito.

Vpiter. In creta erant uestigia domus: qua educatus est Iupiter infans: testatur Diodorus. Erat præterea sepulchrum eiusdem numinis cum inscriptione: ut scribit Lactantius: nuper inquit poeta cum Iupiter templa a Domitiano erecta uidisset in capitolio: nam ædem flauis imperator erexerat: dixit filiis suis: ab imperatore plus tributum esse a Domitiano patri Vespasiano: q̃ sibi a suis qui tumulum in creta erexerant. Idæi busti: id est falsum tumulum in creta: quia illic non est sepultus. Ita etiam appellat Papinius in thebaide. Augusti. auguste ædificati. Sororem dianam. Arcas: idest Mercurius filius Iouis & maiæ. Plus: quia obsequitur patri. Monumenta gnosia: id est cretensia. Patrem Cæsaris: ex hoc ego sensum epigrammatis ita intelligo: iterum enim dicam: ut laudentur templa flauia: quæ domitianus dicauerat patri fratri & suis: ait igitur Iupiter plus dedisse Domitianum patri suo Vespasiano: cui tantum templum consecrauit: q̃ Phœbum: Dianam: Mercurium sibi: qui tumulum tantum in creta sibi construxerant: hæc una sententia mihi probatur.

In laudem Domitiani.

Iupiter idæi risit mendacia busti:
Dum uidet augusti flauia templa poli.
Atque inter mensas largo iam nectare fusus
Pocula cum marti traderet ipse suo.
Respiciens phœbum: pariter phœbi que sororem
Cum quibus alcides & pius arcas erat.
Gnosia uos inquit nobis monumenta dedistis:
Cernite q̃ plus sit cæsaris esse patrem.

In philomusum.

Artibus his semper cœnam philomuse mereris
Plurima dum fingis: sed quasi uera refers.
Scis quid in arsacia pacorus deliberet aula
Rhenanam numeras sarmaticamque manum.
Verba ducis daci chartis mandata resignas:
Victricem laurum q̃ uenit: ante uides.
Scis quotiens phario madeat ioue fusca syene:
Scis quota de libyco littore puppis eat.
Cuius iuleæ capiti nascantur oliuæ
Destinet æthereus cui sua serta pater.
Tolle tuas artes: hodie cœnabis apud me
Hac lege: ut narres nil philomuse noui.

Rtibus. philomusum captatorem cœnæ & deridet: & monet: ne loquacitate sua qua cœnas solet captare: ueniat sibi conuiua. Pacorus: nomen regis parthorum: cuius etiam meminit Plutarcus in Antonio. Arsates item rex parthorum fuit: quem alii a scythis oriundum: alii a bactrianis scribunt. Arascidæ reges parthorum: non autem persarum: ut putauit Seruius. Temporibus Domitiani Volgesus parthis imperauit. Pacorum: igitur pro quocũque rege parthorum posuit. Arsacia: particha. Manum rhenanam: id est cenomanos & sarmatas simul deuicit Domitianus consentientes: ut Papinius scribit in epicoedio ætrusci. Resignas: aperis. Cattis: nam Catti & Daci coniurauerant aduersus domitianum: id est ita narras ac si uidisses litteras scriptas a duce dacorum Cattis. Laurum uictricem: id est uictoriam futuram. Syene: in ægypto subdita solstitio æstiuo aquarum penuria laborat: puteos perpendiculares habet nulla umbra. Lucanus: Nam quis cancro torrente syenem ibit. Fusca: a colore incolarum. Phario Ioue: id est pluuia ægyptia. Quota pupis: id est quot naues: nam carthaginenses classe imminebãt romanis: hoc autem quod ait si Plinio credimus uidebat Strabo ex lilybæo promontorio siciliæ. Oliuæ iuleæ: id est coronæ oleaginæ dandæ a Cæsare: nam uictores in quinquatriis albanis oleagina corona auro expressa donabat: ut mox ostendemus. Destinet: animo proponat dare.

Iderat: Earinus comam deposuerat: ut supra: cum Ganymedes ex cælo hoc despexisset: poposcit a Ioue: ut etiam liceret sibi deponere crines: quoniam esset barbatus: q̄ autem facere id Iupiter negauerit poeta indicat. Phryx puer: id est Ganymedes. Posito nunc crine: id est qui paulo ante deposuerat comam. Alterius Iouis: Domitiani. Latet id est iam subest meis capillis. Vocat uirum: dicit me esse egressum a pueritia. Ipsa re id est necessitas negat hoc. Qui misceat nectar: id est puer formosus: nam formosi tantū ad id eligebantur.

De Ganymede & ioue.

Viderat ausonium posito modo crine ministrum
Phryx puer alterius gaudia nota iouis.
Quod tuus ecce suo cæsar permisit ephebo
Tu permitte tuo maxime rector ait.
Iam mihi prima latet longis lanugo capillis:
Iam tua me ridet iuno uocatque uirum.
Cui pater æthereus puer o dulcissime dixit:
Non ego quod poscis: res negat ipsa tibi.
Cæsar habet noster similes tibi mille ministros:
Tantaque sydereos uix capit aula mares.
At tibi si dederit uultus coma tonsa uiriles:
Quis mihi: qui nectar misceat alter erit?

In gallam.

Cum sis ipsa domi mediaque ornere suburra:
Fiant absentes & tibi galla comæ.
Nec dentes aliter: quam serica nocte reponas:
Et lateas centum condita pyxidibus.
Nec tecum facies tua dormiat innuis illo
Quod tibi prolatum est mane supercilio.
Et te nulla mouet cani reuerentia cunni:
Quem potes inter auos iam numerare tuos.
Promittis sexcenta tamen: sed mentula surda est.
Et sit lusca licet: te tamen illa uide.

Vm sis. Gallam anū meretricem ornantē faciem medicamentis deridet: nā uolebat dare sexcenta: q̄uis ita ornata: uiro quem posset allicere ad se At inquit poeta q̄uis illa sit condita multis medicamentis & sit mētula lusca: tamen eam inspici qualis sit. Media suburra: id est ex medicamētis: quæ emūtur in suburra. Absentes: alienis medicamentis: accersitis nigrescant. Serica: uestes sericas. Tua facies: quam præ te fers & pulchritudo quam tibi paras non manet tecum: cū dormis. Vesperi enim dormitura ea deponis ornamenta. Inter tuos auos: adeo senex est cunnus.

Promittis: scilicet fututoribus. Surda est: non arrigitur. Et licet sit lusca nam unum tantum habet oculum.

Ad Agathinum.

Summa licet uelox agathini pericula laudes:
Non tamen efficies ut tibi parma cadat.
Nolentem sequitur: tenuesque reuersa per auras
Vel pede uel tergo clune uel ungue sedet.
Lubrica corytio quāuis sint pulpita nimbo

Vmma. Agathinum laudat: qui parmam in theatro ita iactabat: ut nusq̄ caderet: sed modo crinibus exciperetur: modo pede magna spectatorum omnium admiratione. Ludas summa pericula: constructio græca est qui dant accusatiuum his uerbis: id est ludas in summo discrimine: & tentes difficillima quæque. Sedet: hæret. Pulpita: theatri. Sint lubrica: in quibus uestigia non possint consistere. Nimbo corycio: croco. nam croco uino dulci mixto spargebantur theatra uase quod appellant nimbum.

Vela obtẽdebãtur ĩ theatro ad arcendũ solem:& uentũ. Lẽtulus spinther primus id ostẽdit ludis apollinaribus: Cæsar item totũ forum romanũ texit: Marcellus forꝫ Augusti: ubi lites exercebantur: ne litigantes sole aut uento offenderentur. Vela dicuntur data uentis quando ducuntur recta in altum. Negantur uero uentis quando iacent. Vela theatri negata erant uẽtis quando iacebant. Iccirco uersus Martialis alibi: Et pompeiano uela negata noto. Ita accipio ut etiam hũc locum: non autem uela negata idest uela iã ĩutilia theatris quoniam & si noua sunt tamen negantur uẽtis: dum ita operiunt theatrum ut uentũ non excipiant: sed iacent excepta. Vnda uinum sparsum cum croco. Artifici: agathino. Vt peccare uelis. i. errare ut cadat parma tibi. Rima. Nono calẽdas nouẽbris natus est domitianus: eodẽ die Cæsonia ruffi nata erat. Ruffus igiꝰ eundem diem natalẽ & uxoris & domitiani celebrat. Hæc lux: nono calendas nouembris. Cibele: Rhea mater deorum Ruffi: sanctonici gallici sanctones populi galliæ. Debet: quia nata fuit eodem die quo Domitianus Bis: duabus de causis.

Arpeias. Multi fuerunt Diodori: zonas: orator diodorus: grammaticus: Diodorus qui historiam edidit temporibus Tiberii: Diodorus citarœdus temporibus Vespasiani: cuius arte princeps delectatus eum donauit & ĩgẽti pecunia: & multis donis aureis. Cum romam inquit poeta nauigaret ex ægypto: Philenis uxor uouit si maritus incolumis rediret se passurã: ut simplex puella sibi lamberet cunnum. Reuersus est: sed naufragus: o tardum maritum ait Martialis: nã si puella mea tale uotũ fecisset: statim a littore ipso essem reuersus. Ostendit enim puellam suam immunda fœmora habere: & indigere purgante lingua. Tarpeius fuit citarœdus Vespasiani auctore Tranquillo. Pharo: ægypto. Tristibus procellis: tristi naufragio.

Ontice. Masturbari a uerbo græco tractum est: nam μαςροπεύω significat lenocinio conciliare: unde impudice tractare membra uirilia dictum est masturbari.

Et rapiant celeres uela negata noti.
Securos pueri neglecta perambulat artus
Et nocet artifici uentus & unda nihil.
Vt peccare uelis cum feceris omnia: falli
Non potes: arte opus est ut tibi parma cadat.

De natali Cæsoniæ.

Prima palatino lux est hæc orta tonanti
Optasset cybele qua peperisse iouem.
Hac & sancta mei genita est cæsonia ruffi
Plus debet matri nulla puella suæ.
Lætatur gemina uotorũ sorte maritus:
Contigit hunc illi quod bis amare diem.

De uoto philenis.

Tarpeias diodorus ad coronas
Romam cum peteret pharo relicta
Vouit pro reditu uiri philenis.
Illam lingeret ut puella simplex
Quam castæ quoque diligunt sabinæ
Dispersa rate tristibus procellis
Mersus fluctibus obrutusque ponto
Ad uotum diodorus enatauit
O tardus nimis & piger maritus
Hoc in littore si puella uotum
Fecisset mea: protinus redissem.

In ponticum.

Pontice quod nunquã futuis: sed pellice læua
Vteris: & ueneri seruit amica manus.
Hoc nihil esse putas: scelus ẽ mihi crede: sed ingens
Quantum uix animo concipis ipse tuo.

Oratius ut tres: Sequimus albanus habuit geminas filias: quarum altera nupsit Oratio romano: altera Curatio albano: utraque trigeminos peperit Oratios: scilicet trigeminos: & curatios: ut & historia Dionysii tradit: & Pli. in. vii. fieri posse ratione naturæ affirmat.

Ampis. Stella optabat summopere consolatum a Domitiano: rogat poeta Apollinem poetarum numen: ut Domitiano suadeat hoc efficiat: ut Stella habeat consulatum: uouet iuuencum auratis cornibus: ex huius desiderio: Ita Venus uaticinatur apud Papinium de stella apud Violantillam loquens: Iãque parens latius cuius prænoscere mentem. Fas mihi purpureos habitus iuuenique curule. Indulgebit ebur. Campis murinis: chrissa oppidum est: iuxta theben ciliciæ: templum Apollinis sminthei: cuius meminit Eustachius ĩ primũ iliados: meminit præterea strabo: ambigitque an idem sit Apollo cilleus & smintheus. Illud autẽ constat smintheum dictũ a muribus uel consecratis: uel illic abũdãtibus: quos smintheas appellant. Confirmat hoc Eustachius ex mure: quem ait fuisse insculptum statuæ simulacri illius: nec mirum a muribus appellatum Apollinem: nam & Hercules conopios apud cereos colit: quoniam conopas idest culices extinxerit. Boecii pronopionem Apollinem colunt: quoniam culices quos ipsi pronopas uocant sustulerit. Smintheus igitur Apollo latine dicitur murinus a mure: & Campi murini dicuntur campi Apollinis sminthei. Quod autem nonnulli legunt campis murinis a murina urbe æoliæ: non conuenit: nam eam illic fuisse urbem Homerus quidem strabo & Ptholomeus scribunt: sed illic cultum Apollinis non reperio. Præterea a murina diceretur campus mirineus non autem mirinus. syllabam a primitiuo mutat a mure murinus corrupit: quod dandum est poetæ in uerbo quod recens pro smintheo deriuauit: q̃uis Plinius ordeum murinum dixerit a muribus. Sic murinis: ita scriptum est in antiquissimis codicibus: sed recentiores deprauati. Semurinis habent. Legatur igitur sic sis diues o Apollo campis murinis idest sic religiosissime colaris in campis smintheis tibi dicatis Homerus: Smintheu præclare tendi dominator Apollo. Senibus cignis: nam cigni senes dicati sunt Apollini: auctore Cicerone in tusculanis quæstionibus: quoniam uaticinantur sibi mortem cantu: uatum autem deus est Apollo. Et cum futura prædicere putentur corui: eadem de causa Apollinis numini sunt dicati. Sorores: musæ. Delphis: sacerdos tua quæ delphis est: & delphis dicitur. Doctæ: an propter fortunam: quæ fortuna etiam prædicebat sub imagine duarum sororum. Papinius: Et prænestinæ poterant migrare sorores. Erant & sorores dodoneæ: sed placet de fortunis potius. Palatia colant: nam ĩ parte palatii erat colossus Apollinis. Debitor uoti: idest reus uoti. Cornibus aureis: id ẽ fronte aurata: nam auctore plinio hostiarum cornua inaurabantur. Vnde illud Virgilii aurata fronte pro auratis cornibus accipiendum est. Moraris: cessas rogare Domitianũ ut det consulatum stellæ.

Nempe semel futuit: generaret oratius ut tres
Mars semel: ut geminos ilia casta daret.
Omnia perdiderat si mastrubatus uterque
Mandasset manibus gaudia fœda suis.
Ipsam crede tibi naturam dicere rerum
Istud: quod digitis pontice perdis: homo est.

Ad apollinem.

Campis diues apollo semuranis
Sic semper senibus fruare cygnis
Doctæ sic tibi seruiant sorores:
Nec delphis tua mentiatur illi.
Sic pallatia te colant amentque
Bis senos cito me rogante fasces.
Det stellæ bonus annuatque cæsar:
Felix tunc ego debitorque uoti:
Casurum tibi rusticas ad aras
Ducam cornibus aureis iuuencum.
Nata est hostia phœbe: quid moraris?

lc. Vindex Ciuis temporibus Domitiani notus carmine Papinii habebat poculũ: quod tenebatur manu Herculis ex ære. Id poculum apte appellat Papinius Herculem epitrapegion: nam epitrapegia dicuntur uasa quæ sunt apta mensis. Lysippus opus effinxerat: fuerat autem prius hoc Alexandri: & de eo loquitur Plutarcus:, cum ait nondum empto Herculis scypho: postea peruenerat ad Hãnibalem: tertio ad syllam. Papinius: pellæus habebat Regnator lætis numen uenerabile mensis. De Hãnibale: Mox nasamoniaco decus admirabile regi. De Sylla Conuiua sibyllæ Cœnabat semper. sibyllæ: idest syllæ: nam qui primus est sylla: ut docuit Macrobius Laudatur ergo Hercules epitrapegius a Martiale. quemadmodum a Papinio: hic describit poculũ. Porrecto leone: cum pelle leonis strata supra saxũ Aere exiguo: & ita Papinius paruitatem admiratur. Dextra: quia in manu habebat pateram. Non est recens fama: idest non est nuper sculptus. Cæli nostri: idest artificii nostrorum temporum. Lysippi: Papinius de eodem: Seseque uidendum Indulsit Lysippe tibi. Tyranni pellæi: Alexandri. Numen hoc: idest poculum: ĩ quo Hercules erat sculptus. Iacent: prius iacuit in babylonia: postea delatus est in ægyptum: nam Ptholomeus ægyptius urnam abstulit Perdicæ qua reliquias Alexandri in macedoniam gestabat: ut Strabonis nostrorumque monumẽtis accepimus: collocauit autem in linteolo aureo: quem Coctas syrus subripuit. Puer: nouem annorum. Iurauerat hunc: hoc falsum est: nam ita iurat apud Silium: Hanc mentem periuro nostri per numina Martis per manes regina tuos. Voluit autem hoc ostendere Martialis possessum fuisse ab Hãnibale. Hic: Hercules. Syllam ponere: idest dictaturam: & hoc falsum est: nam Sylla dictaturam deposuit: exterritus quadã umbra in somnis: quæ eum uocabat: ut Appianus scribit: uel ut idem tulit sponte ciuili metu: sed ingeniose poeta uoluit ostendere per hoc fuisse possessum a Sylla. Variæ aulæ: modo Alexandri: modo Syllæ. Priuatas domos: idest priuatam domum Vindicis sine imperio.

De statu herculis.

Hic qui dura sedens porrecto saxa leone
  Mitigat exiguo magnus in aere deus.
Quæque tulit spectat resupino sydera uultu
  Cuius leua calet robore: dextra mero.
Non est fama recens nec nostri gloria cæli
  Nobile lysippi munus opusque uides.
Hoc habuit numen pellæi mensa tyranni:
  Qui cito perdomito uictor in orbe iacet.
Hunc puer ad libycas iurauerat hannibal aras
  Iusserat hic syllam ponere regna trucem.
Offensus uariæ tumidis terroribus aulæ
  Priuatos gaudet nunc habitare lares.
Vtque fuit quondam placidi conuiua molorchi:
  Sic uoluit docti uindicis esse deus.

De eadem statua.

Alcidem modo uindicis rogabam
Esset cuius opus laborque felix.
Risit: nam solet hoc: leuique nutu
Græce nunquid ait o poeta nescis?
Inscripta est basis: indicatque nomen
Lysippum lego: phidiæ putaui.

Lcidem. Idem argumentum. Vindicis: amici. Nescis græce: idest nescis litteras græcas. Basis: fundamentum cuiusque rei. Lysippu genitiuus græcus lysippu.

Phidiæ putaui: dicit poeta se putasse opus phidiæ ob excellentiam operis. nam phiadas simulacris deorum maiestatem addidit supra cæteros opifices: in eoque obtinuit palmam ut Plinius scribit.

lles.Marcellinū popularē ſuū euntem in ſcythiā hoc epigrāmate ꝓſequit̄: Caucaſus mons eſt indiæ:ea parte qua uergit in ſcythiā: ī eo Prometheus Iapeti & Aſiæ filius ad ſaxū religatus poenas formati hoīs dabat:aquila uiſcera corrodente.Liberatus aūt eſt ſagittis Herculis:qđ nunq̄ pmiſit Iupiter niſi ea conditione:ut annulū ferreū geſtaret indiciū uinculorū:unde nonnulli annulorū originē ductā uolunt.Scribit hoc aperte probus: ſub obſcure Pli.in uerbis.Itē annulus Promethei indiciū ſupplicii.Monet amicū Martialis in ſpectuꝶ ſaxa caucaſi:ad q̄ ſi poterit credere religatū Prometheū:poterit ēt ſibi pſuadere eūdē finxiſſe hominē primū.q.d.utrūque eē fabuloſū:de Marcellio ſupra. Triones hypboreos.i.ſeptētrionē. Et eſto ꝙ tuleris.i.ptuleris. Sydera pigra.i.urſā miorem & maiorē. Pigra:quæ non occidūt. Fabulas montis .i.fabuloſus caucaſus. Videris imēſis: diſſuadet ne eat. Saxa:caucaſea. Conclamata:contuſa clamoribus Promothei. Ille:Promotheus. Et licet poteris tā ſupra hominē ē potuiſſe pferre caucaſū montē: q̄ finxiſſe hominem.

Ad Marcellinum.

Miles hyperboreos modo marcelline triones
Et getici tulerit ſydera pigra poli.
Ecce prometheæ rupes & fabula montis
Quam prope ſunt oculis nunc adeunda tuis?
Videris immenſis cum conclamata querelis
Saxa ſenis:dices durior ille fuit.
Et licet hoc addas:potuit qui talia ferre
Humanum merito finxerat ille genus.

Elius.Geliū nihil donātē accuſat:q ſemp aliqd edificabat:ut hac excuſatione petētes aliquid amicos reiiceret. Limina lapides q ſuſtinēt ſupiores ptes hoſtii: ūdeˀ ſublimis. Quidlibet ēt rē minimā.

In Gelium.

Gelius ædificat ſemper:modo limina ponit
Nunc foribus claues aptat:emitque ſeras.
Nunc has nunc illas mutat reficitque feneſtras:
Dum tamen ædificet quidlibet ille facit.
Oranti nummos ut dicere poſſit amico
Vnum illud uerbum gelius ædifico.

Emocritos.Pannicus quotidie de grauioribus philoſophoꝶ ſectis diſputabat:cū eſſet molliſſimus:& draucis ſeruiret:ait poeta ſe extimare eū eē doctiſſimū philoſophum:& ſtoicū & epicureū & acadæmicum:de qbus quotidie loquebat̄: ſed tamē cupeꝛ intelligere colere draucos qđ dogma ſit.Democritus auctor epicureæ:zeno auctor ſtoicæ:plato acadæmicæ. Implicitos:reconditæ doctrinæ. Pythagoræ:unde manauit philoſophia. Perpēdet:ꝓlixa ē. Hicroſis:hicroſi homines uirilitate male olētes. Catullus:Vale ſub alaꝶ trux habitare caper. Iuuenalis: Hiſpida membra quidem:& illud. Et de uirtute locuti Clunem agitant.

In panicum.

Democritos zenonas inexplicitoſque platonas
Quicquid & hirſutis ſqualet imaginibus.
Sic quaſi pythagoræ loqueris ſucceſſor & hæres
Præpendet mento nec tibi barba minor.
Sed quid & hircoſis ſerum & turpe piloſis
In molli rigidum clune libenter habes.
Tu qui ſectarum cauſas & pondera noſti
Dic mihi præcidi panice dogma quod eſt.

Aeredem.Gallicus dixerat Martiali ſcripſiſſe hæredem in quartam partem bonorū: quod & putans & ſperans poeta:miſit multa munera:demum aprum:ad quem multis a Gallico inuitatis ipſe quoque fuit conuiua:ſed ne coſta ei quidem data eſt:quid inquit ſperem de tuo teſtamento Gallice:cum de meo nihil dederis.

In gallicum.

Hæredem cum me partis tibi gallice quartæ
Per tua iurares ſacra caputque tuum.

Quis dãnet libenter ſua uota.i.quis ẽ q̄ nolit credere ſua uota & id quod optat. Fouimus: ſubſtituimus miſſis minoribus. Aprũ laurentẽ: ex agro laurente. Calidon: urbs ætoliæ .i.putaueris hunc eſſe aprũ illũ quẽ interfecit Meleager. Callida: aſtuta quæ uenaᵗ conuiuiũ. Hæſi: adductus fui. Quadrãte.i.quarta pte bonorũ tuorũ: Vncia nulla uenit ad nos refert quia dixit quadrantem.

Aec eſt. Togã miſſã a parthenio: Parthenius ſignificat q habet uirginalẽ aſpectũ: iam tritam ita commiſeraᵗ: ut aliã petat. de hac toga ſupra. De toga facundi mihi gratũ munus amici. Partheniana: miſſa ẽ a Parthenio. Facũdi: de quo alibi Nã qs ab aonio largius amne bibit. Auctoris: Parthenii. Tribules: paupes appellanᵗ: q extra cenſũ ſũt a ſola tribu appellati: Contribules autẽ dicunᵗ eiuſdẽ tribus. Martialis niueã togã appellat tritã. ſupra: Quiſqs te niueã dicit habere togam. Partheniana: ideſt digna prathenio. Mea eſt. digna me paupere.

Credidimus: quis enim damnet ſua uota libẽter:
Et ſpem muneribus fouimus uſque datis.
Inter quæ rari laurentem ponderis aprum
Miſimus ætola: de calydone putes.
At tu continuo populumque patreſque uocaſti:
Ructat adhuc aprum callida roma meum.
Ipſe ego: quis credat: conuiua nec ultimus hæſi:
Sed nec coſta data eſt cauda ue miſſa mihi.
De quadrante tuo qui ſperem gallice: nulla
De noſtro nobis uncia uenit apro.

De partheniana toga.

Hæc eſt illa meis multum cantata libellis
Quam meus edidicit lector amatque togam.
Partheniana fuit: quondam memorabile uatis
Munus: in hac ibam conſpiciendus eques
Dum noua: dum nitida fulgebat ſplendida lana
Dumque erat auctoris nomine digna ſui.
Nunc anus & tremulo uix accipienda tribuli
Quam poſſis niueam dicere iure tuo.
Quid non longa dies: quid non conſumitis anni:
Hæc toga iam non eſt partheniana: mea eſt.

In Gaurum.

Ingenium mihi gaure probas ſic eſſe puſillum
Carmina quod faciam quæ breuitate placent.
Confiteor: ſed tu bis denis grandia libris
Qui ſcribis priami prælia: magnus homo es.
Nos facimus bruti puerum: nos langona uiuum
Tu magnus luteum gaure giganta facis.

Ngeniũ. Gaurus martialis ĩgeniũ laudabat ſed ita ut puſillũ diceret: & in breui carmĩe uerſari: poeta ait eũ facere maius opus q ſcribit bellũ troianũ .xx. libris: ſed maiorẽ eẽ laudẽ ſuã q faciat puerꝫ Bruti: & lagonem uiuos: q̄ Gauri: q facit gigãtẽ luteũ. Puer Bruti paruæ admodũ ſtaturæ fuit: & fictilis fiebat. In diſtichis: gloria tã parui non ẽ obſcura ſigilli iſtius pueri brutus amator erat. Huius meminit Pli. ſcribit enĩ Brutũ huic puero amãdo cognomẽ dediſſe a Syllanione cognomĩe ĩſano fictũ fuiſſe æneum. Lagon & caius: pane dulciario effingebanᵗ: ſpargebãᵗque ĩ theatro diebus ſaturnalitiis: a Lagone fecit diminutiuum Papinius Molles caioli: lagunculique: paruæ ſtaturæ pueri hi ſunt ĩ hiſtoria Lagonis pueri meminit Pli. in ſtatuariis: Luciſcus inquit Lagona puerum ſubdolæ ac fucatæ uernilitatis: hi autem eiuſdem exiguitatis fuerunt. Canopas: duorum pedum & palmi in delitiis Iuliæ neptis Auguſti: Andromeda liberta Iuliæ Auguſtæ: Lucius adoleſcens mĩor bipedali menſura ĩmenſa uoce. Syſiphus pumilio Marci Antonii. Puerꝫ: Bruti qui ſolet eſſe fictilis. Et lagona: qui ſolet effingi pane dulciario: & fictili ope: aut æneo: ut apud Plinium. Facimus inquit res paruas uiuas: tu res magnas luteas & plane mortuas.

Vod. Lucanus extinctus est: de quo supra: Si Lucane tibi epitaphium est. Ante mori: ante fratrem. Minor natu: Castor senis mensibus. Castor & pollux sibi inuicem succedebant in cælo: sensus poetæ est: tanta est pietas tua erga fratrem Lucane: ut etiam si posses redire ad superos: ut frater tibi succederet ritu Castoris & pollucis nolles: imo moneas Castorem: ut eadem pietate i pollucem fratrem utatur: sinatque eũ uiuere: ipse apud inferos permaneat. Alternus: uice sua.

I. Qu. Ouidius natus erat mense aprili: Martialis mense martii. Quod: quam rem: ut amem tuum natalé æque ac meum. Lapillis. Persius: Hunc macrine diem numera meliora lapillo.

I Mihi Picena. Munera cortis sunt gallinæ: & alia altilia. ea non ferme mittebantur nisi a rusticis: mittuntur autem nunc a Mariale caro cognato suo. Qua in re ne i subrusticus uideatur causas affert quare mittat: q̃a scilicet non habeat alia: mittit autem hæc: quoniam dies festus cognatos celebrat: nam cognati quodam die conueniebant: mittebantque mutuo munera eum diem charistia appellantes a χαρισ: quod significat gratiam: ad gratiam enim & amorem seruandum id agebãt Ouidius auctor est in fastis: fringuillæ aues. Voce: fringuare. Martius in Cassina: Quid fringuatis Venat: amœnus est: & uer agit. Arguto: canoro Picæ: aui: nam pica salutatoria est: ut in distichis. Et apud Persium. Sæpe propinquus: idest sæpe accipies: tanq̃ propinquus: nam die etiam quo charistia non agentur: mittam munera.

De Lucano & Tullo.

Quod semper superos inuito fratre rogasti:
Hoc lucane tibi contigit ante mori.
Inuidet ille tibi: stygias nam tullus ad undas
Optabat: q̃uis sit minor: ire prior.
Tu colis elyseos nemorisque habitator amæni
Esse tuo primum nunc sine fratre cupis.
Et si iam nitidis alternus uenit ab astris
Pro polluce mones castora: ne redeat.

Ad Quintum.

Si credis mihi quinte: quod mereris
Natales ouidi tuos apriles.
Vt nostras amo martias calendas
Felix utraque lux diesque nobis.
Signandi melioribus lapillis.
Hic uitam tribuit: sed hic amicum
Plus dant quinte mihi tuæ calendæ.

Ad eundem.

Natali tibi quinte tuo dare parua uolebam
Munera: tu prohibes imperiosus homo es.
Parendum est monitis: fiat quod uterque iubemus:
Et quod utrunque iuuat: tu mihi quinte dato.

Ad cognatum.

Si mihi picena turdus palleret oliua.
Tenderet aut nostras silua sabina plagas.
Aut crescente uadis traheretur arundine præda
Pinguis: & implicitas uirga teneret aues.
Cara daret solenne tibi cognatio munus
Nec frater uobis nec prior esset auus.
Nunc sturnos inopes fringuillarumque querelas
Audit: & arguto passere uernat ager.
Inde salutatus picæ respondet arator.
Hinc prope summa rapax miluus in astra uolat.
Mittimus ergo tibi paruæ munuscula cortis
Qualia si recipis: sæpe propinquus eris.

Vce: locatur in Stellam & Flaccum poetas: quibus die propinquorum statuerat mittere turdos: sed tam multi poscebāt ut tutius putet non mittere duobus: q̄ multos offendere. Propinquorum: affinium cum charistia aguntur. Demereri: est beneficio conciliare. Columella: Demerenda est uxor aliquo beneficio rusticano. Merebor ueniam: id est a nemine accusabor.

Plendophorus: Splendophorum Domitiani tyronem euntem in Libyam carmie prosequitur: appellans Cupidinem ut tela paret digna tanto puero. Armiger: tyro. Remitto tibi clipeum: id est sino ut non des clipeum. Tutus: illæsus uulneribus. Parthenopeus: filius Meleagri & Atlantæ formosissimus qualis describitur a Papinio i quarto thebaidos: Iturus ad bellum thebanum: pulchrior haud ulli triste ad discrimen ituro Frons fuit in siluis: qualis bellis: iā casside missa: Parthenopeus erat. Lubrici: dicuntur uultus iuuenum. uel a similitudine locorū lubricorum: Vel qa multos in errorem impellant. Lubricum ætatis a Quintiliano dicitur: cum nondum quis ad ætatem peruenit adultam: sed facile labi potest.

Ad Flaccum.

Luce propinquorum qua plurima mittitur ales:
Dum stellæ turdos dum tibi flacce paro.
Succurrit nobis ingens onerosaque turba:
In qua se primum quisque meumque putat.
Demeruisse duos uotum est: offendere plures:
Vix tutum: multis mittere dona: graue est.
Qua possum sola ueniam ratione merebor:
Nec stellæ turdos: nec tibi flacce dabo.

De Splendophoro.

Splendophorus libycas domini petit armiger urbes:
Quæ puero dones tæla cupido para.
Illa quibus iuuenes figis mollesque puellas:
Sit tamen in tenera leuis & hasta manu.
Loricam clypeumque tibi galeamque remitto:
Tutus ut inuadat prælia nudus eat.
Non iaculo: non ense fuit læsusue sagitta:
Casside dum liber parthenopeius erat.
Quisquis ab hoc fuerit fixus morietur amore:
O felix: si quem tam bona fata manent.
Dum puer es redeas: dum uultus lubricus: & te:
Non libyæ faciat: sed tua roma uirum.

In Edilum.

Nil est tritius edili lacernis:
Non anse ueterum corinthiorum.
Nec crux compede lubricum decenni:
Non rupte recutita colla mulæ.
Nec quæ flāmineam secant salebræ:
Nec qui littoribus nitent lapilli.
Nec tusca ligo uinea politus:

IL: Ansæ dicunt partes: quibus uasa capiuntur: uetera corinthia dicit: quoniam es corinthiū quod in maximo precio habebatur iam pene obsoluerat: & noua uasa ex alio ære fiebāt. Nec crus compede: crus serui in ergastulis. Lubricum attritum. Decenni compede: id est uinculis decē annorum. Recutita: noua cute restituta. Mulæ ruptæ: iam deficientis. Recutiti etiam dicuntur iudæi circumsecti. Persius: Recutitaque sabbata palles. Salebræ: saxa eminentiora. & orationem incultam salebras dixerunt auctore Festo. Lapilli: supra: Tritis littoris aridi lapillis. Vinea tusca: in ergastulo ætruriæ. supra: Et sonet innumera compede tuscus ager.

Tribulis: Et tremulo uix accipiēda tribuli. Muliones: dicebāt essedarii. nā primi muli fuerūt qui currū ueherēt. Iccirco apud Suetoniū mulionibus canusinatis: id est essedariis expone. Deus apri: nam dentes aprorum crebra elimatione atteruntur.

Ympha. Cesius sabinus umber amicus erat. M. supra: Nosti si bene Cesiū libelle montanæ decus umbriæ sabinum: hic domū fonte amœnissimo excoluerat: poeta mittit carmina emendanda: alloquiturque fontem Cesii: sed tamen ex hoc dicit omnes posse intelligere quanti faciat carmina sua: cū ea mittat ad fontē quasi mergēda. Pio munere. i. munere suæ pietatis. Sarsina: oppidum umbriæ lactis abundans.

Sollicitos: qui timent iudiciū Cesii. Fueris unda pegasis. i. ego putabo te fōtem pegeseum. Nympharum: aquarū. Quid debeat fieri libris: ut immergant: ná ut sæpe est dictū quū carmen deprimit aqs mergendū dicit: quanti inquit mea carmina faciam quæ nūc mitto: ex hoc potest cognosci quod ea dico nymphis id est aquis: de qbus hoc epigrammate ē locutus.

N septis: Mamurra tēporibus Cæsaris floruit natus formiis: ut Cornelius scribit: & eques romanus. hic laceratus ē carmine Catulli ueronensis. In quē carmen extat. Hic Mamurra alius deridet a M. q̄ gloriabūdus obierit oīa septa ubi erāt res uenales preciosissimæ: singulorūque precia poposcerit: tanq̄ empturus. sed tandē discedēs emerit duos calices: & ipse tulerit secū carens puero. In septis: id ē campo martio. Roma aurea: id est diuites romani.

Vexat opes: expēdit: iactat.

Nec pallens toga mortui tribulis:
Nec pigri rota quassa mulionis.
Nec rasum cauea latus bisontis
Nec deus iam senior ferocis apri.
Res una est tamen: ipse non negabit:
Culus tritior edili lacernis.

Ad Nympham.

Nympha sacri regina lacus cui grata sabinus:
Et mansura pio munere templa dedit.
Sic montana tuos semper colat umbria fontes:
Nec tua baianas sasina malit aquas.
Excipe sollicitos placide mea dona libellos:
Tu fueris musis pegasis unda meis.
Nympharum templis quisqs sua carmina donat:
Quid fieri libris debeat ipse monet.

In Mamurram.

In septis mamurra diu multumque uagatus:
Hic ubi roma suas aurea uexat opes.
Inspexit molles pueros oculisque comedit:
Non hos quos primæ prostituere casæ.
Sed quos arcanæ seruant tabulata catastæ:
Et quos non populus nec mea turba uidet.
Inde satur mensas & opertos exuit orbēs:
Expositumque alte pingue poposcit ebur.
Et testudineum mensus quater exaclinon:

Pueros molles: qui uenales erant. Primæ casæ: id est tabernæ expositæ & uiles. Prostituere: habent uenales. Catastæ: officinæ. Mea turba: id ē paupes. Satur: inspectis pueris. Opertos orbes. i. mensas citreas. Poposcit: a magistro. Ebur: dentes eburneos: quibus mensæ sustentabantur. Pingue: lubricum. Testudo: animal notū. Testudo item genus ædificii. Cicero: Galbam omibus exclusis commentatum in quadam testudine cum seruis litteratis fuisse. Operiebantur autem lecti discubitorii testa testudinis secta in lámas: quod Caius Aruilius Pollio primus instituit. Fenestella scribit temporibus Tyberii triclinia testudinea uenisse in usum: antea fuisse lignea: & rotunda. Exaclinon: significat lectum discubitorium: qui sex capiat: ut triclineum qui tres. Testudineum: dicitur a forma: ut dixi testudinis: Nam antea erant rotunda: postea quadrata: demum testudinea: simul testudineum a lámis testæ testudinis quibus operiebatur.

Suo citro:id est suæ mensæ citreæ. Corinthium æs:ut dictum est in magno erat precio sed postea promiscuum fuit:ut quæ corinthia non essent corinthia tamen dicerentur:unde porticus Romæ a Cneo Octauio structa ad circum flaminium corinthia dicta est a capitulis columnarum æneis q̃uis corĩthia non essent. Polycletus in statuis usus est ære non corinthio sed deliaco:auctor est Plinius:iccirco culpatur hic a Mamurra. Consuluit nares:an uasa ærea essent corinthia. Culpauit:quia erant ex ære deliaco:quo ille est usus ut scribit Pli. Turbata:uiciata modico uitro. Myrrina:uasa humor erat dẽsatus sub terra ĩ speciẽ uitri maculosi:& nonnihil cõmendabaᵭ odore auctore Pli. Calathus:significat calicẽ uinariũ. Virg. Vina nouũ fundã calathis aruisia nectã. & in distichis:calathi: Nos satyrus nos bacchus amat. Veteres:archetypos. Et uirides:& ponderauit calices gẽmatos. Calices enĩ apud antiquos smaragdo inserta ornabanᵭ. de his in distichis gẽmatũ scythicis ut liceat ignibus auꝝ. Scythicis ignibus. i. smaragdis:nam smaragdi scythici r̃liquos superãt:cũ habeãt maiorẽ asperitatẽ & minus uitii.

Virides gẽmas. i. smaragdos. Ab aure niuea:de elenchis & crotalis ĩtelligit nã crotala grãdiores margarithæ ex cõchis auribus mulieꝝ addebanᵭ ut sonitu delectarẽt. Virgili. Crispũ sub crotalo docta mouere latus. Idẽ Pli. de margaritis. Veros:non uiciatos. Sardonice:usus ẽ primus superior Africanus.

Fecit preciũ:obtulit preciũ. Hyaspides:lapides tãtæ magnitudinis:ut Pli. testeᵭ se uidisse hyaspidem duodecim unciarum:Unde imago Neronis thoracata sit expressa. Lassus:longa lustratione. Ipse tulit:quia carebat puero. supra: Nunquam nequior fuit clauis.

Ingemuit citro non satis esse suo.
Consuluit nares:an olerent æra corinthon:
Culpauit statuas & polyclete tuas.
Et turbata breui questus crystallina uitro:
Myrrina signauit sepo suitque decem.
Expendit ueteres calathos:& siqua fuerunt:
Pocula mentorea nobilitata manu.
Et uirides picto gemmas numerauit in auro:
Quicquid & in niuea grandius aure sonat.
Sardonicas ueros mensas quæsiuit in omnes:
Et precium magnis fecit iaspidibus.
Undecima lassus cum iã discederet hora:
Asse duos calices emit:& ipse tulit.

De Corona rosea.

Seu tu pestanis genita es:seu tiburis aruis:
Seu rubuit tellus tuscula flore tuo:
Seu prenestino te uillica legit in horto:
Seu modo campani gloria ruris eras:
Pulchrior ue nostro uideare corona sabino:
De nomentano te putet esse meo.

De Platano cordubensi.

In thartesiacis domus est notissima terris:
Qua diues placidum corduba bætin amat.
Vellera natiuo pallent ubi flaua metallo:

Eu tu:Poetis rosaceæ coronæ mittebãᵭ ad mẽsã exhilarãdã:ita nũc mittiᵭ corona a. M. Cesio:cui dicit fore gratiorẽ si putauerit rosã illã natã eẽ ĩ suo agro nomẽtano:erat. n. amicus Cesius Sabinus:putet te de nomẽtano meo. Ruris cãpani:ubi erant pulchræ.

N Thartessiacis:Platanũ celebrat carmen quæ dr̃ plantata fuisse in agro cordubensi a Cæsare. de hac nihil in historia extat q̃uis legamus platanũ fuisse ĩ licia modo domicilii concauam:& caliculæ ĩ agro ueliterno:& ĩ creta sub q̃ ferũt Iuppiter cũ Europa concubuisse:& delphis quæ sata dr̃ mãu Agamẽnonis hæ sũt platani mẽorabiles. de platano aũt cæsariana nihil extat præter hoc carmẽ. Thartessiacis:hispanis. Bætis thartessus dictus ẽ:ut Strabo scribit. Corduba:oppidũ bæticæ. Amat:proximũ habet. Lanæ bæticæ:fuluæ sunt in speciẽ auri sine ullo medicamẽto. Metallo natiuo. i. naturali & insito colore.

Bractea:lammina auri. Linit:uidetur linire & inaurare. Pecus:hesperium.i. oues.hispanas. Stat:surgit. Dextera felix:uictrix: Auctoré:plantatoré. Syrinx:nympha arcadiæ:quã Pan persecutus est usque ad ladoné flu.ubi illa ope aliarum nympharum conuersa est in calamos palustres unde Pan phistulã composuit. Sera phistula.i.syrinx. Lyæo Baccho celebrante conuiuia. Mero effuso:id est affuso uino:nam platani auctoribus Plinio & Macrobio uino aluntur:adeo ut Hortensius petierit a Cicerone dié actiois commutari:quoniam ipse erat eo die iturus in tusculanũ ad platanos suas uino irrigãdas. Fxternis:non usitatis. Dicere nemorosas: qa sponte ꝑueniebãt. Perpetuos honores.i.perpetuam uiriditaté:non manus Põpeii uicti: sed Cæsaris uictoris.

Inctis: Philenis qd ageret:illi duo uersus docuerunt:Dii mentem tibi dét tuã Phileni cũ nos lingere quæ putas uirile: hæc purpureis uestibus utebat̃ quæ male olebãt apđ antiquos.supra:Quod bis murice uellus inquinatũ.utebat̃ igit̃ iis Philenis: non ꝓpter coloré sed propter odoré:cui lingendis cunnis erat assueta.

D cœnã: locus é Phœbũ pasci mẽtula: quoniã eius cã inuitat̃ a cinædis:q ita pascit̃ non potest habere purũ os: nã hic mẽtula uidebatur pasci & mẽtulam deglutire.

Erculis:Germãicus strauit uiã appiã ea pte qua paludes itercludebãt: uel harenæ:ut scribit Papi: & quæ nũc solidũ diem terebat: Horarũ uia facta uix duaꝝ:carmen é Papi.Hercules aũt traiecturus armẽta Geryois uiã.vii.stãdioꝝ muniuit iuxta auernũ ad littus:germãicus Hercules maior appellabat̃. In hoc ope præserti Herculé appellat:quoniã ita appiam quã Papi.domitianam nomiat strauerat:quéadmodũ Hercules oli uiã herculeã ad auernũ.poeta nũc tãtũ hic tépli Domitiani memĩt: in quo sub noĩe Herculis colebat̃.& alibi:Appia q̃ simili uenerãdus ĩ Hercule Cæsar.Papi.solus longiore carmĩe stratã uiã prosequit̃.Erat auté hoc templũ ĩ hac uia ad octauũ lapidé. Descedere:quia colebat̃ sub noĩe magni Herculis:qué uult assentãdo uideri eé inferioris numĩs q̃ sit Domitiaus.

Et linit hesperium bractea uiua pecus.
Aedibus in mediis totos amplexa penates:
Stat platanus densis cæsariana comis.
Hospitis inuicti posuit quam dextera felix:
Cœpit & ex illa crescere uirga manu.
Auctorem dominumque nemus sentire uidetur:
Sic uiret: & ramis sydera celsa petit.
Sæpe sub hac madidi luserunt arbore fauni:
Sæpe sub hac latuit rustica fronde dryas.
Dumque fugit solos nocturnum pana per agros:
Terruit & tacitam fistula sera domum.
Atque oluere lares comessatore lyeo:
Creuit: & effuso lætior umbra mero.
Hesternisque rubens delecta est hærba coronis:
Atque suas potuit dicere nemo rosas.
O dilecta deis o magni cæsaris arbor:
Ne metuas ferrum sacrilegosque focos.
Perpetuos sperare licet tibi frondis honores:
Non pompeiane te posuere manus.

De Phileni.

Tinctis murice uestibus quod omni:
Et nocte utitur & die philenis
Non est ambitiosa:nec superba.
Delectatur odore: non colore.

In Phœbum.

Ad cœnam inuitant omnes te phœbe cinædi:
Mentula quem pascit non puto purus homo est.

De Statua.Do.

Herculis in magni uultus descendere cæsar:
Dignatus latiæ dat noua templa uiæ.

Regna triuiæ:nã ſacerdotes triuiæ aricinæ reges dicebantur:ut apud Flaccũ in argonautis:Immitis aritia regi:Et Papinium in ſiluis.Et Tranquillus regem nemorenſem appellat illum ſacerdotẽ in Caligula.Longa extat apud Straboñe hiſtoria de ſeruis inter ſe pugnãtibus.de eo ſacerdotio Ouidius ĩ faſtis memĩt. Regna nemoroſa:quia Diana dicebaẽ illic nemorenſis. Hunc maiorem.i.Domitianũ. Securus homo.i.nihil magni cogitans aut optans. Illi:id eſt Herculi minori:quaſi dicat magna hic petuntur:ab Hercule minore parua.

Qua triuiæ nemoroſa petit dum regna uiator:
Octauum domina marmor ab urbe legit.

De Eadem ſtatua.

Ante colebatis uotis & ſanguine largo:
Maiorem alcidem:nunc minor iſte colit.
Hunc magnas rogat alter opes rogat alter honores:
Illi ſecurus uota minora facit.

Ad Herculem de eadem ſtatua.

Alcide latio nunc agnoſcende tonanti:
Poſtquam pulchra dei cæſaris ora geris.
Si tibi tunc iſti uultus habituſque fuiſſent:
Ceſſerunt manibus cum fera monſtra tuis:
Argolico famulum non te ſeruire tyranno:
Vidiſſent gentes:ſæuaque regna pati.
Sed tu iuſſiſſes euryſtea:nec tibi fallax:
Portaſſet neſi perfida dona lichas.
Oetei ſine lege rogi ſecurus adiſſes:
Aſtra patris ſummi:quæ tibi pœna dedit.
Lydia nec dominæ traxiſſes pẽſa ſuperbæ:
Nec ſtyga uidiſſes tartareumque canem.
Nunc tibi iuno fauet:nunc te tua diligit hebe:
Nunc te ſi uideat nympha remittet hylam.

Ad Fabullum.

Vxor cum tibi ſit formoſa pudica puella:
Quid tibi natorum iura fabulle trium.
Quod petis a noſtro ſupplex dominoque deo:
Tu dabis ipſe tibi:ſi potes arrigere.

In Eſchilum.

Laſciuam tota poſſedi nocte puellam:
Cuius nequitias uincere nemo poteſt.

Lcide:Idẽ argumentũ Agnoſcende: digne ut agnoſcaris. Hercules Romæ erat in foro boario triumphalis:ita dictus:quoniã ꝑ dies triumphi habitu triũphali induebatur. Erat item eius coloſſus in capitolio. Argolico tyrãno:Euriſteo regi argolico Euriſteus Stelleni filius fuit:ꝗ Perſeo ſucceſſit in regnũ mycenarum:ſed argiuũ tenuit.occubuit ad maratonẽ in prælio aduerſus filios Herculis:ꝗ ſeruitutẽ patris ulciſcebaẽ:caput eius corinthi ẽ ſepultũ:reliquæ ꝑtes corpris targeti.auctor ẽ Strabo. Lychas:ꝗ ꝑtulit tibi tunicã a Deianira ſanguine Neſſi uenenatũ. Securus:ſine ulla ui. Oetæi rogi.i.rogi quo combuſtus ẽ ĩ oeta monte. Pœna:mors grauis:quia uiuus combuſtus fuit. Lydia:Hercules omphale paruit:in cuius gratiã neuiſſe diciẽ. Styga:nec adiuiſſes ĩferos. Hebe:Iunonis filia ſine patre:uxor data Herculi poſt deificationẽ ut ſcribit Homerus.Hebe quæ fuit filia Iunoĩs & habuit odio te:amaſſet te.

Videat:te. Iſto ore:cæſariano.

Xor:Hic petebat ius trium natoꝶ a Domitião:cũ haberet pulcherrimã uxorẽ:idẽ ſupra dictũ ẽ in Dentonẽ:Neſcio quid de te non belle dẽte fateris.

Deo aduerſo:Domitiano nolente permittere.

Aſciuam:Eſchilus erat irrumator:quod ſupra dixit:Aureolos cur accipit Eſchile de nos:nuper Martialis ait ſe popoſciſſe irrumationẽ a puella:ꝙ illa quidẽ pollicita ẽ:ſed poeta renuit cum pauper ſit:nam fellatricibus maius dabatur premium:monet Eſchilum:qui non dubitat id precii dare:ut hanc accipiat etiã ſi uelit. Nequitias:blanditias.

Poposci puerile.i.nates. Quiddā improbius.i.irrumationē. Pura fuit:eā non attigi. ne cogerer maius dare. Mala conditione.i.magno precio:ut supra soluerat.

Vid tibi: Accuſat uociferationem magiſtri triuialis:qui mane pueros obtundebat uerberibus & uoce:qui cum interpellet ei ſomnum paciſcitur:ut tantum accipiat ſi uelit ſilere q̄tum lucratur pro ſua uociferatione. Virginibus:quæ erudiūtur. Horatius: Diſcipularum inter iubeo plorare cathedras. Rupere ſilentia.i.cecinere. Medio equo:ſtatuas equeſtres ponebant ſibi ipſis cauſidici in ueſtibulis ſuarū ædiū:ut a clientibus conducerent & haberent in precio. Nemo enī conducebat ad cauſas agēdas ut conquerit Iuuenalis: niſi ſtēmata & ſtatuas haberet ī ueſtibulis:notat igitur mores ſuoꝝ temporū Martialis:aitque ſceleratum magiſtrum ludi tā to murmure obſtrepere: quanto reſonat officina fabrorum:cū ſtatuam equeſtrē facit cauſidico. Iuue. Emilio dabit quātū petit & melius nos egimus: quare huius.n.ſtat currus Aeneus:alti quadriiuges ī ueſtibulis: Atque ipſe feroci bellatore ſedēs curuatum haſtile minat Eminus: & ſtatua minat prælia luſca Equo medio:equeſtri ſtatuæ. Parma:nomē ꝓprium pugilis. pugiles autē & aurigæ hēbant ſuas factiones ut memīt Trāquillus: magnū ergo uictorē factioſi ſequebant. Peruigilare:uſque ad lucē. Vincēti parma:placet de Agathino ītelligas:q ſæpe parma uincebat in theatro.

Ixerat: In Cecilianū ē epigramma: qui ut ſe bonū uirum iactaret uſurpabat Ciceronis uerbum: O tempora:o mores. Cicero autem eo uerbo uſus ē aduerſus Catilinam coniuratum in patriam:& cū arma ciuilia mouerentur M.in aſſētatione Domitiani ait Cecilianum ſibi ſuis moribus diſplicere non alienis. Strueret:moliretur; Nefas:excidium patriæ. Cicero in Catilinam: O tempora:o mores. Senatus hoc ītelligit:conſul uidet:hic tamen uiuit. Gener & ſocer:Pompeius & Cæſar. Cæde.i.ſanguine ciuili. Nulla feritate ducū:ut fuit ſub Cæſare & Pompeio.

Feſſus mille modis illud puerile poposci:
Ante preces totas primaque uerba dedit.
Improbius quiddam ridenſque rubenſque rogaui:
Pollicita eſt nulla luxurioſa mora.
Sed mihi pura fuit: tibi non erit æſchile:ſi uis:
Accipe & hoc munus conditione mala.

In Magiſtrum ludi.

Quid tibi nobiſcum eſt ludi ſcelerate magiſter?
Inuiſum pueris uirginibuſque caput.
Nondum criſtati rupere ſilentia galli:
Murmure iam ſæuo uerberibuſque tonas:
Tam graue percuſſis incudibus æra reſultant:
Cauſidicum medio cum faber aptat equo.
Mitior in magno clamor furit amphitheatro:
Vincenti parmæ cum ſua turba fauet.
Vicini ſomnum non tota nocte rogamus:
Nam uigilare leue eſt:peruigilare graue.
Diſcipulos dimitte tuos:uis garrule quantum:
Accipis ut clames:accipere ut taceas?

In Policarmum.

Cum futuis policarme ſoles in fine cacare:
Cum pædicaris quid policarme facis?

In Cecilianum.

Dixerat o mores o tempora tullius olim:
Sacrilegum ſtrueret cum catilina nefas.
Cum gener atque ſocer diris concurreret armis:
Mœſtaque ciuili cæde maderet humus.
Cur nunc o mores: cur nunc o tempora dicis:
Quod tibi non placeat ceciliane quid eſt?
Nulla ducum feritas:nulla eſt inſania ferri:
Pace frui certa lætitiaque licet.

Sordent tibi:id est uidentur sordida & displicent. Tui mores:perditi.

Assili:Leo & Aries adeo conuenerant:ut & terroris aries & feritatis leo obliti eodē uescerent cibo. Leonē mansuetū temporibus Domitiani fuisse:& epigrāma alibi docuit:& Papinii carmen testat:maiore merito utrūque dignū ait poeta:ut hic pro leone nemeo inter astra sit:Ille pro ariete Phryxi. Iugi massili:nā massilia habebat ingentem famā leonum. Posuere.i.mites facti sunt. Venti ponunt quando cessant:& feræ ponunt cū mitescunt.

Non nostri faciunt tibi quod tua tempora sordent:
Sed faciunt mores ceciliane tui.

De Leone & Ariete.

Massili leo fama iugi:pecorisque maritus:
Lanigeri mirum qua posuere fide.
Ipse licet uideas cauea stabulantur in una:
Et pariter socias carpit uterque dapes.
Nec fœtu nemorum gaudent:nec mitibus hærbis:
Concordem satiat sed rudis agna feram.
Quid meruit terror nemees:quid portitor helles:
Vt niteant celsi lucida signa poli.
Sydera si possent pecudesque feræque mereri:
Hic aries astris:hic leo dignus erat.

Ad Liberum amicum.

Liber amyclea frontem redimite corona:
Qui quatis ausonia uerbera grata manū.
Clausa mihi texto cum prandia uimine mittas:
Cur comitata dapes nulla lagena uenit?
Atqui digna tuo si nomine munera ferres:
Scis puto debuerint:quæ mihi dona dari?

In Sutorem.

Dentibus antiquas solitus producere pelles:
Et mordere luto putre uetusque solum.
Prenestina tenes defuncti rura patroni:
In quibus indignor si tibi cella fuit.
Rumpis & ardenti madidus crystalla falerno:
Et pruris domini cum ganymede tui.

Cauea:locus erat quo feræ seruabantur. Dapes socias.i.coniūctas Licet ipse uideas.i. tu ipse potes uidere. Fœtu nemorum.i.præda ferarum qua solent uesci leones. Rudis agna satiat feram id est leonē. Terror neme æ.i.leo nemeus:qui inter astra est:quem auctore Hyginio:illic collocauit antiquitas:uel ꝙ sit princeps ferarū:uel ꝙ prio certamine interfectus sit ab Hercule inermi. Portitor Helles:aries qui traiecit Hellem auream pellē habuit ut hesiodus & Phe recides scribunt:unde in reliquos fabula manauit. Heratostene autem auctore eā detraxit Iason:mox inter astra euolauit:hanc nonnulli scribunt esse in Orchomeno Boetiæ oppido. Hermippus auctor est arietem inter astra illū eē qui Libero patri ꝑ exusta Libyæ ducenti exercitum fontem indicauit.

Iber:Ad Liberū pugilē:cuius supra meminit is miserat res aptas prādio in cista:nihil autem uini:cū tamē eius noīe munus dignū sit uinū. Corona amyclea.i.laconica:hoc ꝑpter Pollucē:qui amiclæus fuit:& inter pugiles tenuit principatum:qđ uersus Homeri ostēdit:& pugna illa bebricia cātata ab Apollonio:& Flacco inter nostros. Graia uerbera:quia ducebant originem ab amyclis:patria Pollucis. Texto uimine:id est cista:an oliuas dicit:ut supra:Oliuarū breue uimē picenarū:Quicquid uis accipe missum in cista. Tuo noīe:quia tu appellaris Liber:ad Liberum Bacchum alludit. Dona.i.uinum:quod dignum est Baccho.

Entibus:In Cerdonem sutorē:qui factus erat diues morte patroni:adeo ut munus gladiatorium ediderit:quod supra indignatus poeta conquestus est. Pelles antiquas.i.uetera coria. Vetus solū:an solum intelligit terram in corio:quæ dum fit madida resoluitur in speciem luti. Putre:resolubile. Ardēti:quia ardere uidetur. Pruris:lasciuis.

Litterulas: ad contemptum est usus hoc diminutiuo. Leues: uel ut sit epithetum calamorum: uel ut nihil habeant emolumenti.

Ffigiem: Camoni uigesimum annum natum pater amiserat: mos autem erat ut cariorum pignorum defunctorum imagines domi seruarentur. Pater autẽ Camoni noluit effigiem eius ætatis qua mortuus est: sed fecit infantem. Causam affert poeta: quia scilicet si uideret .xx. annorum adolescentem pictum nihil loquentem: recordaret mortuũ quod acerbũ eẽt: sed si uidet ĩfantẽ non exprimentẽ uerba: non miraẽ. Id. n. est infantis non loqui. Tãtum: solũ. Prima figura: id ẽ primæ ætatis figura.

Florẽtes uultus .xx. annorũ. Muta: nihil loquẽtia.

On silice: Tuccã deridet: q balneũ aquaꝝ frigidarũ: hoc est casã ad quã aquæ frigidæ deriuabanẽ ex ligno cõstruxerat thermas aũt aquaꝝ calidarũ: hoc ẽ ubi erãt calefaciẽdæ aquæ ex marmoꝝ sine lignis: poeta ait oporteꝝ ut balneũ subiiciaẽ thermis: ad quas calefaciẽdas thermæ habebãt locũ aquarũ frigidaꝝ: qđ carmen Papinii ostẽdit in balneis ætrusci: & poeta supra: Ritus si placeat tibi laconũ: Contentus potes arrido uapoꝝ Cruda uirgine martiaque mergi. Strage nemorũ: id ẽ strue lignoꝝ. Pinea compage .i. coniunctis tabulis pineis. Caristos: op. euboicæ insulæ: inde marmora caristia. Papi. undosa caristos. Sinas: uicus phrygiæ: ũde marmor sinadicũ mittebaẽ. Nomas numidia africæ ꝓuiciæ .i. marmur numidicum: supra: marmoꝝ picta nomas. Eurotas: flumẽ laconiæ: ut scribit Callimachus fõtes agit ex mõte mænalio: confundiẽ alpheo: rursusque discedit. ripæ eius tauro monte obũbranẽ. In laconia aũt marmur uiride effoditur: quod cũctis est hilarius: & eurotã Papinius posuit pro marmore laconico: Vix locus eurotæ ripis. Fronte uirenti: nam illud est uiride marmur.

Aec: Iu laudem eiusdem Camoni. Prima forma: infantia. Creuerat: erat adultus. Suas genas: in qbus pululabat. Purpura: lanugo illa purpurea. Inuidit una soror: ut supra: De tribus una negat: id est lachesis. Festinatis pensis: immaturis.

At me litterulas stulti docuere parentes:
Quid cum grammaticis rhetoribusque mihi?
Frange leues calamos: & scinde thalia libellos:
Si dare sutori calceus ista potest.

De effigie Camoni.

Effigiem pueri tantum pictura camoni
Seruat: & infantis prima figura manet.
Florentes nulla signauit imagine uultus:
Dum timet ora pius muta uidere pater.

De Balneo Tuccæ.

Non silice duro structuli ue cemento
Nec latere cocto quo semyramis longam
Babylona cinxit tucca balneum fecit
Sed strage nemorum pineaque compage
Vt nauigare tucca balneo possit.
Idem beatas lautus extruit thermas.
De marmore omni quod caristos inuenit:
Quod phrygia siue afra quod nomas mittit,
Et quod uirenti fonte lauit eurotas.
Sed ligna desunt: subiice balneum thermis.

De effigie Camoni.

Hæc sunt illa mei quæ cernitis ora camoni:
Hæc pueri facies primaque forma fuit.
Creuerat hic uultus bis denis fortior annis:
Gaudebatque suas pingere barba genas.
Et libata semel sommos modo purpura cultus:
Sparserat: inuidit de tribus una soror.
Et festinatis incidit stamina pensis:
Absentemque patri rettulit urna rogum.

Ne loquatur: id est quod ex pictura non appareat eum mortuũ anno. xx. Certe chartæ meæ: hoc indicabunt. & meum carmen testabitur.

Vod: Optimum carmen trimetrum iambicum: subdito dimetro: Deridet Priscũ: qui longo carmine descripserat quodnam esset bonum conuiuium. Id em fecerat olim Varro in menipeis: Quid opus inquit est tam longo carmine: ego uno uerbo dicam illud est optimum conuiuium: in quod non admittitur choraules: hoc est ubi assit sobrietas & quieta mensa. Choraules: citharœdus.

Sed ne sola tamen puerum pictura loquatur:
Hæc erit in chartis maior imago meis.

De Conuiuio Prisci.

Quod optimum sit disputat conuiuium:
Facunda prisci pagina.
Et multa dici multa sublimi refert:
Sed cuncta docto pectore.
Quod optimum sit quæritis conuiuium:
In quod coraules non uenit.

Ad Picentinum.

Funera: post septem nupsit tibi galla uirorum:
Picentine sequi uult puto galla uiros.

Ad Domitianum.

Oderat ante ducum famulos turbamque minorem:
Et pallatinum roma supercilium.
At nunc tantus amor cũnctis auguste tuorum:
Vt sit cuique suæ cura secunda domus.
Tam placidæ mentes: tanta est reuerentia nostri:
Tam pacata quies: tantus in ore pudor.
Nemo suos: hæc est aulæ natura potentis:
Sed domini mores cæsarianus habet.

De Gellio.

Duxerat exuriens locupletem pauper anumque
Vxorem: pascit gellius & futuit.

Ad Aulum.

Lector & auditor nostros probat aule libellos:
Sed quidam exactos esse poeta negat.
Non nimium curo: nam cœnæ fercula nostræ:
Malim conuiuis q̃ placuisse cocis.

Vnera: Venefica ueneficio nupserat. Post funera septem uirorum: interfectorũ ueneno. Vult sequi uiros: quos necauit: nam & ipsa iterficietur a te qui ueneficus es.

Derat: Laudat Domitiãi familiam: cuius moribus tota ciuitas amica sit: cum antea imperatoriæ familiæ supbiã soleret odisse: hoc aũt factum ait moribus prīcipis qui talis est. Turbã minorem: id est domũ palatinam: palatinum supercilium. Tuorum: tuæ familiæ ut sit. Cuique cura domus: id ē ita diligũt ciues tuam familiam: ut pluris faciãt tuos famulos quã suos. Reuerentia nostri: id est tãtum ueremur nos ciues tuam familiam: Nemo habet suos mores: sed tuos o Cæsar.

Vxerat: Gellius olī pauperrimus uxorē duxerat locupletē: & anum: ita eam pascit. & aliis utitur ad coitum. Iocus est: nam cum uideatur dicere Gelliũ pascere uxorem & futuere: intelligit eum ex dote comparasse familiam cinædorũ: quã pascit & futuit.

Ector: Carmina Martialis a lectoribus laudabantur: sed a quodam poeta uituperantur: poetam comparat coquo: nam hic carmina: ut ille dapes parat: lectorem & auditorem conuiuis: Nam hi carminibus fruuntur: ut conuiuæ dapibus. Ex hac metaphora existit acumen poetæ: & ait se optare fercula suæ cœnæ placere potius conuiuis: q̃ coquis. Lector: quicunque legit & audit nostros libellos. Exactos: politos.

Ixerat:locatur in Cinnam: cui aſtrologus prædixerat mortem intra paucos menſes: hic ne quid hæredi relinqueret:omnia abſumpſerat falſa fuit aſtrologi fides: uiuebatque pauper Cinna:at poeta ait aſtrologum non mentitum eſſe:nam periit: cum omĩa abſumpſerit quibus uitam ſuſtentabat. Luxurioſus:deditus luxui. Tuum bis decies.i. uicies ſextertia. Tabuit:conſumptum fuit. Hoc eſt perire:nam pauperes mortuos ſolet appellare.M.

In Cinnam.

Dixerat aſtrologus periturum te cito cinna:
Nec puto mentitus. dixerat ille mihi.
Nam tu dum metuis. nequid poſt fata relinquas:
Hauſiſti patrias luxurioſus opes.
Bis quartum decies: non toto tabuit anno:
Dic mihi: non hoc eſt cinna perire cito.

Ad Cæſarem. Do.

Inter tanta tuæ miracula cæſar harenæ:
Quæ uincit ueterum munera clara ducum:
Multum oculi: ſed plus aures debere fatentur:
Se tibi. quod ſpectant: qui recitare ſolent.

Ad Norbanum.

Cum tua ſacrilegos contra norbane furores:
Staret pro domino cæſare ſancta fides.
Hæc ego pieria ludebam tutus in umbra:
Ille tuæ cultor notus amiciciæ.
Me tibi uindelicis raptum narrabat in oris:
Neſcia nec noſtri nominis arctos erat.
O quotiens ueterem non inficiatus amicum:
Dixiſti meus eſt iſte poeta meus.
Omne tibi noſtrum: quod bis trieteride iuncta:
Ante dabat lector: nunc dabit auctor opus.

De Paulo.

Languidior noſtri ſi quando eſt paulus atili:
Non ſe conuiuis abſtinet ille ſuis.
Tu langore quidem ſubito fictoque laboras:
Si mea porrexit ſportula paule pedes.

De Filio Sillii.

Feſtinata ſui gemeret cum fata ſeueri:

Nter: Germanicus harenã hiſtrionibus iterdixit:conceſſit tantũ artẽ ut domi exercerẽt:auctor eſt Tranquillus. Agit grãs principi Mart.ꝙ noluerit offendi aures ſpectatorũ obſcenis hiſtrionũ dictis. Vicit clara munera:id ẽ ſuperauit ſpectacula imperatorũ dignitate. Spectant:id eſt relati ſunt iter ſpectatores:nam hiſtrioẽs iam ſpectabãt alios ludos in theatro:non ipſi artem ſuam illic exercebant.

Vm tua:Norbanum ſibi amicum alloquitur cui recitata olim diuerſis temporibus epigrammata cum aduerſus.L. Antonium militet pro Domitião in germania:nunc in libellum redacta mittit. Sancta fides: id eſt tu fideliſſimus. Sacrilegos furores: id eſt contra.L. Antoniũ. Rheti:& uĩdelici populi ſũt coniũcti noricis. Arctos.i.homĩes colentes germaniam. Oris uindelicis:in ſeptentrione. Eſſe raptum:iteriiſſe:nã ægrotauerat Martialis.: Nec neſcio:quia nouerat me. Bis iuncta trieteride: id eſt iam ſex annis.

Anguidior: Paulũ diſſimulatorem accuſat: qui quotiens uolebat ĩuitare:ſimulabat ſe languerẽ ut amici non uenirent:cũ autem inuitabatur accedebat propere:Neſcio quo fato ſit inquit: ut mea cœna Paulo languẽti det pedes quibus acceleret. Abſtinet ſuis conuiuis:quia eos non admittit. Sportula mea:id eſt mea cœna. Dedit tibi pedes:ut ſcilicet uenires.

Eſtinata:Conſolatio eſt Silii Italici lugentis filium mortuum ab exemplo: ꝙ non modo mortalium hominum:ſed deorum etiam filii mortui ſint.

Potens ore ausonio.i.facundus. Non semel:non uno tantū genere: nā declamauit: & carmina cecinit. Linon:& Linus meus est mortuus. Tu quoque habes uulnus.i. habes luctū amissi filii Orphei. Iuppiter tarpeius:tonans Iuppiter:palatinus Domitianus:quorū utriusque filii Iouis Sarpedon & Domitiani infans in secundo consulatu mortui sunt. Nefas:tantū scelus. Exonerare possis.i.merito debes exonerare.i.leuare deos accusatione. Obnoxia:parentia subdita. Fatis:nam fata immutabilia dicuntur.

Sillius ausonio non semel ore potens.
Cum grege pierio mœstus phœboque querebar:
Ipse meum fleui dixit apollo linon.
Respexitque suam: quæ stabat proxima fratri:
Calliopen: & ait tu quoque uulnus habes.
Aspice tarpeium pallatinumque tonantem.
Ausa nefas lachesis læsit utrunque iouem.
Numina cum uideas duris obnoxia fatis:
Inuidia possis exonerare deos.

Ad Lupercum.

Septem post calices opimiani:
Denso cum iaceam triente blesus.
Affers nescio quas mihi tabellas:
Et dicis modo liberum esse iussi.
Zenas: seruulus est mihi paternus:
Signa: cras melius luperce fiet.
Nunc signat meus annulus lagenam.

Ad Ruffum.

Dum me captares mittebas munera nobis:
Postquam cœpisti das mihi ruffe nihil.
Vt captum teneas: capto quoque munera mitte:
De cauea fugiat ne male pastus aper.

Ad Stellam.

Lege nimis dura cōuiuam scribere uersus:
Cogis stella: licet scribere nempe malos.

Ad Flaccum.

Sic in gramine floreo recliuis:
Qua gemantibus hinc & inde riuis.
Curua calculus excitatur unda:
Exclusis procul omnibus molestiis.
Perfundas glaciem triente nigro:
Frontem sutilibus ruber coronis
Sic uni tibi sit puer cinædus.

Eptē: Luper cū itē accusat supponentē falsas testamenti tabulas: & rogantē Martialem ebriū ut testamentum signet. at inquit poeta nunc non signat meus annulus testamentum sed lagenam ut ostendat se potu & ebrietate occupatū. Diodorus uocaꝛ: quē iussi eē liberū his tabulis. Blesus: balbutiens. Signat lagenā: quia ebrius sum: & sum occupatus in uini lagenis signandis. Ita eludit prauum hominē: & scelus suorum tēporum notat.

Vm: Amicum muneribus conciliauerat Martialem Ruffus: a quo cū iā coleretur: nihil mittebat: monet posse fieri ut fugiat moꝛ belluæ quæ nō pascitꝛ in cauea. Postq̄ cepisti me.i. postquā cepisti me: ut te colerem.

Ege: Hoc distichon ē ex medio conuiuio: iubente Stella ut Martialis carmen componeret discumbens: tu hoc īquit poeta iubes Stella nimis dura conditiōe & ut absoluat distichon: nā ad dapes properabat licet īquit etiā uersus malos faceꝛ: ut intelligas Mart. hactenus ꝓgressū aliq̄diu substitisse: demū ꝓperātē ad epulas effutisse reliq̄.s.licet uersus scribere nempe malos.

Ic in gra: Flaccus ī cypro erat: qđ supradixit: Cū te Flacce mihi redderet cythereia cypros: hūc amicū monet: & ꝑ uoluptatē epicuream quam sequitur rogat declinet æstus cyprios Nam ægrotationē & mortem afferunt sæpe.

Obſerues: diligenter uites. Crepantes menſes: id eſt menſe auguſto. Iuba leonis: id eſt quando ſol eſt in leone. Gramine florido: id eſt in herba floribus diſtincta. Glaciem: ex niuibus & glacie aquæ congelabant uinum. Coronis ſutilibus: roſaceis. Paphus duplex in Cypro: nam eſt paphus & palepaphus: id eſt antiqua paphus: utraque ſacra Veneri erat. Inde modo paphia: modo palephia dicitur. Calendæ martiæ: Veneri ſeruiebant: quoniam colebantur a mulieribus. colebantur autem quoniam tunc primum Iunonis ædes cœpit coli. Plurima quadra: placente in quadras ſecabantur in ſacrificiis cultro: quem ſecepiſtam appellabant. Hoc libum quo in ſacrificiis utebantur ſectium appellabant auctore Feſto.

Et caſtiſſima pruriat puella:
Infamem nimio calore cypron:
Obſerues moneo: præcorque flacce.
Meſſes area cum teret crepantes.
Et fului iuba ſæuiet leonis
At tu diua paphi remitte noſtris.
Illæſum iuuenem remitte uotis.
Sic martis tibi ſeruiant calendæ:
Et cum ture: meroque uictimaque.
Libetur tibi candidas ad aras:
Secta plurima quadra de placenta.

D Cœnam: Hoc apertū eſt argumentum: ſed dictū eſt ī illud conuiuiū: quo Domitianus poſt uictoriam ſarmaticam totam romā accepit. Inuitator Cæſaris: qui inuitauret numē Domitiani.

Adulatur Domitiano.

Ad cœnam ſi me diuerſa uocaret in aſtra:
Hinc inuitator cæſaris: inde iouis.
Aſtra licet propius: pallatia longius eſſent:
Reſponſa ad ſuperos hæc referenda darem.
Quærite qui malit fieri conuiua tonantis:
Me meus in terris iupiter ecce tenet.

Væ mala: Condylum ingemiſcentē diuturno ſeruitio conſolatur: dum oſtendit plura eſſe incommoda: q̄ ſerui domini: non tamen hoc dicit ex animo ſed ut derideat Caium Condyli patronum: cuius & uitia: & incommoda refert. Lecticula: paruū lectū ſignificat: qua uel in bello uel pauperes domi iacebāt Liuius de Scipione: Scipio lecticula in aciem dilatus conflixit. Securos: non perturbaturos. Phœbus fœnerator. Tortores: dicebantur: qui plectebāt ſeruos domi quando peccabant ī dominū. Quod ſenſus eſt: hæc commoda uidentur eſſe in domino tuo: quod uomit mane & lingit cunnum ſed tu non malles illa commoda: q̄ tria illa ſuperiora incommoda: hoc eſt ſalutationē æs alienum: podagrā: id eſt chiragram: Eſſe tuus Caius ter: id eſt habere illa tria incommoda: quæ habet Caius tuus.

Ad Condilum.

Quæ mala ſunt domini: quæ ſerui commoda neſcis:
Condile: qui ſeruum te gemis eſſe diu.
Dat tibi ſecuros uilis tege ticula ſomnos:
Peruigil in plumā caius ecce iacet.
Caius a prima tremebundus luce ſalutat:
Tot dominos: at tu condile nec dominum.
Quod debes cai redde inquit phœbus: & illinc:
Cinnamus: hoc dicit condile nemo tibi.
Tortorem metuis: podagra chiragraque ſecatur
Caius: & mallet uerbera mille pati.
Quod nec mane uomis: nec cunnum condile lingis:
Non mauis: quam ter caius eſſe tuus.

Ddere quid: potus est solutus in uenerationem Domitiani: In cuius nominis litteras pari numero cyathos potat. Eundem potum supra celebrauit Næuia sex cyathis. Immortale: quod non corrumpitur. Rosa sutilis: id est corona ex rosis quotiens bibebant aptabant coronam capiti: ut sit ut æquemus litteras illius. Qui posuit nobile opus hoc est templum sacræ gentis flauiæ. Germanicus: a germania deuicta: hoc nomē æquatur numero poculorum. Opus: id est ædem flauiam: id est Domitianus. Orbe odrysio: id est a septentrione: id est germanicus in quo nomīe sunt decem litteræ.

Ad Calatissum.

Addere quid cessas puer immortale falernum:
Quadrantem duplica de seniore cado.
Nunc mihi dic quis erit: cui te calatisse deorum:
Sex iubeo cyathos fundere: cæsar erit
Sutilis aptetur decies rosa crinibus ut sit:
Qui posuit sacre nobile gentis opus.
Nunc bis quina mihi da bassia: fiat ut illud:
Nomen ab othrysio quod deus orbe tulit.

De Hippocrate.

Santonica medicata dedit mihi pocula uirga:
Os hominis mulsum me rogat hippocrates.
Tam stupidus nunquam nec tu puto glauce fuisti:
Chalcea donanti chrysea quid dederas.
Dulce aliquis munus pro munere poscit amaro:
Accipiat: sed si potat in elleboro.

De Athenagora.

Alphicus ante fuit: cœpit nunc olphicus esse:
Vxorem postquam duxit athenagoras.

Antonica: Absinthium & santonicū dicebatur a santone oppido galliæ: & ponticum a ponto uinum fiebat: quod appellabant absinthitem ab absinthio immixto libra ī quadraginta sextariis musti. hoc cum aliis medicamentis aptum erat: tū potabatur ab eo qui esset uictor in feriis latinarum: qbus quadrigæ in capitolio certabāt. Hippocrates medicus tanquam bene consulēs Martiali: miserat absinthitem & poposcerat ītātundem mulsi mitteret. Mulsum erat uinum melle conditum hoc deridet. Hippocrates: medicina primus claruit. secuti sūt Dyocles: Praxagoras: Crysippus: hic alter ē. Os hominis: uerbum Ciceronis id est o hominem ignauū & imprudentem. Virga santonica: id est absinthio santonico. Tam stupidus: hoc est ex septem Homeri in iliade: ubi arma permutantur a Glauco: qui dat aurea cum Diomede: qui dedit ænea. Tam stupidus: tam stolidus non fuisti o Glauce: Homerus hoc Glauco Saturnius mentem abstulit Iuppiter: qui cum Diomede tytide arma permutauit aurea æneis. Chryssea: aurea Diomedi donanti. Eleborum: malos humores emendat: & insaniam hominis: olim potabatur ad aciem ingenii perpurgandam: iccirco Carneades responsurus libris Zenonis eleborum candidum sumpsit. Sumebatur autē tutissime in Anticyra insula. Ouidius: I. bibe dixissem purgantes pectora succos Quicquid & in tota nascitur anticyra. Oratius: Si tribus anticyris caput insanabile. Inquit igiť Martialis: si quis poposcerit munus dulce pro amaro dabo: si tamen uult potare cum eleboro quasi dicat nemo nisi stultus indigens eleboro: posceret mulsum pro absinthite.

Lphicus: Athenagoras cuius etiam supra meminit: Me tristem fecit Athenagoras fuerat chirurgus: ducta uxore cepit lingere cunnum: in hoc aperto nomine iocatur poeta: cum alibi mutare soleat nomina. ut supra. Non dicam licet usque me rogetis Quis sit posthumus in meis libellis: Et supra in nomine Auiti idem fecit. Vt autem ex mutatione litterarum risum moueret simul & derideat Athenagoram: non appellat eū chirurgum: sed alphicū quasi medicū uitiliginū. nam αλφοσ græce latine significat uitiliginem: unde alpheus flu. dictus ē: ꝙ eius aqua uitiligines sanat. Mutato igitur primo elemēto alphicus inqt fuit Athenagoras: sed ducta uxoř factus olphicus: olphacit cunnū.

Nomen athenagoræ: nomen: utrum credis illum esse Athenogaram & me appellasse uero nomine ille est: nec fictum est nomen: quia nescio quid significet Athenagoras ut potuerim hoc fingere. Non ego pecco: quia aperte eum nomino: & qui alphicum & olphicū nouis nominibus dixi: sed uester græcus quia olphacit. nam peccaṙ est errare: ut ipse de se intelligit: peccare itē sceleratum aliquid committere: ut dicit in Athenagorā cunnilingū.

Linicus: Clinici dicebantur medici qui ægrotantibus medebantur: ad differentiam eorum qui in gymnasiis beneualentes curabāt. herodes clinicus & fur subripuerat uas ægro: quē curabat: cum esset deprehensus ne uideretur furari sed consulere morbo illius: dixit stulte quaṙ bibis. Trulla: diminutiuum: est a trua uase: quo aqua lauatrina in culinam inferebatur: fiebat ex ære corinthio magno precio & argēto. Corinthiam fuisse testatur Plinius: Argenteam Cicero in Verrem. Truleum uas eiusdem formæ: sed maius. Trullam uas ad bibendum.

Nomen athenagoræ credis calistrate uerum?
Si scio dispeream quis sit athenagoras.
Sed puto me uerum calistrate dicere nomen:
Non ego: sed uester peccat athenagoras.

De Herode.

Clinicus herodes trullam subduxerat ægro:
Deprensus dixit stulte quid ergo bibis?

Ad Iulium.

Rumpitur inuidia quidam carissime iuli:
Quod me roma legit. rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia: quod turba semper in omni:
Monstramur digito: rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia: tribuit quod cæsar uterque:
Ius mihi natorum: rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia: quod rus mihi dulce sub urbe ē:
Paruaque in urbe domus: rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia: quod sum iucundus amicis:
Quod conuiua frequens: rumpitur inuidia.
Rumpitur iuidia: quod amamur quodq; ꝓbamur:
Rumpatur quisquis rumpitur inuidia.

Ad Ouidium.

Vindemiarum non ubique prouentus:
Cessauit ouidi: pluuia profuit grandis.
Centum coranus amphoras aquæ fecit.

Ad Atticum de. M. Antonio.

Marcus amat nostras antonius attice musas:
Charta salutatrix si modo uera refert.

Vmpitur: Monstramur digito: ut illud Persii: Pulchrum est digito monstrari & dicier hic est. Vterque Cæsar: Titus & Domitianus. Sub urbe: in Ianiculo. Quod conuiua frequens: quod sæpe inuitor. Rumpaṙ: ut illud Virgilii Rumpantur ut ilia codri.

Indemiarum: Coranus auarus in penuria uini uasa omnia diluerat multa aqua. In hūc iocatur: Ouidi. non ubique prouentus uini cessauit. Grandis pluuia profluit: de hac pluuia supra distichon extat. Coranus: Corani meminit Oratius alterius.

Arcus. M. Antonius tolosanus & litteris & forma insignis fuit. alibi: Talis erat Marcus mediis Antonius annis: amicus Martiali optabat eius carmen legere: quod cum poeta ex litteris cognouisset: misit illi libellū addito hoc epigrāmate. Charta salutatrix: dicebatur charta augusta qua utebantur in epistolis scribendis: sed hic pro epistola.

Palladiæ:ubi ſtudia coluntur. Toloſa:oppidum galliæ in iſthmo :ubi a mari narbonē ſi oceanus repellitur. Ex hoc oppi do in prouerbio fuit aurum toloſanum in eum qui infe lix eſſet: ſiue ut Timagines ſcribit: quoniam toloſani ſocii fuerunt gallorum : qui templū delphicum ſpoliarunt: ut Trogus ſcribit: & relatos in patriā theſauros Scipio abſtulit tāta infelicitate: ut quicunque fuerint participes miſerrime uixerint : ſiue ut Poſſidonius tra dit: quoniam romani lacus locarunt toloſanos: in quibus moles argenteas redēptores īue nerunt : unde dictū aurū toloſanū. Gellius auri to loſani memīt ut equi ſeia ni. Amica quies: pacis ad differentiā. M. Antonii :q turbulētus fuit. Abſentis amici.i.mei. Auctor: ego qui mitto ad te.

Marcus palladiæ non inficianda toloſæ:
Gloria: quem genuit pacis amica quies.

Ad Librum.

Tu qui longa potes diſpendia ferre uiarum:
I liber abſentis pignus amicitiæ.
Vilis eras: fateor ſi te nunc mittere tento:
Grande tui pretium muneris auctor erit.
Multum crede mihi refert: a fonte bibatur:
Qui fluit: an pigro quem ſtupet unda lacu.

In Baſſum.

Denariis tribus inuitas: & mane togatum:
Obſeruare iubes atria baſſe tua.
Deinde hærere tuo lateri: præcedere ſellam:
Ad uetulas tecum plus minus ire decem:
Trita quidem nobis togula eſt uiliſque putriſque:
Denariis tamen hanc non emo baſſe tribus.

Adulatur Domitiano.

Appia quam ſimili uenerandus in hercule cæſar:
Conſecrat auſoniæ maxima fama uiæ.
Si cupis alcidæ cognoſcere facta prioris:
Diſce: libyn domuit: aurea poma tulit.
Peltatam ſcythico diſtinxit amazona nodo:
Addidit arcadio terga leonis apro.
Aeripedem ſiluis ceruum: ſtymphalidas undis:
Abſtulit: a ſtygia cum cane uenit aqua.

Enariis: Baſſū accuſat: q uelit ſe coli: cum det cœnā uel ſportulā triū de narioꝝ: tu fortaſſe inquit das paruū preciū :qa mea toga eſt trita & uideor īho neſtus comes. At quæcun que eſt :non emiť a me tri bus denariis: quot tu aua rus das. Togatū anteābu lonē præcedere ſellā.i. an teambulare. Plus minus decem.i.circiter decem.

Ppia quam: Huius tem pli ad octauū lapidem cuius etiā ſupra meminit: cā fuit ꝙ Domitianus cole reť ſub imagine Herculis: ob uiā appiā ſtratā ab eo in qua erat alloqť appiā poe ta: & antepoīt geſta Domi tiani geſtis Herculis. Ap pia: qa ab Appio cæco ſtra ta eſt. Tres uiæ nobiles: ua leria: latina: appia: ſed ap pia reliqs ſuperabat. Papi nius: Appia longarū teriť regina uiaꝝ. Conſecrat: ſacrā facit ſuo tēplo. Prio ris: antiq Herculis thebāi. Domuit libyn.i. Anteum cuius uxor dicta ē Tigena ī libya: ſed tamē hic labor non numerať īter duodecī a Diodoro ſiculo. Aurea poma: hoc dicit ꝓpter aurea poma heſperidū. de qbus dū Diodorus hiſtoriā refert multa dicit. Pel tatā: amazona. Imperio Euriſtei balteū menalippæ amazoni Hercules detraxit: non ſine graui pugna ad themiſchirā op. in q̄ ceciderūt Aella: philippis: parthoe clara. vii. uictoriis Eribie: Celeno: phœbe: arthemis: & aliæ multæ: anthiopē rapuit quā dedit theſeo. Ama zona: menalippē. Pelta: ſcuto lūato. Scythico: fuerūt & amazoēs libycæ. Addidit leoīs terga.i. īterfecit leonē: cui abſtulit tergus & ſibi addidit: & aprū arcadicū in erimātho: cer uā habētē aurea cornua & uelociſſimā ut alii ſcribūt retibus cepit: ut alii dormiētē occupa uit: ut alii lōga īſectatiōe feſſā apprehēdit quā rettulit euriſteo. Stymphalus lacus arcadiæ paluſtris: ūde labiť eraſinus flu. illic tot aues couenerāt ut totius regioīs fluctus populareť hercules iuſſu euriſtei eas ſubſtulit tabulæ æneæ tīnitu & ſagittis. Vndis: ſtymphalo lacui.

Hydram lerneā:reparantem capita succisa ope Iolai oppressit. Lerna est īter argos & micenas:quæ cum lustrata & purgata esset:recepta est in prouerbiū:lerna malorū.i.lustratio malorum. Vetuit:igne adhibito. Fœcundā mortibus.i.ex morte crescentē. Reparari:reuiuiscere. Boues hesperias.i.armenta Gerionis. Geriones autem fuisse tres filios Chryssi scribit Diodorus. In amne tusco:in tyberi. Alcides minor.i.Hercules thebāus.

Asseruit:ex bello uitelliano. Domitianus puer una cū Sabino patruo fugit in capitoliū: unde uitelliani eiecti sūt: sed pugna conserta uitelliani uictores irruperunt in capitoliū alios trucidarūt Atticū & Sabinū in uinculis duxerunt. Sabinū mortuum ad gemonias traxerunt:Domitiāus dilapsus fuga latuit apud Cornelium ad uelabrū habitu sacerdotis isiaci: historiā supra memorauimus. Iuppiter apud Siliū:Neu te terruerunt Tarpei :culminis ignes : sacrilegas īter flammas seruabere terris. Asseruit:liberauit eiectis uitellianis. Malis regnis.i. a uitelliāis. Solus: hoc dicit in gratiā Domitiani :q creatus īperator : iactabat se dedisse īperiū patri :& fratri & illos sibi reddidisse. Iuleas habenas.i. īperium romanū. Tertius: post patrē & fratrē. In suo orbe:īperio. Cornua histri perfidi.i.germaniā. Ter: nam bis superauit dacos & cattos: semel sarmatas.

Sæpe: Volgesus parthorū rex petiit auxiliū a Vespasiano contra alanos simul rogauit ut unus ex liberis Vespasiāi mitteret. Domitianus contēdit ut mitteretur ipse studio & cupiditate triūphi parthici:sed id recusatū:ne reliqui orientis reges idē peterēt. Recusatū autem hoc fuit sæpe : qa hoc sæpe contēdit muneribus Domitianus. Sæpe recusato.i.cū sæpe recusatū eēt. huius elocutiōis frequēs usus est apud Curtiū:& Silius eā usurpauit. Rettulit nomen.qa dictus germanicus. Ocia ferro:quia Germaniam uicit. Astra suis:quia dedit templa Flauiæ gēti. Sidera cælo:qa suos rettulit inter sidera & patrem fratrē filiū & uxorē. Serta Ioui : qa lauream coronam intulit Ioui capitolino ex uictoria sarmatica:auctor est Tranquillus. Numen Herculis:non sufficit tantis actis. Commodet ora patri tarpeio.i.sumat Domitianus imaginem Iouis:cuius unius numen tantis gestis par est.

Fæcundām uetuit reparari mortibus hydram:
  Hesperias tusco lauit in amne boues.
Hæc minor alcides:maior quæ gesserit audi:
  Sextus ab a lbana quem colit arce lapis.
Asseruit possessa malis pallatia regnis:
  Prima suo gessit pro ioue bella puer.
Solus iuleas cum iam retineret habenas:
  Tradidit inque suo tertius orbe fuit.
Cornua sarmatici ter perfida contudit istri:
  Sudantem getica ter niue lauit equum.
Sæpe recusatos parthos duxisse triumphos:
  Victor hyperboreo nomen ab orbe tulit.
Templa deis:mores populis:dedit otia ferro:
  Astra suis cælo sydera serta ioui.
Herculeum tantis numen non sufficit actis:
  Tarpeio deus hic commodet ora patri.

Ad Phœbum.

Quadringentorum reddis mihi phœbe tabellas:
  Centum da potius mutua phœbe mihi.
Quære alium : cui te tam uano munere iactes:
Quod tibi non possum soluere phœbe: meum est.

De Geminis fratribus.

Quæ noua tam similes genuit tibi læda ministros:
  Quæ capta est cygno nupta lacæna alio.

Vadringentorum:Idem argumentum tabellas scriptas quibus apparet me debere tibi. Potius da centum:ut te putem liberalem.

Væ noua:Laudatur Asili & Pieri geminorum forma:ut magis similes sint q̄ Castor & Pollux:& formosiores Helena:qꝫ si eos Paris uidisset cum rapuit Helenam:& fuissent tales Castor & Pollux eos Helena dimissa rapuisset. Noua læda:alia soror.

Tindaris: idest forma Helenæ. Therapnæis amyclis: Castori & Polluci: nam therapnæ oppidum laconiæ. amyclæ patria Castoris & pollucis. Dona promissa: idest dona Veneris: idest Helenam.

I nimius uideor seraque coronide longus. Decimũ librũ editũ ad iudiciũ & emẽdationẽ præcipiti ardore emissũ reuocauit: suspensũque habuit lectorẽ diutius: dũ & carmen iam editũ emendat: & nouũ inserit. Cũ eundẽ librũ iterũ sit editurus: initio liber ipse expectantẽ lectorẽ monet: ne suspicet nimis longũ fore: ꝙ diu in manibus fuerit. ꝙ si id existimat: & noua castigatione creuisse arbitratur: monet ut pauca legat: Ita enim fiet ut breuis uideatur. Coronis: hemistichium Homeri huius uerbi usum dedit: nam ita scripsit de eo: qui arcũ perfecerat: auream autem coronam addidit idest extremitatem. In usum autẽ receptum est: Vt coronis diceretur quicquid additur in fine. poeta igitur appellat coronidem id quod addidit noua emendatione. maleque sunt interpretati: qui coronidem pro fine totius operis intellexerunt: nam hoc uerbum retulit non ad omẽs insequẽtes libros: sed ad id quod huic decimo addiderat: Ita autem fuisse castigatũ librum insequẽs epigramma indicat. Homerus rostratas naues coronidas appellat: nam rostra nauibus addita dicuntur: uidentur & appendices. Eustachius hoc uerbo usus est in primum iliados. Sera coronide: sera appendice. Ero libellus: uidebor tibi libellus. Fac me breuem: idest legito pauca. Quam cupis ipse. i. quãtũ uis tu ipse

Dat faciem pollux hiero: dat castor asillo:
Atque in utroque nitet tyndaris ore soror.
Ista terapnæis si forma fuisset amyclis:
Cum uicere duas dona minora deas.
Mansisses helene: phrygiamque redisset ĩ urbem
Dardanius gemino cum ganymede paris.

S I nimius uideor seraque coronide longus
Esse liber: legito pauca: libellus ero.
Terque quaterque mihi finitur carmine paruo
Pagina facta: tibi quam cupis esse breuem.

Ad lectorem.

Festinata prior decimi mihi cura libelli:
Elapsum manibus nunc reuocauit opus.
Nota leges quædam: sed lima rasa recenti
Pars noua maior erit: lector utrique faue.
Lector opes nostræ: quem cum mihi roma dedisset
Nil tibi quod demus maius habemus ait.
Pigra per hunc fugies ingratæ flumina lethes:
Et meliore tui parte superstes eris.

ESTINATA. Idem est ferme argumentum: sed poeta loquitur indicans se decimum librum emendasse. hoc accidit: quoniam sub mortem Domitiani hunc libellum absoluerat: Neruæ successoris temporibus non edidit: Traiano euecto ad imperium emisit. Festinata: properata. Elapsum: quod exciderat. Nota: quæ olim legisti in prima editione. Vtrique: primo carmini: quod non indiguit emendatione: & quod nuper emendaui. Pigra: cenosa. Fugies flumina lethes: Ille uitat flumina lethes: qui celebratur: & non fama mandatur obliuioni: nam ληθη significat obliuionem: & aquæ letheæ obliuionẽ ducere dicuntur. contra qui in nulla permanet memoria hominum: dicitur ad inferos descendere. Supra idem dixit eodem sensu: Nec lassi marmora sisyphi uidebit: de libro non iterituro. Eris superstes: uiues. Meliore pre tui: fama ĩgenii.

Marmora meſſalæ: Et ſenior: & iunior ſtemmatis domeſtici ſtudioſiſſimi fuerunt: adeo ut alienas imagines atriis ſuis miſceri paſſi non ſint. apte igitur poeta Meſſalam pro quocũque: qui imagines auorũ oſtentat. hic dicebaẽ Meſſala Coruinus: de quo puto ſcripſiſſe Iuuenalem de ſtatuis loquentẽ: Naſumque minorẽ Coruini. Marmore autẽ caprifico findebanẽ. Iuuenalis de monumentis marmoreis: Ad quæ diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici. i. caprifici. Mulio: auriga. Criſpi: ponit Criſpũ pro quocunque diuite ſiue a Vibio Criſpo: de quo Tacitus: ſiue a Criſpo Victrico Neronis: de quo Tacitus. Nec præſunt ſæcula: non uetuſtate pereunt poemata: nã ſæculis non cædunt.

Marmora meſſalæ findit caprificus & audax
Dimidios criſpi mulio ridet equos.
At chartis nec furta nocent: nec ſæcula proſunt
Solaque non norunt hæc monumenta mori.

Ad priſcum.

Vernaculorum dicta ſordidum dentem
Et fæda linguæ probra circulatricis
Quæ ſulphurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxineta fractorum
Poeta quidam clangularius ſpargit
Et uult uideri noſtra: credis hoc priſce?
Voce ut loquatur pſitacus coturnicis
Et concupiſcat eſſe canus aſcaules.
Procul a libellis nigra ſit meis fama
Quos rumor alba gemeus uehit penna.
Cur ego laborem notus eſſe tam praue?

Ernaculorum. In eũ poetam eſt epigramma: qui Martialis nomen mentitus carmina emittebat plena maledictis: & pene ſatyrico genere: de quo ſupra ẽ conqueſtus: Quid prodeſt cupiant cum quidam noſtra uideri: Si qua lycambæo ſanguie tela madent: Vipereumque uomunt noſtro ſub nomine uirus. Multis autem argumentis probare nititur ſe non eſſe tam fœdi carminis auctorem. Poeta clancularius dicitur qui tenebris delectatur: neque audet ſuum nomen profiteri ad clanculum: In eundem ſenſum ſupradixit: Qui phœbi radios ferre diemque negant. Verna: nam uernæ intemperãter iocanẽ & inepte. Inde fit ut non damnẽ priorẽ noſtrã ſententiã: Non es crede mihi quid ergo? uerna es: ut ſimpliciter uernã illic intelligas. i. ſeruũ. Dentẽ ſordidũ. i. impurã reprehenſionem: nam qui carpũt: genuinũ dentẽ agitare dicunẽ. Vt illud: Et genuinum fregit in illis. Probra fœda: contumelias. Linguæ circulatricis: circulatores dicunẽ qui uerborum copia quæſtum facientes proximi ſunt ſcurris: hi magna uerborum licentia uti ſolent: quod ſupradixit: Hoc quod tranſtyberinus ambulator: hoc eſt circulator. Proxeneta: negociator. Vatiniorum uaſorum: uitreorum: nam Vatinius beneuentanus calices uitreos faciebat. In diſtichis: Vilia ſutoris calices munimenta Vatini Accipe. Is fuit diſtorti corporis ſutrinæ alumnus: ediditque munus gladiatorium beneuenti auctore Tacito. Nolit empta: ideſt nolit emiſſe. Ramento ſulphurato: ideſt lignis ſulphuratis: nam ſulphurata ligna uitreis fractis permutabãtur. Pſitacus: bonus poeta. Pſitacus ſupra omnes alites humanas uoces reddit: ut Plinius ſcribit. celebratur carmine Ouidii & Papinii: Humanæ ſolers imitator pſitace linguæ. Coturnix: indocilis eſt. Apte igitur ſe pſitacum appellat quaſi ſalutatorẽ & bene ſermocinantem: & poetam clancularium coturnicem indocilem ad uoces humanas. Canus: choraules fuit: hoc eſt tibicen. hic mire placuit Galbæ a quo donatus eſt multis nummis ex priuata pecunia cum eum ſupra cœnã delectaſſet Huius memĩt etiã plutar. & Tranqllus. Aſcaules ſignificat eũ q tibia ex utre utiẽ: quæ quidẽ uiliorũ eſt pſonarũ & plebis. Trãquillus Vtricularius dixit ĩ Nerone uerbũ ex græco latinũ faciẽs. Vouerat ſe pacta uictoria ludis & hydraulẽ & choraulẽ & utriculariũ. Senſus ẽ putas ne me uelle uideri auctorẽ iſtius carmĩs: qđ tantũ differt a nr̃is numeris: quãtũ cedit aſcaules Cano egregio tibicini. Nigra fama. i. male parta. Rumor gẽmeus: fama clara nõ obſcura. Vehit: ĩ æſtimationẽ & laudẽ. Alba pẽna: felici pẽna & pura: hoc ẽ q ſua puritate laudanẽ nullius fama dilacerãte: qđ ſupradixit. Gaudet honoratus multo ſed noĩe lector Notus eſſe: aſſequi famã. Tã praue: tanto alienæ famæ detrimento & hominum odio.

Cum stare gratis silentium possit: hoc est cum istud odium maledici carminis & detrimentum alienæ famæ silendo possim uitare.

Vi legis. Mamurra Martialis carmen aspernabat̃: ꝙ in rebus quotidianis uersaret̃: ꝙ nihil dignū haberet poetico ingenio & fabuloso. Poeta hanc non esse cām ait cur Mamurra carmen non legat: sed id accidere quoniā nolit morū reprehensionē legere: quæ in epigrāmate est: conscius suæ turpitudinis: nā quicquid carpit̃ putaret in se dictū.

Cum stare gratis cum silentio possim.

Ad lectorem.

Qui legis oedipodem caligantemque thyestem
Colchidas & syllas: quid nisi monstra legis?
Quid tibi raptus hylas: quid pthenopeus & athis:
Quid tibi dormitor proderit endymion?
Exutus ue puer pennis labentibus: aut qui
Odit amatrices hermaphroditus aquas.
Quid te uana iuuant miseræ ludibria charte?
Hoc lege quod possis dicere iure meum est.
Non hic centauros non gorgonas arpyasque
Inuenies: hominem pagina nostra sapit.
Sed non uis mamurra tuos cognoscere mores
Nec te scire: legas ethia calimachi.

Oedipodem .i. fabulā Oedipodæ & tragœdiā scriptā. Thyesten: tragœdiam Thyestæ: auctore Fabio Quintiliano Varrus magna laude scripsit: Filius Pelopis & Hippodaniæ cui Atreus fr̃ Tantalū filiū epulandum apposuit. Caligantē: retulit ad historiā fabulosā: nā caligantē lucē scribunt poetæ ea cœna. supra: Fugerit an phoebus mensas coenāque thyestæ. Colchidas .i. tragoediam Medeæ: quā etiā Ouidius composuit. Hilas: raptus a nymphis & ab Hercule. egloga extat Theocriti quæ inscribit̃ argonautica. Parthenopeus .i. historia de Parthenopeo filio Meleagri & Atalantæ qui unus fuit ex ducibus thebanis. Athis: puer Cibelis. Endymion: primus cursū lunæ deprehendit: unde est dictus amicus lunæ: qđ scribit Pli. eundē dormientē luna amplexu dicit̃ fouisse. Ci. Endymion: si fabulas audire uolumus: nescio qd ī latino obdormiuit: qui ē mons cariæ nondū opinor exprectus: unde auctore interprete Apollonii latmius somnus dicit̃ longissimus a somno Endymionis: q in latino obdormiuit. Puer exutus pēnis: Icarus filius Dædali. Hermaphroditus: filius Veneris & Mercurii fuit. Aquas amatrices. i. salmacē. Salmacē fontē ī caria scribit Strabo falso calumniatū: ꝙ eius aqua molles hoīes redderet. Vetruuius huius fabulæ reddit rationē: aitque loci amoenitate id existimatū fuisse: plura sūt apud illū uerba. Ludibria: lusus fabularū. Miseræ chartæ: quæ seruit fabulis. Centauros: fabulosos filios Ixionis & nubis

Gorgonas: hesperides: Vt Lycophron scribit erant Medusa: Euryale: Steno: Gorgones: Gorgon: Enio: Pephredo: sed noīa hæc confundunt̃: & p Gorgonā Medusam accipimus.

Harpiyæ filiæ Plutonis: Vt flaccus canit Thiphonis: sed Orpheus Thiphonē ipsū Plutonem appellat carmine eo noīe inscripto. Hominē sapit. i. uitā hoīs: & ea continet quæ ad hominē spectāt. Nec te scire: sensus ē non legis carmē meū: ne in eo tuos agnoscas mores: ꝙ si fabulosa te delectāt: lege opusculū Callimachi in Ibim: nā illic reperies fabulose multa dicta: simul reprehēsionē morū: sed nec illa leges: quoniā etsi fabulosis oblectaris: tamē ea oīno reformidas: si qua reprehensio coniūcta est. Illa ergo legis qa hæc fugis: non qa illis delectaris. Callimachus grāmaticus: Callimachus itē poeta scripsit in Apolloniū rhodiū discipulū suū: quē ibim appellauit: carmen pobscurū: qđ Ouidius apud nos inscriptione & genere carminis imitatus ē: multa a Callimacho dicunt̃ in ibim fabulosa: ut ab Ouidio dū illius mores insectat̃: illud opusculū appellat Mart. ethea: nam ηθοσ morē significat & totū illius opusculū in moribus uersatur. Legas ethea Callimachi: sed nec illud leges: quia illud etiā ē in moribus. Ita codex antiquus habet. Sunt qui legant: Nec te scire iuuat ethea Callimachi. i. tu non uis legere librū Callimachi de moribus: quod non placet: nam Callimachus nullā obtinuit præcipuā laudē: aliquo opere edito de moribus: ut cum poeta uellet nominare eius operis auctorē: hoc ē de moribus: Callimachum dixerit: potiusq̄ Aristotelē: sed ut dixi inteligendum est de opere Callimachi in ibim.

Viſquis. In eundem poetam: In quem ſupra: Vernaculoꝝ dicta: licet nonnulli imprudẽter putauerint hoc ſcriptũ eſſe in eum: qui in Martialem ſcripſerat. hic enim non inuectus eſt in Martialem: ſed in alios ſub martialis nomine: cui poeta extrema ſupplicia impræcatur. Stolæ. i. matronarum. nã matronæ ſtola utebantur: auctores ſunt marcellus & Porphirio. Ouidius: Ecquid ab hac omnes rigida ſubmouimus arte. Quas ſtola contingi: ſumptaque uitta uetat. Verſu impio: ſatyrico. Per pontes: ubi ſunt mendici. Et cliuos

In maledicum poetam.

Quiſquis ſtolæue purpuræue contemptor
Quos colere debet: læſit impio uerſu.
Pontes per urbis erret exul & cliuos
Interque raucos ultimus rogatores.
Oret caninas panis improbi buccas.
Illi december longus: & madens bruma
Clauſuſque fornix triſte frigus extendat.
Vocet beatos clamitetque felices
Orciniana qui feruntur ſponda.
Et cum ſupremæ fila uenerint horæ
Dieſque tardus: ſentiat canum litem.
Abigatque moto noxias aues panno.
Nec finiantur morte ſupplicis pœne
Sed modo ſeueri ſectus æaci loris
Nunc inquieti monte ſiſiphi preſſus:
Nunc inter undas garruli ſenis ſiccus.
Delaſſet omnes fabulas poetarum
Et cum fateri furia iuſſerit uerum
Prodente clamet conſcientia: ſcripſi.

De aduentu Cæſaris.

Felices quibus urna dedit ſpectare coruſcum
Solibus arctois ſyderibuſque ducem.
Quando erit ille dies quo campus & arbor & omnis
Lucebit latia culta feneſtra nuru.

colliũ. Rogatores mendicos: Raucos aſſidua uoce mẽdica. Buccas: fruſta: ſupradictũ eſt. Caninas: dãdas canibus. Improbi: hoc dicit quoniã panes magno diſcrimine apponebant': alii oſtrearii. artolagani. ſpeuſici. alii furnacei aquatici ſeu parthici. Caninas igitur buccas. i. dandas ſeu obiiciẽdas canibus: quẽadmodũ apud Varronẽ dat' paupibus. Solidæ. nã mucida fruſta fariæ dura ſũt. Iuue. Quæ genuinũ agitẽt non admittentia morſũ.
Longus decẽber. i. longa hyems: male indutus. Fornix: paupes obſtructo fornice aliqđ domiciliũ ſibi componebãt. Extendat: faciat longum: quãdo non defendit. In ſponda orciniana. i. ſandapila. Orciniana: ſignificat thecã ex lignis rudibus & ĩpolitis: periphraſis eſt ſandapilæ: ερκοσ ſignificat ſeptum: unde lectus orcinianus. Sãdapila dicit' ex uiminibus.
Litem canũ: uolentiũ diſcerpere cadauer. Aues noxias: ideſt ſectãtes cadauera: ut uultures coruos & miluos. Pannus: ueſtis: ita enim in paupere dicit': unde pannoſus. Siſyphi inquieti: non quieſcentis.
Ouidius: Aut petis aut urges rediturũ ſiſyphe ſaxum Aeoli filius fuit qui iſthmum peloponneſi latrociniis infeſtauit. Vnde Iſthmus ſiſyphius dictus a Silio: Quã quæ ſiſiphio fundauit nomẽ ab Iſthmo
Garuli ſenis. i. Tantali: qui ꝓtulit ſecreta iouis mortalibus. Ouidius: Quærit aquas in aquis & poma fugacia captat Tantalus. hoc illi garula lingua dedit. Iouis filius fuit ex Plote: tenuitque paphlagoniam imperio. Delaſſet: exerceat omnia ſupplicia ficta a poetis.
Elices. Traianus de dacis & ſcithis triũphauit uicto rege Decibale: daciã ꝓuinciã fecit: eius ex germania reditũ optat poeta. Vrna: ſors. Ducẽ: Traianũ. Vrna: hoc dicit in laudẽ Traiani: q quæ ab aliis Impatoribus olĩ arbitrio conſtituebant': ad urnã & ſortes redegit. Ita laudat' a Pli. Sors & urna fiſco iudicẽ aſſignat: licet reiicere: licet exclamar̃. Hũc nolo: timidus ẽ. Intelligit igit' poeta ſorte datũ eẽ militibus: ut ſequeret' Traianũ non coacti imperio. Nuru latia: mulieribus euntibus ad ſpectaculum Traiani uenientis.

Dulces moræ: interuenientis: nam extra portam expectabantur: ueteri instituto apparã di triumphi.

Ympharũ. Traianus in germania p rhenũ nauigauit. Pli. de Traiano: Rhenus & Danubius tantũ illud decoris nostri uehere gaudebãt. hũc noie tybris rogat poeta: ut re stituat Imperatoré. Bibunt: liquefactas accipiũt. Contumeliosi: quia calcat. Aureus: p pter aureã harenã. Receptis cornibus: alterũ cornu habebant transrhenani: alterum erat in imperio romanorum.

Quando more dulces longusque a cæsare puluis
Totaque flaminea roma uidenda uia.
Quando eques & picti tunica nilotide mauri
Ibitis & populi uox erit una: uenit.

Ad rhenum.

Nympharum pater amniumque rhene
Quicunque othrysias bibunt pruinas
Sic semper liquidis fruaris undis
Nec te barbara contumeliosi
Calcatum rota conterat bubulci.
Sic & cornibus aureus receptis
Et romanus eas utraque ripa.
Traianum populis suis & urbi
Tybris te dominus rogat remittas.

De Paula.

Nubere paula cupit nobis: ego ducere paulam
Nolo: anus est: uellem si magis esset anus.

De Se.

Vndenis pedibusque: syllabisque
Et multo sale: nec tamen proteruo
Notus gentibus ille martialis:
Et notus populis: quid inuidetis?
Non sum andremone notior caballo.

In paulum.

Cum tu laurigeris annum qui fascibus intras
Mane salutator limina mille teras.
Hic ego quid faciam? quid nobis paule relinquis
Qui de plebe numæ densaque turba sumus?
Qui me respiciat dominum regemque uocabo:
Hoc tu sed quanto blandius ipse facis.
Lecticam sellamque sequar: nec ferre recuso.
Per medium pugnas: sed prior ire lutum.
Sæpius assurgam recitanti carmina: tu stas
Et pariter geminas tendis in ora manus.

Vtraque ripa: utroque cornu idest sic asserto & uidicato in potestatem utroque cornu seruias romanis quod cuperes.

Ndenis. Iocatur in famam sibi communé cũ scurris: ego inquit sum notus omnibus: sed cur inuideatis mihi cũ Caballus urbanitate sua me notior sit. Multo sale: multis facetiis. Non tamen proteruo: quia abest a maledictis Testius: Andremon Caballus dictis: & urbanitate magnam famam est assecutus. Est præterea Andremon i fabula maritus Dryopes puellæ compressæ a phœbo quasi dicat qui scurilius iocatur notior é: notans tempora sua.

Vm tu. In Paulum commiserans pauperum conditioné: q iam nobiliores ita omne captationis genus occupauerint ut pauperibus locus non sit.

Intras annũ fascibus. i. q geris consulatũ. De plebe Numæ: Numa fuit pauper iter reges. i. sumus paupes & ignobiles. Dominũ & regem: hæc duo uerba sũt pauperum blandientiũ diuitibus. Pugnas: faciens iter. In geminas manus: hoc datur assentatori: ut a facie iactet manus. Iuuenalis. Nocte dieque potest alienum sumere uultum. A facie iactare manus laudare paratus: Si bene ructauit si rectum minxit amicus.

Eſſe clienti:ſeruire. Veſtra purpura.i.uos nobiliores. Noſtros togatos.i.nos pauperes. Iã togatis non eſt opus:quia purpurati eadẽ officia præſtant. Dimiſit:ab officiis excluſit.

Il aliud.In Calliodorũ:qui uix exiguo munere dato ſe Pirithoo aut piladi parẽ prædicabat:quorũ alter cũ Theſeo:alter cũ Oreſte inter paria amicorũ numerat᷑. At poeta negat muneribus quemq̃ poſſe uideri uerũ amicũ:nam ueris amicis communia oĩa eſſe oportet. Matellã.i.ſcaphiũ uas urinariũ. Porcos pirithoi:antiqui heroes habebant porcos: ut Vlyſſes apud Homerũ.

Vt multum:ad ſummũ:uerbum Martialis. Plura negat:quia non uult reliqua eſſe communia.

Quid faciet pauper:cui non licet eſſe clienti?
Diuiſit noſtras purpura ueſtra togas.

In Calliodorum.

Nil aliud loqueris quam theſea perithoumque:
Teque putas piladi calliodore parem.
Diſpeream:ſi tu piladi præſtare matellam
Dignus es:aut porcos paſcere perithoi.
Donaui tamen inquis amico milia quinque:
Et lotam ut multum terque quaterque togam.
Quid quod nil unq̃ piladi donauit oreſtes?
Qui donat:q̃uis plurima:plura negat.

Emiliæ gentes.Domitiũ ꝑfecturũ in æmiliã & uercellas hoc epigrãmate dimittit inuitus:qđ cũ ei ſit amicus ſed tamẽ ꝑmittit hoc:cũ cupiat eũ recreari ex urbanis laboribus una ſaltẽ æſtate:ſimul oſtẽdit hũc multis eẽ cariſſimũ. Gentes æmiliæ:ubi bononia. Vercellas:apollineas:Vercellis Apollinẽ cultũ fuiſſe nondũ legi:licet tamẽ ſentire cultũ illic fuiſſe:uel ex hoc loco:Martialis. Sunt qui ſentiãt uercellas dici apollineas propter aurum quod effodiebatur:quod placet:nã Euſtachio auctore aurũ dicatum eſt Apollini:argentũ Lunæ. fuiſſe autẽ foſſum illic aurum teſtatur Plinius. Padi phæthontei:In quẽ phæton cecidit. Peruſta:attrita. Iugo urbano ſeruitute urbana. Tanti eſt:tantum ualet apud me Quam formoſus:q̃ placebis. Cũ peregrinus eris ideſt cum ueneris. Albis amicis:qui in urbe manſerunt. Pallida turba:amicorum. Roma:amici romani. Niliaco ore:ægyptii fuſci ſunt.

Ad Domitium.

Aemyliæ gentes & apollineas uercellas
Et phætonthei qui petis arua padi.
Ne uiuam niſi te domiti permitto libenter
Grata licet ſine te ſit mihi nulla dies.
Sed deſiderium tanti eſt:ut meſſe uel una
Vrbano releues colla peruſta iugo.
I precor & totos auida cute combibe ſoles
Quam formoſus eris dum peregrinus eris.
Et uenies albis non agnoſcendus amicis:
Libabitque tuas pallida turba genas.
Sed uia quem dederit:rapiet cito roma colorem:
Niliaco redeas tu licet ore niger.

Icit. Manium una educatum a primis annis alloquitur:cuius gratia ſe in patriam redire fatetur:quod libenter facit:cum non modo in patria cauſa Mannii eſſe uellet:ſed in ſcythia ſi opus eſſet. Simplicibus annis:ideſt puerilibus. Prætextata amicitia:ideſt puerili:nam pueri ante.xiiii. utebant᷑ prætexta. Oras auriferas.i.hiſpaniã. Pendentia tecta.i.bilbilim quæ ĩ edito eſt.

Ad Manium.

Dicit ad auriferas quod me ſalo celtiber oras
Pendula quod patriæ uiſere tecta libet.
Tu mihi ſimplicibus mani dilectus ab annis
Et prætextata cultus amicitia.
Tu facis:in terris quod non eſt alter iberis
Dulcior & uero dignus amore magis.

Mapalia: casæ getulorum: quæ calamis teguntur. Pœni sicci: quia pœni carent aquis. Casas scyticas: quæ in plaustris sunt: ut Strabo. Roma erit. i. uidebitur nobis ubicunque fuerimus propter mutuum amorem.

Vm. Cathedraliti homines dicunt molles. Supra: Inter fœmineas tota qui luce cathedras Desidet. tales ministros habebat Tucca: & multa præterea ad luxũ. sed captus amore mœchæ quotidie suspirabat. Scis inquit poeta: quare male habes o Tucca: qa est tibi bene: nã ditissimus es. Ad lumina nocturna. i. tu nocturnus. Fastosæ: supbæ: & spernentis te. Madet: lachrymis tuis. Rheda: currus erat quo extra urbẽ utebant. sequebat iquit Asconius uxor Clodii cũ rheda Libys eques: hoc est equus massyleus. erat eni in deliciis equus massyleus. In longo puluere: dũ egrederis ex urbe. Triclinia strata: paratam coenationem. Tuo unguento: uel croci uel unguẽto quo uteris in coena. Baias nolanas. i. uillam tuã amoenissimã. Trientes setini. i. cyathi uini setini. Venus in meliore pluma: quæ dormit ĩ pluma olorina: & tu in eadem dormis.

Edere. Ad Crispum. Te non cedere ĩ amore. i. non uinceris in amor erga me. Non capet: non posset continere. Cũ tua niliacus. i. cũ habeas rura fertilissima.

Otatæ. Aper diuitem uxorẽ ludo simulato sagitta necauit: uidet fortasse uobis id commisisse p errorẽ: qa nesciret ludere: ĩmo sciuit ludere: nã factus est diues morte uxoris Dotatæ: locupleti. Dotata: ut Marcel. scribit: cuius uir rei copia dicit afflués.

I donar. Caiũ deridet q solis pmissis uolebat uideri amicus: & liberalis. Si inqt pmittere ẽ donare ego pmittã tibi multo plura q̃ tu mihi: quæ accipies quo modo tu das mihi. Astures fodiũt aurũ i gallatia. Silius. Astur auarus: Visceribus lacer telluris mergitur imis: Et redit infelix effosso concolor auro.

Tecum ego uel sicci getula mapalia peni
Et poteram scythicas hospes amare casas.
Si tibi mens eadem: si nostri mutua cura est
I quocunque loco roma duobus erit.

Ad Tuccam.

Cum cathedralitios portet tibi rheda ministros
Et libys in longo puluere sudet eques.
Strataque non unas cingant triclinia baias
Et thetis unguento palleat uncta tuo.
Candida setini rumpant crystalla trientes
Dormiat in pluma nec meliore uenus.
Ad nocturna iaces fastosæ limina mœchæ:
Et madet heu lachrymis ianua surda tuis.
Vrere nec miserum cessant suspiria pectus
Vis dicam male sit cur tibi tucca: bene est.

In Crispum.

Cedere de nostris nulli te dicis amicis
Sed sit ut hoc uerum: quid rogo crispe facis?
Mutua cum peterem sestertia quinque negasti:
Non caperet nummos cum grauis arca tuos.
Quando fabe nobis modium farrisque dedisti?
Cum tua niliacus rura colonus aret.
Quando breuis gelidæ missa est toga tẽpore brumæ
Argenti quando missa selibra mihi est?
Nil aliud uideo quo te credamus amicum:
Quam quod me corã pedere crispe soles.

De Apro.

Dotatæ uxori cor arundine fixit acuta
Sed dum ludit aper: ludere nouit aper.

In Caium.

Si donare uocas promittere nec dare cai:
Vincam te donis muneribusque meis.
Accipe callaicis quicquid fodit astur in aruis:
Aurea quicquid habet diuitis unda tagi.

nolanas

Alga erythrea: idest in fundo maris erythrei: nam Plinio auctore margaritæ ab indis uri nantibus in fundo maris rubri colligunt. Auis unica. i. phœnix. Aheno agenoreo: idest uase purpuræ.

Aturnalitio. Sternebat uia appia a Domitiano: ut supra dictũ est: cui operi præfectus erat Macer: ad hũc poeta in saturnalibus solebat carmen mittere: nunc eo occupato alloquit musã quasi recusantẽ illuc accedere. Frustra cupis: qa non impetrabis hoc a me: qa omnino mittã te. Tributo: i. carmine qđ soleo mittere in saturnalibus. Solẽnes: quos soleo mittere singulis annis. Nugas: uersus Obticuisse: siluisse. Mẽsorum: mensores dicũtur qui de spaciis itinerũ scripserunt: & ratione uiarum In quo fuerunt Diognetus & Beton lolius: Itẽ Vispus nonnulla de uiis apud nos tradidit. horũ libros legebat nunc Macer: ut appiæ muniendæ rationẽ pciperet. Vacat: dat operam. Appia quid facies: quasi dicat negligetur appia.

Quicquid erithrea niger inuenit indus in alga
Quicquid & in nidis unica seruat auis.
Quicquid agenoreo tyros improba cogit aeno
Quicquid habent omnes: accipe quomodo das.

De Macro.

Saturnalitio macrum fraudare tributo
Frustra musa cupis: non licet ipse petit.
Solennisque iocos nec tristia carmina poscit:
Et queritur nugas obticuisse meas.
Mensorum longis sed nunc uacat ipse libellis
Appia quid facies: si leget ista macer?

De Mario.

Nec uocat ad cœnam marius: nec munera mittit
Nec spondet: nec uult credere: sed nec habet.
Turba tamen non deest: sterilem quæ curat amicũ:
Heu q̃ præfatuæ sunt tibi roma togæ.

Mittit librum suum ad Plinium.

Nec doctum satis & parum seuerum
Sed non rusticulum nimis libellum
Facundo mea plinio thalia
I perfer: breuis est labor: peractæ
Illic orphea protinus uidebis
Alium uincere tramitem suburræ.
Vdi uertice lubricum theatri
Mirantesque feras: auemque regis
Raptum quæ phryga pertulit tonanti.
Illic parua tui domus pedonis

Ec. Nimium studium colendorum diuitum carpit: nam usque eo processit pauperum affetatio: ut etiam si nihil miserint diuites tamen eos colant. In quo genere Marium auarum accusat: qui multos togatos habebat: cum nihil is mitteret: & q̃ grauius ẽ Marius cum sit pauper: ner possit dare colitur in quo non modo hominem deridet: sed etiam togatos eum sequẽtes. Spondet: pro comitibus. Sterilem: nihil reddentem. Fatuæ togæ: idest fatui togati qui steriles amicos colũt non modo diuites: sed etiam pauperes.

Ec doctum. Plinium Secundum hoc epigrammate laudat: cuius rei Plinius ipse in epistolis meminit. Mittit autem librũ legendũ & monet ut eius domũ quærat in æsquiliis. Parũ seuerũ: uersantẽ in iocis. Breuis est labor. i. tibi tantum peragendũ est iter. Subire: ut peruenias in æsquilias. Lubricũ theatri: erat enim Orpheus prope theatrũ. uel igit ex stillicidiis theatri uel ex unguento theatrali lubricus & udus erat. Mirantis: sonum Orphei. Auem regis: aquilam. hæc est illa imago in quam supra est epigramma: Dic mihi quem portes uolucrum regina tonantem. Pedonis: ille est pedo cuius meminit Iuuenalis: sic Pedo conturbat: Matho deficit. pedonis poetæ meminit Ouidius: Sydereusque pedo: sed hic alter est.

Celata penna minore:q̃ illa qua Ganymedum sustulit loui. Ianuam:Plinii. Non tuo tempore.i.itempestiua:& ante calices. Dat totos dies Mineruæ tetricæ.i.litteris seueris. .C.uirorum:erat enim patronus apud centum uiros qui erant iudices:ut ipse in epistolis scribit. Tua hora:rettulit ad illud quod supra:Non tuo tempore. Rosa:nam rosacea corona in luxu erat. Tunc:eo tempore sparso Lyæo.

Cribere.Sextum deridet:qui obscuritate poematũ doctus uolebat uideri:& probari. ait enim se malle scribere carmía:quæ & grãmaticis placeãt:& sine grãmaticis pbent:hoc ẽ itelligant a lectoribus:q̃ quæ doctissimo iudice & iterprete idigeant. Fuisse non nullos scribit Quitilianus auctore Liuio:q discipulos iuberent orationem obscurare quod dãnat. Claranus & Modestus iuriscõsulti fuerũt doctissimi:q cũ legũ iterpretatione uersent hos duos noiauit cũ uellet acutissimos iterpretes noiare. Cina cornelius. Cina:cuius non nulla carmia extãt pobscure scripsit. Sic:ista obscuritate. Sine grãmaticis.i.sine interprete.

Vr spleniato.Phileni deformé:cuius uultũ mẽtulæ comparauit supra eo epigrãmate:Non basio te Phileni ruffa es:monet q̃re spleniis utat:& labris cerussatis:ne.s.eam basiet Mento spleniato.i.mẽto tecto spleniis. Cerussa.i. unguento.

Am numerat. Anto. primus dictus tolosanus:cuius memit Trãql. in Vitelio:& supra poeta marcus amat nfas:marcus palladiæ nõ ificiãda tolosæ gloria. Epicuꝶ secutus relaxationi aĩ idulgebat:i quo a poeta eiusdem sectæ laudat. Iã:hoc die natali nã celebrat natalis. Primus:cognomẽ est:nã dicebat Anto.primus auctore Sueto. Placido æuo:placida uita. Quĩdecies olympiadas.i.lxxv.ãnos rspicit dies præteritos:q acta uita delectat. Nulla dies igrata.i.nullus dies displicet. Cuius non meminisse uelit.i.cuius recordatione non delectatur. Posse frui priore uita:id est posse capere uoluptatem uitæ præteritæ.

Celata est aquilæ minore penna
Sed ne tempore non tuo disertam
Pulses ebria ianuam uideto.
Totos dat tetricæ dies mineruæ
Dum centum studet auribus uirorum
Hoc quod sæcula posterique possint
Arpinis quoque comparare chartis
Seras tutior ibis ad lucernas
Hæc hora est tua:dum furit lyeus
Cum regnat rosa:cum madent capilli:
Tunc me uel rigidi legant catones.

Ad sextum.

Scribere te quæ uix intelligat ipse modestus
Et uix claranus:quid rogo sexte iuuat?
Non lectore tuis opus est:sed apolline libris
Iudice te maior cinna marone fuit.
Sic tua laudentur:sane mea carmina sexte
Grammaticis placeant & sine grammaticis.

In philenem.

Cur spleniato sæpe prodeam mento
Alba ue pictus sana labra cerusa
Phileni quæris:basiare te nolo.

De.M.Antonio.

Iam numerat placido felix antonius æuo
Quindecies actas primus olympiadas.
Præteritosque dies:& tutos respicit annos.
Nec metuit lethes iam propioris aquas.
Nulla recordanti lux est ingrata grauisque:
Nulla fuit cuius non meminisse uelit.
Ampliat ætatis spatium sibi uir bonus:hoc est
Viuere bis:uita posse priore frui.

Ad calendas martias.

Natales mihi martiæ calendæ
Lux formosior omnibus calendis.
Qua mittunt mihi munus & puellæ
Quinquagesima liba septimaque
Vestris addimus hanc focis acerram
His uos: si tamen expedit roganti
Annos addite ter precor nouenos.
Vt nondum numia piger senecta
Sed uitæ tribus aureis peractis
Lucos elysiæ petam puellæ.
Post hunc nec horam nec diem rogabo.

De Mutio.

In matutina nuper spectatus harena
 Mutius: imposuit qui sua membra focis.
Si patiens fortisque tibi durusque uidetur:
 Abderitanæ pectora plebis habes.
Nam cum dicatur tunica præsēte molesta:
Vre manum: plus est dicere: non facio.

De Varro.

Varre parethonias latia modo uite per urbes
 Nobilis: & centum dux memorande uiris.

Atales. Celebrat natalē suum & cū .lvii. annū expleuerit: ut alii codices habent .xviii. annos: ut alii xxvii. adhuc optat: calendis martiis natus. Lux formosior: pulchrior. Et puellæ: etiam quibus solent mitti munera hoc die ab amicis: mihi natalem celebranti mittunt munera Martiis autē calendis munera mitti solebant fœminis: ut supra ex Tranquillo recitauimus. .L. liba: id est .l. sacrificium. Bis annis: id est bis nouenos: ut alii codices habent ter nouenos. Nondū piger nimia senecta: id est nondum decrepitus. Pactis tribus aureis uitæ: Si legis supra ter nouenos: conuenit fortasse: quod nonnulli ex uulgo dicūt de numero aureo: qui ī nouenū numeꝝ diuidit: ut dicat tribus aureis hoc ē xxvii. ānis pfectis. Si legis bis nouēos: quod placet tribus aureis ītellige .i. tribus ptibus uitæ aureis: quæ sunt iuenta uirilitas: & senectus. hæ .n. tres sunt aureæ: & his solis uidemur uiuere cū īfātia: nec ætas decrepita ullā uiuendi uoluptatē habeant: hoc īquā placet quoniā optima ætas aurea dicta ē: deterior argētea: pessima ferrea. uel aureis: a numero elementoꝝ nois: nā sex sūt. Ita ter fiet .xviii. ita solet a nominū lr̄is numeꝝ duce re. Post hac: qdā codex ātiquus habet post hoc: nec morā nec diē rogabo. alii ita hēnt: post hoc horā ego nec diē rogabo: qđ placet.

N Matutina. Repetitū ē spectaculū mutii Idē suppliciū magna animi constātia subiuit: nonnulli mirabāť: poeta inqt eū fortiorē uideri potuisse si non peccasset. Abdera urbs thraciæ condita ab Abdera Diomedis sorore: eadem instaurata a clazomeniis uenientibus ex asia: & dicta clazomene: patria fuit Democriti. Matutina harena: matutino tp̄e. Plebis abderitanæ: an dicit insanus es: nā Cicero in natura deoꝝ insaniā abderitāis insitā affirmat. an dixit plebis abderitanæ ꝑ thracia: hoc ē tu es crudelissimus: quales sunt thraces: ut conueniat cum illo Oratii: Quale mollire posset impia thracum pectora. Est plus dicere .i. plus laudis est. Tunica molesta .i. satellitibus & apparitoribus molestis. Vel tunica molesta præsente: ꝙ tunica qua deceptus est Mutius in scriba in spectaculo repræsētabatur. Non facio: ut ostendat laudem animi esse: & non corporis: an rettulit hoc ad inocētiam: quod placet: nā qui Mutium repræsentabat: scelere dānatus fuerat: cuius laus fuisset maior: si non commisisset aliquid cur damnaretur.

Arre. Varrum centurionē in ægypto extinctum hoc epigrammate deflet: & celebrat. Vite latia .i. centurionatu: nam centuriones uitem latiam gestabant. Pli: Cēturionū in manu uitis. Lucanus de Sceua centurione: Latiā longo gerit ordīe uitē. Siluis: Nā uitis honore Perfunctus latiæ subito stiularat agrestis. Iuuenalis: Post hæc nodosam sumebat uertice uitem. & lege sancitū est supplicium militi: qui castigare se uolenti cēturioni uitem tenuisset. Parethonias: ægyptias. Centum uiris: quia centurio præerat centum uiris.

Frustra promissa: quia omnes seperabamus te rediturum. Tura pinguia: nam uaporẽ pinguem emittunt. Nile fallax: qui non reddidisti Varrum. Nunquid potes hoc negarẽ ut non demus carmen uicturum.

At nunc ausonio frustra promissa quirino
  Hospita lagæi littoris umbra iaces.
Spargere non licuit frigentia fletibus ora:
  Pinguia nec mœstis addere tura rogis.
Sed datur æterno uicturum carmine nomen.
  Nunquid & hoc fallax nile negare potes?

Ad Diodorum.

Natali diodore tuo conuiua senatus
  Accubat: & rarus non adhibetur eques.
Et tua tricenos largitur sportula nummos.
  Nemo tamen natum te diodore putat.

Ad Ianum.

Annorum nitidique sator pulcherrime mundi
  Publica quem primum uota precesque canunt
Peruius exiguos habitabas ante penates:
  Plurima qua medium roma terebat iter.
Nunc tua cæsareis cinguntur limina donis:
  Et fora tot numeras iane: quot ora geris.
At tu sancte pater tanto pro munere gratus
  Ferrea perpetua claustra tuere sera.

Ad sextilianum.

Quam mihi mittebas saturni tempore lancem:
  Misisti dominæ sextiliane tuæ.
Et quam donabas dictis a marte calendis:

Atali. Diodori supra facta est mentio & tradita historia. Is enim Vespasiani temporibus citharœdus imperatoris gratia floruit: nunc celebrat natalem: aliter ut sentio Diodorus magno quidem conuiuio & mensa: adeo ut & senatus discumberet: & equester ordo: tamen ita ab omnibus uel negligebatur: uel habebatur odio: ut nemo ei munus mitteret: cũ aliis diem natalem celebrantibus dona ab amicis mitti solerent. festiue igitur poeta in hunc iocatur. Accubat discumbit conuiua: nã promulgata lege Othonis a Domitiano ad minorem numerum redacti sunt eqtes: cum pauci essent: qui censum haberent equestrẽ quando ita loquuntur timidi in distichis: Ante frequens: sed nunc rarus nos donat amicus. Nemo natum semel putat: id est nemo mittit tibi munus: ut supra: Natum nec semel te putabo: id est nemo tibi ullũ munus in tuo natali.

Nnorum. Epigramma est ĩ laudem Traiani qui templum Iano dederit addito quarto foro. ædes Iani olim a Numa cõdita fuit. Domitianus forum quod transitorium appellauit iuxta extruxit. hoc uerbo græco a Tranquillo & metodium appellatur: addito autem quarto foro a Traiano transitorii fori usus cessauit. Quẽ ianum. Primum: nam calendis ianuarii publica sacra celebrantur Iano: cũ sit anni principium. Peruius: uel quod referat ad forum transitoriũ: quod diximus conditum a Domitiano: uel Peruius hians frequentibus rimis laxus. Tot fora: id est quattuor fora. Bifrontem Ianum formauit antiquitas quasi superum & inferum ianitorem: ut Macrobius scribit ex sententia. Bassi: eundem quadriformem quasi complexum quattuor mundi climata. Tanto munere: quantum dedit Traianus. Claustra ferrea: hoc est ianuas tuas ferreas ut sint clausæ: id est da nobis pacem. nota est historia fabulosa uel ex ouidio uel ex Macrobio.

Vam mihi. Iocatur ĩ Sextilianum non sine fellis aspergine. eum enim accusat: ꝙ amore puellæ captus ei mittat omnia munera: quæ olim solebat mittere sibi in saturnalibus: & die eius natali. Iam inquit amas: & poteris puella gratis: quam redimis meis muneribus. Dominæ tuæ: id est puellæ tuæ: cuius amore captus es. Tempore saturni: id ẽ in saturnalibus: In quibus mittebantur munera amicis.

Synthesis prasina.i.uiridis:uerbo græco usus est:nam prasinos significat uiride: & supra uirgā prasinā dixit. Viridē autē uestē in usu fuisse & hic indicauit:Herbaꝝ fueras īdutus basse colores.huius coloris erat præferti fascia pectoralis:Papinius:Nūc herbas imitaꝛ sinu Iuuenalis:Viridē thoraca iubebit auferri.i.īdumētum pectoris:nā θωραξ græce significat pectus.De nr̄a toga.i.ex q̄ emebas synthesī amico calēdis martiis quia ea die natus ē Mart.

Temperate. Phormianā uillam Apollinaris amicissimi celebrat hoc epigrammate: simul accusat occupationes urbanas:qbus fit ut tāta amœnitate rarius utaꝛ Apollinaris. O phormiæ tēpate.i. cæli tēpati. Phormiæ a lacōibus cōditæ sūt dictæ ab ορμισεωσ .i.stationis felicitatæ:& inter loca amœna nūerauit Papi.oppidū. Martis seueri.i.romani. Inqetas curas ab effectu: tusculū amœnissimū erat uinetis floribus & frequentibus uillis. Papi.cedāt telegoni cedāt laurētia turni Iugera. Iugera telegoni.i.tusculū cōditū a Telegono. Algidos colles.i.albanū:& præneste iter loca amoena. Domus fortunaꝝ nā illic duæ fortunæ colebāt sub imagine duaꝝ sororū Silius: Fortunæ præneste sacrū. Papi.Et prænestinæ poterāt migraꝛ sorores. Antiū datū erat recessui prīcipiū ut scribit Stra.cū ex laboribus urbaīs respirarēt: Blāda Circe.i.circei dicti a circe.Papi.cedāt uitreæ iuga pfida Circes. Caieta dardanis:troiana:nā dicta est caieta a nutrice Aeneæ:q̄uis Stra. aliter sētiat:a curuitate enī putat appellatā caietā:nā lacones curua caieta appellāt Papi.:Sedes phrygio:quas debet alūnọ Mitis anus. Marica:a marte Latini dicta. Nec liris deprauata dictio apud Stra.& ꝑ liris eris scriptū ē mēdose.labiꝛ aūt ex apēninis montibus præterfluit flagellas deriuaꝛ ī lucū sacrū:quē minturnēses religiosissime colūt:huius ripæ præserti quæ silera dicebāꝛ:ut Ci.scribit ꝑ lege agraria amoenissimæ erāt. Salmacis loca ī uena lucrina:ego puto hoc referri ad amoenitatē lacus lucrini:nā salmacim fuisse ad lacū lucrinum nondū repperi. Salmacū tantū ī caria fuisse nr̄oꝝ monumēta testanꝛ:fontē cuius aquis homines mollescerent:& effoeminarenꝛ:q̄uis Strabo ueritatē historiæ secutus falso id existimari scribat:& Vetruuius rationē ꝑquirat altius. Lucrinū lacū molles homīes potuisse reddere amoenitate & nitore suo:nemo est qui neget:cum molles baias legamus: mollē lucrinū:& totū illud litus mollissimū. Apte igiꝛ poeta cū lucrinū uult significare mollē & amoenū:ait Salmacē nymphā ī eo se lauisse:de cuius nymphæ fōtæ hi extāt uersus Ouidii:Vnde & pulchritudinē & mollitiē itelligas:Quisqs ī hoc fontis uir uenerit exeat īde.Semiuir:& tactis subito mollescat ī undis. Præterea uidet hic stagnū lucētis ad imum Vsque solū lymphæ. Nec salmacis.i.amoenitas lucrini. Hic ī phormiāo.Stringiꝛ:uētilatur. Summa Thetis.i.maris superficies. Sed uiua.i.mouetur. Venit frigus salubre id ē uentus salubris. Non amantis æstatem:id est nequeuntis ferre calorē. Lineā:filū hami.

De nostra prasina est synthesis empta toga.
Iam constare tibi gratis cepere puellæ
Muneribus futuis sextiliane meis.

De littore formiano.

O temperatæ dulce formiæ littus
Vos cum seueri fugit oppidum martis
Et inquietas fessus exuit curas
Apollinaris omnibus locis præfert.
Nōn ille sanctæ dulce tybur uxoris
Nec tusculanos algidos ue secessus
Preneste nec sic antium ue miratur.
Non blanda circe dardanis ue caieta
Desiderantur nec marica nec lyris
Nec in lucrina loca salmacis uena
Hic summa leni stringitur thetis uento
Nec languet æquor uiua sed quies ponti
Pictam phaselon adiuuante fert aura
Sicut puellæ non amantis æstatem
Multa salubre purpura uenit frigus
Nec seta longo quærit in mari prædam
Sed a cubiculo lectuloque iactatam
Spectatus alte lineam trahit piscis.

Aeoli renum.i.uentos. Rombos:pisces. Lupos uernas:pisces illic natos. Murena delicata:in nonnullis piscinis pisces ita erant assuefacti a magistro:ut uocati ad cibos uenirent: nec in piscinis tantũ:sed in mari multis in locis:In elore oppido siciliæ:non procul a syracusis. In labra Iouis gnidii fonte anguillæ idem faciebant. Licinius Mutianus ut scribit Plinius tradidit murenas euocari sibilis:quoniã solitæ coire cũ colubris ea uoce alliciantur Nomenculator:dicitur ille qui apud magistratũ ꝓfitetur nomina hominũ:& noĩatim uocat. Muli senes:aut senes propter barbam:quod placet:aut quia diu fuerãt in piscina. Quot dies phormianos:id est amoenos:quasi dicat multos. Imputat:ascribat Apollinari. Hærenti:nequeunti discedere a negociis urbanis. O uinitores id est o uillici. Seruiunt uobis:quia uos soli fruimini

Si quando nereus sentit æoli regnum
Ridet procellas tuta de sua mensa
Piscina rombum pascit & lupos uernas
Natat ad magistrum delicata munera
Nomenculator mugilem citat notum
Et adesse iussi prodeunt senes nulli.
Frui sed istis quando roma permittis?
Quot formianos imputat dies annus
Negotiosis rebus urbis hærenti:
O uinitores uillicique felices:
Dominis parantur ista seruiunt uobis.

In Calliodorum.

Addixti seruum nummis here mille ducentis
Vt bene cœnares calliodore semel.
Nec bene cœnasti:mullus tibi quattuor emptus·
Librarum cœne pompa caputque fuit.
Exclamare libet:non est hoc improbe non est
Piscis:homo est:hominem calliodore uoras.

Ddixti: Calliodorũ deridet:qui seruum uendiderat:ut bene cœnaret trecentis nummis: quibus multum emit propter gulam:& una cœna trecẽtos nummos absumpsit. In gulam inuehitur poeta Addicere: est plus precii pollicenti & uendere & alienare. Pompa:& caput:quia tota illa pecunia emisti mulum. Hominẽ seruum.

De imagine.M.Antonii.

Hæc mihi quæ colitur uiolis pictura rosisque
Quos referat uultus ceciliane rogas·
Talis erat marcus mediis antonius annis
Primus in hoc iuuenem se uidet ore senex.
Ars utinam mores:animumque effingere posses
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

Ad numacium gallum.

Simplicior priscis numaci galle sabinis:
Cecropium superas qui bonitate senem.
Sic tibi cum soceri claros retinere penates
Perpetua nate det face casta uenus.

Implicior.Nota conquestione Numatiũ rogat:ut quos uersus legerit maledicos suo inscriptos nomini:contendat nõ fuisse scriptos a Martiale. Venio nonnunq̃ in suspitionem Iuuenalis carmen notari quia ita satyrã scribebat:ut nemo dico q dem auditorio eam committere unq̃ ausus sit. Simplicior:studiosior ueræ uirtutis. Sabinus: nam sabini simplicitate: omnes & bonitate superarunt. Senem cecropium: Epicurium :qui idem Gargetius dictus est a gargeto pago in quo est natus auctore Laertio:placet intelligas:senem cecropium id est Epicurum:quia ipse poeta epicureæ sectæ est. Casta uenus: pudor uxoris. Numatius cum socero uiuebat. Sic:id est sic tu uiuas:constanti amore cum uxore tua domi soceri.

Viridi erugine:id est liuore & maledictis. Vt facis:quemadmodum cœpisti. Contendas:constanter testeris. Serua re hunc modum:hanc reuerentiam. Parcere personis nominibus personarum abstinere.

li Tibi. Romulus cum plebeios uellet esse tutos a patriciis:Iussit ut unusquisque eligeret sibi quem uellet patricium patronum: Officia autem clientis in patronum & patroni in clientem præscripsit:tunc primum clientulæ & patrocinia instituta sunt: non tamen recēti exemplo: nam thessali ante romanorum tempora clientes suos habebant: quos appellabant penetas:id est pauperes: & athenienses thetas:id ē seruos mitiores. Romani dixere clientes quasi se colentes: cliens patronum: nec patronus clientem poterat accusare: auctor est Dionysius halicarnasseus

Domitianus autem: ut Tranquillus scribit: promiscua quadam lege libertinos æquauerat militibus romanis:maximis quibusdam officiis īter eos communicatis. Quod autē recitauimus de cliēte: idē erat de manumisso siue đ liberto:qui patronum accusare non poterat:nuper Traianus libertos in suos fines redegit:& sua iura restituit patronis:ut scilicet si liberti in officio non essent: reuocari possent in seruitutem. factum imperatoris laudatur hoc epigrammate. Et uelint eē rata id est firma. Rata uerbum augurale: nā aues dicuntur facere rata: quæ firma faciunt alis & garritu. Patrono spoliato: nam patronus erat spoliatus iure suo:cum pauloante libertus esset æquatus domino. Exul a suis libertis:exul erat pauloante:quia nullum ius in suos libertos habebat:& poterat accusari. Dignus es:ciuis romanus pauloante non retinebat totam dignitatem amisso iure in libertos:propterea non erat integer parte sublata:nunc autem factus est totus:& integer restituto iure in libertum.ciuem romanum appellat clientem imperatoris. Restituisti: inquit poeta ius suum patrono:ut maior sit laus tua o Traiane:ꝙ habeas clientem ciuē tuū romanum integrum:quem seruas.minor enim laus tua esset si eum amissa dignitate seruares. Totum: integra dignitate. Vt liceat:modo detur occasio. Potes probare eē uera id est potes ostendere.

Vt tu si uiridi tinctos erugine uersus:
  Forte malus liuor dixerit esse meos.
Vt facis:a nobis abigas:nec scribere quemq̄
  Talia contendas carmina qui legitur.
Hunc seruare modum nostri nouere libelli
  Parcere personis dicere de uiciis.

Ad Traianum.

Dii tibi dent quicquid princeps traiane mereris
  Et rata perpetuo quæ tribuere uelint.
Qui sua restituis spoliato iura patrono
  Libertis exul non erit ille suis.
Dignus es ut possis totum seruare clientem.
  Vt liceat tantum uera probare potes.

De sulpitia.

Omnes sulpitiam legant puellæ
Vni quæ cupiunt uiro placere.
Omnes sulpitiam legant mariti
Vni qui cupiunt placere nuptæ.
Non hæc colchidos asserit furorem
Diri prandia nec refert thyestæ
Sillam biblida nec fuisse credit:
Sed castos docet & pios amores:

Mnes sul. Sulpitiæ carmen:& pudorem laudat:cuius meminit etiā Sidonius.hec uxor Caleni carmen scripserat pure & simpliciter. Sulpitiam:carmen sulpitiæ:quæ scribit de amore coniugum. Prandia thyestæ:qui apposuit natum fratri epulandum. Nec credit.i.non credit fuisse ueram fabulam de scylla:cum Sulpitia adeo casta & pudica sit:ut hoc non potuerit existimare contigisse foemīæ. Biblys:amauit Caunum frēm:filia Mileti & Cyanes:conuersa tandem in fontem sui nominis cum defleret amores suos repudiatos.

Lusus:inter coniuges. Nequiorem:studiosiorem lusuum & iocorum inter coniuges. Aegeria nympha:cuius congressum Numa Pompilius uolebat uideri numinis alicuius monitu tradere leges romanis. Eadé a nonnullis dicta ē una ex noué musis:ad quod uisus est alludere supra:Siue Numæ coniunx Triuiæ te misit ab Anna:Siue camœnarꝝ de grege nona uenis:& hoc potes addere. Antro:nā Aegeria antꝝ habebat in nemore arcino:Vt Liuius. Esset doctior:q̄ fueris. Phaon amaret:ostendit pulchrioré Sulpitiā Sappho:& potuisset conciliare te Phaoni.

Lusus:delitias:facetiasque.
Cuius carmina qui bene extimarit
Nullam dixerit esse sanctiorem.
Tales egeriæ iocos fuisse.
Vdo crediderim numæ sub antro
Hac condiscipula uel hac magistra
Esses doctior & pudica sappho
Sed tecum pariter :simulque uisam
Durus sulpitiam phaon amarat
Frustra nanque ea nec tonanti uxor
Non bacchi nec apollinis puella
Erepto sibi uiueret caleno.

In Mūnam.

Improba massiliæ quicquid fumaria cogunt
Accipit ætatem quisquis ab igne cadus.
A te mūna uenit:miseris tu mittis amicis
Per freta:per longas toxica sæua uias.
Nec facili precio sed quo contenta salerni
Testa sit aut cellis seria cara suis.
Non uenias quare tam longo tempore romam
Hæc puto causa tibi est:ne tua uina bibas.

Ad Maternum.

Iuris & æquarum cultor sanctissime legum:
Veridico latium qui regis ore forum.
Municipi materne tuo ueterique sodali
Callaicum mandas si quid ad oceanum.
An laurentino turpes in littore ranas
Et satius tenues ducere credis acos:
Ad sua captiuum q̄ saxa remittere mullum
Visus erit libris qui minor esse tribus.
Et fatuam summa cœnare pelorida mensa
Quosque tegit leui cortice concha breuis.
Ostrea baianis q̄ non liuentia testis:
Quæ domino pueri non prohibente uorent.

Frustra amaret:qa phaon nihil a Sulpitia haberet.

Mproba. Mūnā tenētē uina mala deridet massiliēses.n.colorē & ætatē uini mō fumo:mō aloe adulterabāt: auctore Pli. Supra ē expositū:& dicet̄ ī distichis. Fumaria: loca ubi condiebāt̄ uina fumo Improba: adulterātia uinū. Accipit ætaté.i.uidet̄ uetus.Miseris amicis: q̄bus mittis. Nec facili præcio:sed magno & difficili. Setia:uinum setinum.

Vris.Ad maternum: cuius meminit supra & Pli.ī epistolis lā affectus tedio reꝝ urbanaꝝ:& secessurus ī patriā rogat amicū an uelit aliquid mādari simul comparat amœnitaté hiberiæ cū italiæ sterilitate. Iuris:īperfecta é oro sed ītelligas sū discessurus Ore ueridico: non mentiēte. Aci:pisces sunt qui græce dicūt̄ belones.hi pariūt confracto uētre multitudīe partus:exigui præcii remittere tāq̄ contēnēdū. Sua saxa:hispaniæ. Minus tribus libris:romæ ī maxīo erat precio:si pueniebat ad duas libras: ut Pli.post cuius tēpora eūdē piscē maioris ponderis fuisse auctor é Macro. Peloris:genus conchæ. Fatuā sine pondere. Sūma mēsa .i.lautissima mēsa.Ostrea non liuētia: non īferiora: non īuidētia.Ostreis baianis:nā illa res dicit̄ alteri liuere:quæ ē peior altera. Papinius: Rupesque nitent:quis purpura sæpe. Oebalis:& tyrii moderator liuet aheni.

Olidam:male olentem quando fugit. Præda:uulpes. Humida lina:retia. Impediēt ĩplicabunt. Superbus:tanq̃ aliquid magnũ cepisset. Martes:genus uulpis:cui fortasse ac commodari potest:quod Aristoteles scribit cinadon. Ad mare:ad laurentũ. Ab urbano macello:id est ex urbe. Callaicum:discedo inquit si quid mandas in hispaniam.

Hic olidam clamosus ages in retia uulpem:
Mordebitque tuos sordida preda canes.
Illic piscoso modo uix educta profundo
Impedient lepores humida lina meos.
Dum loquor ecce redit sporta piscator inani.
Venator capta marte superbus adest.
Omnis ab urbano uenit ad mare cœna macello:
Callaicum mandas si quid ad oceanum.

Molles. In gratia Sulpitiæ hoc scriptum est dum Calenum coniugē felicē uocat q̧ xv. annis cũ tali uixerit uxore:& nullũ diē periisse ait:quo uerā uitā non egerit. O molles:o iucũdos. Iugalis: matrimoĩales. Notata:signata tanq̃ felix. Caris lapillis:margaritis. Littoris Littoris ĩdici.i.maris rubri. O quæ prælia: locus ꝓpertii:Quā multa apposita narramus uerba lucerna:Quātaque sublato lumine rixa fuit. Nĩbis nicerotianis.i.unguento. Nicerotis aũt pĩguētarius syrus fuit. Laberius: Et quæcũque syrus nicerotes solet: & quicq̃d croci casiæque cinamique udus cæsariæ spirat delicatus arabs:Hoc totum uobis nũc ad scænā affero. Vixisti:uerā uitam egisti.nā tantũ uiuũt q uerā agũt uitā. Computat̃: ascribit̃ sibi tāq̃ præstita a te. Solos numeras dies mariti.i.solũ uixisti eo tēpor̃ quo fuisti maritus.

Ad Calenum.

O molles tibi quindecim calene
Quos cum sulpitia tua iugales
Indulsit deus & peregit annos.
O nox omnis & hora quæ notata est
Caris littoris indici lapillis.
O quæ prœlia: quas utrinque pugnas
Felix lectulus: & lucerna uidit
Nymbis ebria nicerotianis.
Vixisti tribus o calene lustris
Aetas hæc tibi tota computatur
Et solos numeras dies mariti.
Ex illis tibi si diu rogatam
Lucem redderet atropos uel unam
Malles q̃ pyliam quater senectam.

Onsule. In Lesbiam anum quā dicit non esse natam aliquo consule ut alii computabant suos ānos:sed temporibus Numæ.uel potius fuit ficta a promotheo luto hoc est ceno promothei: qui finxit hominem ex luto. Tu fuisti prima mulier: quā finxerit:adeo anus es.

In Lesbiam.

Consule te bruto quid iuras lesbia natam:
Mentiris:nata es lesbia rege numa.
Sic quoque mentiris:nāque ut tua sæcula narrant
Ficta prometheo diceris esse luto.

Ad Lupum.

Semper cum mihi diceretur esse
Secreta mea polla cum cinædo:
Irrupi lupe non erat cinædus.

Ense. Proculeia maritũ dimiserat facto diuortio: nullā aliam ob causam:ut uaticinat̃ poeta:nisi q̧ factus erat prætor: & ludis megalesibus multa erant impendenda quæ uxorem oportuisset suppeditare. simul igitur & paupertatem prætoris notat:quæ sola uxore pendebat: & nouũ proculeiæ consilium. Veterem:quē diu habuisti.

In proculeiam.

Mense nouo iani ueterem proculeia maritum

Habere res ſuas: Verba ſunt ex ritu diuortii: ut apud iuriſconſultos: nam coniuges diſſidentes alter alteri dicebant res tibi habeto tuas: res tibi agito tuas. Erat prætor: & cum ſit prætor noluiſti eum. Purpura megaleſis: dicitur qua prætores in megaleſibus uti ſolent. nam megaleſes ludi a prætoribus celebrabantur in honorem magnæ matris menſe aprilis: quos ludos curant purpura induti pene triumphali. Iuuenalis: Interea megaleſiacæ ſpectacula mappæ Idæum ſolenne colũt ſimilique triumpho Prædo caballorum prætor ſedet purpura. Sacrũ populare: megaleſia appellat ſacra popularia: hoc ē gratiſſima populo: nã his populus romanus maxíe delectabatur: quod Iuuenalis notauit: Nam ſi deficeret mœſtam attonitamque uideres hanc urbem. Tuliſſet: abſumpſiſſet. Sed eſt lucrum: ne iſtã pecuniam amittas in marito prætore.

Deſeris: atque iubes res ſibi habere ſuas.
Quid rogo quid factum ē: ſubiti quæ cauſa doloris?
Nil mihi reſpondes: dicam ego prætor erat.
Conſtatura fuit megalenſis purpura centum:
Milibus ut nimium munera parca dares.
Et populare ſacrum bis milia dena tuliſſet:
Diſcidium non eſt hoc proculeia: lucrum eſt.

Ad Dindimum.

Tam dubia eſt lanugo tibi: tam mollis: ut illam:
Alitus: & ſoles: & leuis aura terat.
Celantur ſimili uentura cydonia lana:
Pollice uirgineo quæ ſpoliata nitent.
Fortius impreſſi quotiens tibi baſia quinque:
Barbatus labris dindime fio tuis.

Ad Philerotem.

Septima iam phileros tibi conditur uxor in agro:
Plus nulli phileros quam tibi reddit ager.

Ad. Qu. Ouidium.

Quinte calidonios ouidi uiſure britannos:
Et uiridem thetym oceanumque patrem.
Ergo numæ colles & nomentana relinques
Otia: nec retinet ruſque focuſque ſenem.
Gaudia tu differs. at non & ſtamina differt
Atropos: atque omnis ſcribitur ora tibi.
Præſtiteris caro: quis non hoc laudet: amico:
Vt potior uita ſit tibi ſancta fides.
Sed reddere tuis tandem manſure ſabinis:
Teque tuas numeres inter amicicias.

In deliciatum lectorem.

Si quid lene mei dicunt & dulce libelli:
Si quid honorificum pagina blanda ſonat:
Hoc tu pingue putas: & coſtam rodere mauis:
Ilia laurentis cum tibi demus apri.
Vaticana bibas: ſi delectaris aceto:

Vinte: Qu. Ouidiũ in Britanniã proficiſcentẽ monet ut aliquãdo uelit ſe ad ocium conferr̃ & uiuere: præſertim cum ſatis ſit quod olim Maximum Ceſonium exulem ſecutus ē: non ueritus Neronis indignationem. Ouidi: Ouidius quidem eſt apud Plutarcum: ſed eundem eſſe non arbitror. huius ſupra meminit. Calidonia: ſilua britãniæ: quo arma romana proceſſerẽt. Patrem: Oceanum qui ambit terram: uel ũde reliqua maria deriuant̃ mediterranea. Reddere: reſtituaris. Inter amicitias: id eſt uelis frui amicitiis.

I Quid: Malum interpretem ſui carminis accuſat: qui ita legat: ut ſi quid eſſet ĩ his quod felle careret: reprehenderet tanquam pigue & craſſum: Obſcena autẽ laudaret. Rodere coſtã id eſt uis maledicum carmen. tranſlatio ab apro. Apri laurentis: qualem mittit laurentum. Bibas uaticana: id eſt quæras malos poetas.

Nostra lagœna: id est nostrum carmen. perstat enim in metaphora.

Omnia: Ita Matho laudabat carmen: ut diceret belle scriptum esse frigide laudans. Huius liuorem cum notet poeta: ait o Matho tu uis dicere omnia belle: id est uitu pera aliquando: si piget laudare. Sũt qui referant hoc ad studium Mathonis: qui co nabatur orationem semper belle componere: In quo Martialis eum deridet. placet prior sententia.

Non facit ad stomachum nostra lagœna tuum.

In Mathonem.

Omnia uis belle matho dicere: dic aliquando:
Et bene dic neutrum: dic aliquando male.

Ad Martialem amicum.

Vitam quæ faciunt beatiorem:
Iocundissime martialis hæc sunt.
Res non parta labore: sed relicta.
Non ingratus ager focus perennis.
Lis nunquam: toga rara: mens quieta.
Vires ingenuæ: salubræ corpus.
Prudens simplicitas: pares amici.
Conuictus facilis sine arte mensa.
Nox non ebria: sed soluta curis:
Non tristis torus: attamen pudicus.
Somnus qui faciat breues tenebras
Quod sis esse uelis: nihilque malis.
Summum nec metuas diem nec optes.

Parat conuiuium.

Nunciat octauam phariæ: sua turba iuuencæ:
Et pilata redit iamque subitque cohors.
Temperat hæc thermas nimios prior hora uapores:
Halat: & in modico sexte nerone calet.
Stella: nepos cani cerealis flacce uenitis:
Septem sigma capit: sex sumus: adde lupum.
Exoneraturas uentrem mihi uillica maluas:
Attulit & uarias quas habet hortus opes.
In quibus est lactuca sedens: & sectile porrum:

Itam: Per munera uitæ beatæ se ipsũ alloquitur: & ex sententia Epicuri hæc scribit. Parta: quæsita. Non ingratus: non nimium fertilis. Toga rara: id est rarum officium erga diuites. sequebantur enim togati diuites. Vires ingenuæ: non portentosæ. Salubre: quia non aduexet aduersa ualitudine. Pares amicos: ut non habeas superiores. Facilis: non quæsitus magno labore. Breues tenebras: id ẽ sit tibi somnus suauis: ut nox uideatur breuis: Summũ diem: id est mortem.

Vnciat: Inuitat amicos in balnea: & cœnam pollicetur frugalem: sed ingenuo stomacho. Isis Romæ colebatur iuxta campum martium. Iuuenalis: Antiquo quæ proxima surgit ouili. Huius sacerdotes habitu lineo cum sistris sacra celebrabãt: repræsentantes indagationem filii: quem olim amissum: ut Herodotus & Lactantius scribunt & anxie perquisiuit & fleuit: timens ne quid ei accideret: quod patri euenerat Osyridi. Hora octaua hæc sacra erant absoluta. Sua turba: sacerdotum. Iuuencæ phariæ: Isidi. Pilata: sistrata. Redit: ab indagatione. Inmodico Nerone: id est immodice æstuãtibus neronianis thermis. Septẽ signa: alludit ad cœnationẽ: nã nonnullæ cœnationes sex capiebãt: aliæ septẽ: aliæ octo. de stipadio i distichis: Accipe lunata scriptũ testudĩe: signa octo capit. ueniat quis qs amicus erit. Adde lupum: qui erit septimus. Sedens: sessilis: quæ eadem dicitur laconica. Sectile porrum: ad differentiam capitati.

Ructatrix: codex antiquus habet stupratrix. mentam græci mintam olim dixerunt: gratissimi est saporis: ut scribit Plinius in rusticis præsertim dapibus. in hanc uersa est puella amata a Plutone. si ructatrix legis: dicitur quia facit ructare. Si stupratrix quod placet ex codice antiquo: alludit ad nomen diminutiuum mentula. Herba salax: ego puto ꝗ erucam intelligi quæ facit homines salaces. Columella: Excitet ut ueneri tardos eruca maritos.
Oua secta: erat genus condimenti ex ouis & liquamine salso. supra: Diuisis cibium latebit ouis. Cibiū significat pelamidem concisam.

Nec deest ructatrix menta: nec hærba salax.
Secta coronabunt rotatos oua lacertos:
Et madidum thinni de sale sumen erit.
Paruus in his una ponetur cœnula mensa:
Hædus: inhumani raptus ab ore lupi.
Et quæ non egeant ferro structoris ofellæ:
Et faba fabrorum prototomique rudes.
Pullus ad hæc cœnisque tribus iam parua superstes:
Addetur: saturis mitia poma dabo.
De nomentana uinum sine fece lagœna:
Quæ bis frontino consule prima fuit.
Accedent sine felle ioci: nec mane timenda:
Libertas. & nil quod tacuisse uelis.
De prasino conuiua meus uenetoque loquatur:
Nec faciant quemquam pocula nostra reum.

In Cottam.

Cum potes ametistinos trientes
Et nigro madeas opimiano
Propinas modo conditum sabinum
Et dicis mihi cotta uis in auro:
Quisquam plumbea uina uult in auro?

Ruta: ab urendo dicit̃: eius manipulus uicē liquaminis salsi & olei nonnunquam præstat. Lacertos: igitur pisces dicit rutatos id est ruta conditos: & mustum rutatum legimus datū a Cornelio Cetego: populo Romano in consulatu. Sumen thynni: piscis: Nam sumen thynni ī precio erat: cauda minie: quia caret pingui. Onix: accipitur pro salino apud Horatium: quãuis sit ampulla marmorea: Vt Porphirio interpretatur.
Vna cœnula: quia totus absumetur. Raptus: semilaceratus a lupo. Structores: ut apud Iuuenalē: dicebantur: qui mensas & cibaria curabant: At non nunquam scindebant. Ofella significat panem medicatum. A Varrone autē numerat̃ inter carnes conditas. Faba quibusdam herbis condita fabrilis dicebatur Columella: Quæque fabis: habilis fabrilia miscet. Prothotomi: dicuntur primi caules q̄ succiduntur: ut uerbū ipsum indicat: Nam πρωθον significat primum: & τεύω incido. Columella: & iam prothotomos tempus decerpere caules. Perna: petaso. Superstes cœnis tribus: id est quæ reliq̄ fuit. Sine fæce: prothopum dicitur uinum: quod primum defluit sponte: nec exprimitur. Bis plena: iocatur dicit se daturum uinū ex lagena: quæ fuit plena bis Frontino consule ut nouum indicet uinum. Imitatio est Horatii: Vina bibes iterū tauro diffusa. Non timenda mane: hoc est cuius te non pœniteat mane sequenti: Vt ebrios pœnitet libertatis loquendi. Prassino & ueneto: de duobus aurigis carissimis imperatori. Quenquam reum: hoc est si quid dictum fuerit inter pocula neminem accusabimus.
Vm potes: Cotta aureo uase uina pessima propinabat: cum ipse opimianum & falernum biberet: ait nihil imprudentius factum: Nam quis acciperet uina plūbea in uase aureo: ut Martialis ait: Per plumbeum uinum pessimum intelligit. plumbeum autem dixit: ut in metaphora permaneret. Nam uas aureum dixerat. Color amethystinus: purpureus est: qualis est setino & falerno: Posuit trientes pro poculo. Opimiano: id est uino condito Opimio consule: quod diu seruatum est. De hoc alibi multa diximus.

Rangat: Scorpum aurigam. xxvii. anno extinctum deflet: Nā aurigæ & imperatoribus & populo fuerunt gratissimi: ut incitatus caligulæ: Prassinus Neroni: Scorpus Traiāo. Victoria tristis: mœsta morte Scorpi. Palmas idumæas. Idumæ prouincia est syriæ: eiusdem nominis oppidum est phœniciæ: palma arbor illic luxuriat: copioseque ꝓuenit. ut Trogus & Plinius scribunt. Lucanus: Arbusto palmarum diues idumæ. Virgilius: Primus idumæas referam tibi mantua palmas. hæc arbor dicata est numini uictoriæ: quoniā aduersus impositum pondus renititur. Vt Gellius scribit ex auctoritate Aristotelis. Frangat palmas idumæas. i. arbores sibi dicatas. Flammis iniquis: rogo Scorpi iniquo. Iungis nigros equos: infernales. permansit ī officio aurigæ. Illa meta: ad quam ueniebas in certaminibus cur fuit etiam tam ꝓpe uitæ tuæ: quasi dicat cur etiam tā cito uenisti ad metam uitæ.

De Scorpo.

Frangat idumæas tristis uictoria palmas:
Plange fauor sæua pectora nuda manu.
Mutet honor cultus & iniquis munera flammis:
Mitte coronatas gloria mœsta comas.
Heu facinus prima fraudatus scorpe iuuenta:
Occidis: & nigros tam cito iungis equos.
Curribus illa tuis semper properata breuisque:
Cui fuit & uitæ tam prope meta tuæ.

Ad Faustinum.

Sydera iam tyrius phryxei respicit agni:
Taurus: & alternum castora fugit hiems.
Ridet ager: uestitur humus: uestitur & arbos:
Ismarium pellex attica plorat ithim.
Quos faustine dies: qualem tibi roma rauennam:
Abstulit: o soles: o tunicata quies.
O nemus: o fontes: solidumque madentis harenæ:
Littus & æquoreis splendidus anxur aquis.
Et non unius spectator lectulus undæ:
Qui uidet hinc puppes fluminis: inde maris.
Sed nec marcelli pompeianumque: nec illic:
Sunt triplices thermæ: nec fora iuncta quater.
Nec capitolini summum penetrale tonantis:

Ydera: Faustinum accusat: ꝙ accepto magistratu ab imperatore præsit rauennatibus: nec fruatur recessu suo teracinési. describit autem uer: & ex astrorum ratione & ex floribus terræ. Taurus tyrius: qui uexit Europem: qui est in cælo qui respicit sydera. Agni phryxei. i. qui uexit Phryxū & hellē id est iā sol uenit in taurū per quod notat aprilem. Alternum castora: id ē geminos: nam sibi hoc antiquitas suasit: Castorē & Pollucem esse illud sydus quod geminos appellant: quāuis auctore Higino alii tradiderūt esse Triptolemum & Iasonē: alii Herculem & Apollinē. Pellex attica: philomela quæ primo uere canere solet. Ithī ismarium: thracem filium Terei & Prognes. Thucidides scribit in secundo historiarū Tereum illū cui nupsit Progne: nō fuisse regē thraciæ: ut nostræ fabulæ tradidert: sed daulidis oppidi phocensiū: unde eodē auctore philomela dr̄ daulias. Eundē tamen a thracibus ortū non negat. emēdandus est error apud Strabonē. Ille enim cū sentētiam Thucididis rettulisset: neque eū noīasset sed dixisset nonnullos ita scribere subdidit. Thucidides uero ad megara hæc gesta fuisse: cū ut dixi extēt uerba Thucididis affirmantis actam fabulam ad daulida non ad megara. Emendet̄ igitur hoc pacto. Ita Thucidides: Alii ad megara gesta scribunt. O tunicata quies: in qua quiete solemus uti sola tunica. Aequoreus: qa ad mare. Non unius undæ: nam & fossam habebat iuxta se teracina & mare. Fluminis: nā & fossa contigua teracinæ: ut Strabo: frequens erat nauigatio: quæ fiebat aquis pluuialibus. Et fluuius proximus erat. Item fluuius quem Vfentem nostri appellarunt deprauata dictione Aufidum Strabo dixit. Neque Marcelli: theatrum cuius scæna restituta Vespasianus ludos edidit. Thermæ triplices: dicuntur quæ triplici serie ædificantur.

Templa flauiæ gentis: quæ condidit Domitianus. Quæ tua sunt. i. tuos honores.

Helim: Mœchæ in adulterio deprehensæ toga indutæ in publicũ procedere cogebantur. hoc satis supra est demonstratum. Festiue igitur poeta ait Numã dixisse spadonẽ qui effœminatus est: cum eum uidisset togatum. Esse mœcham damnatam: nam mulier in toga non conspiciebatur: nisi in adulterio fuisset deprehensa.

Lle ego: Alterum epitaphium Scorpi. Circi clamosi gloria: nam ĩ circo aurigæ certabant. Rapti: dicuntur qui ante legitimum tẽpus moriuntur. Nona trieteride. i. xxvii. anno. Palmis uictoriis.

Quæque nitent cælo proxima templa suo.
Dicere te lassum quotiens ego credo quirino:
Quæ tua sunt tibi habe: quæ mea redde mihi.

De Spadone.

Thelin uiderat in toga spadonem:
Damnatam numa dixit esse mœcham.

Epitaphium Scorpi.

Ille ego sum scorpus clamosi gloria circi:
Plausus roma tui delitiæque breues.
Inuida quem lachesis raptum trieteride nona:
Dum numerat palmas credidit esse senem.

In Olum.

Mensas ole bonas ponis: sed ponis opertas:
Ridiculum est: possum sic ego habere bonas.

In Marullam.

Arrectum quotiens marulla penem:
Pensauit digitis diuque mensa est.
Libras. scrupulas. sextulasque dicit:
Idem post opus & suas palæstras.
Loro cum similis iacet remissus:
Quanto sit leuior marulla dicit.
Non ergo est manus ista sed statera.

In Gallum.

Totis galle iubes tibi me seruire diebus:
Et per auentinum ter quater ire tuum.
Eximit aut reficit dentem casellius ægrum:
Infestos oculis uris higine pilos.
Non seccat & tollit stillantem fannius uuam:
Tristia soxorum stigmata delet heros.
Enterocellarum fertur podalyrius hermes:
Qui sanet ruptos dic mihi galle quis est.

Ensas: Olus mensarũ laudem iactabat: sed his opertis amicos accipiebat: nam & mensæ sua habebant repositoria. poeta eum deridet: ꝙ uelit homines ita fallere: nam ego qui habeo pessimas mensas: possẽ uideri hoc commento habere bonas. Sic: ista fraude.

Rrectum: Obolus & scrupulus idem ẽ: ut Dardanus scribit. Vterque: continet sex siliquas.

Otis: Galli auaritiã accusat: & aliorum simul diuitum. Enumerãs enim medicos qui in urbe sunt: dicit oĩ generi morbi suum medicum adesse præterquam ruptis. Rupti autem dicuntur quodã morbo laborantes: sæpe apud Plinium & Celsum. Iocatur hoc uerbo igitur poeta & cum uideatur loqui de morbo: Intelligit ruptos id est fessos laboribus colẽdorum diuitum. Nam rupti dicuntur etiã ɗfessi: & laceratis uestibus supra: Rumpes inqt equo leporem. & rumpere latus dicitur fatigari. Flauius: medicus. Vuam. i. morbum qui in gutture nascitur. Stillante: epiphora.

Podalyrius: filius Aesculapii. Enterocellæ: significat morbum intestinorum defluentium in testiculos. sunt præterea Hidrocellæ eiusdẽ generis: & ramex: Vnde ramicosus. Qui sanet ruptos: id est fessos: & laceratas habentes uestes: cũ uideatur intelligere de illis: qui laborant eo morbo.

Rgenti:Sextus in ſaturnalibus cũ ſoleret mittere librã argenti:nunc mittit ſelibram piperis.iocaẗ in hunc Martialis. Tanti.i.nolo ſelibrã piperis pro libra argenti.

Nxuris:Ad Frontinũ ſcribit:cui ſolebat eſſe comes in agro quẽ uariis in locis hẽbat: & cám affert quare nunc non poſſit amplius eſſe comes:ſe tamen q̃uis comes non ſit: nõ minus eũ amare q̃ ſolebat. Placidos receſſus:anxurinos. Nemus rheginũ:nã ut Diodorus ſcribit & Strabo repetit:precibus Herculis illac trãſeuntis factũ eſt ut in agro rhegino cicadæ uocẽ non habeant: cũ in littore lucrino proxío ſint reſonãtes:ũde Eunonii citharœdi locris ſtatua erecta eſt cicada citharæ inſidente a qua adiutus eſt:cum in certamĩe deſcendiſſet in locũ chordæ quæ eſt fracta. Cãcro feruẽte:mẽſe iulio. Lacus flumineos:an propter eũ lacũ quẽ ante teracinã duo flumina efficiebant. uel quod placet de oĩ lacu q ingreſſu flumĩs augetur nã is eſt amœnior. Sterili:nihil aſſequẽte. Paſcimur:ſuſtinẽus & colimus Lares:ĩ ianiculo: ſed nõ ſolus ille te amat:q te frequẽtat: ſed etiã ego qui te non colo. Etiã non officioſus:q̃uis non ſim tibi comes:Tranqllus: ſenatores circũſteterunt ſellã Cæſaris officii gr̃a.i.comitatus & Martialis alibi:Viuat & urbanis albus in officiis.

Onſũpta:Delicatũ lectorẽ monet non eſſe aptũ ſuis carmĩbus: quem admodũ conuiua ẽ moleſtus:q delicatos tantum cibos ꝑquirit.Is.n.in quem ſcribit faſtidioſi ſtomachi breuiora tantũ epigrãmata legebat. Lẽma:genus ẽ argumẽtationis:meminit Laertius in zenone.Ci.id appellauit uerbo latino comprehenſionẽ.Lẽma apud Mart.ſignificat inſcriptionem epigrãmatis:qua totus ſẽſus comprehẽdiẗ:hic accipiẗ pro argumẽto. Conſumpta uno lemmate.i.uno epigrãmate. Omni macello.i.ex oĩbus obſoniis: Forũ ubi obſonia uẽdunẗ: macellũ dr̃. Mattea:condimẽtũ ẽ carniũ unctũ a uerbo græco:ut conceſſit Varro: Nam matto ſignificat oblino.Inde uerbum eſt apud Ariſtophanẽ:qui guloſum appellat matteolicũ.i.mattea ſectantẽ.Tranquillus genere fœminino ꝓtulit in Caligula: matteas ĩquit uenenatas multis miſit. Sola mattea.i.ſola uncta. Lectore guloſo:perſtat ĩ metaphora.

Qui ſine pene:nonnulli codices habẽt pane.penẽ antiqui caudã dixerũt. Hoc eſt eum uolo:q non modo delicatiores ꝑtes appoſiti aĩalis comedat:ſed & qui caudam nonnunq̃ ſumat.q.d.nolo lectorem qui totũ opus legat.& ad penem hoc eſt ad caudam perueniat. hæc placet.Alii codices habent pane:ut hoc ſit dictum in guloſum.Et Martialis uelit lectorem:qui non tantũ matteis ſed & pane una ueſcatur:quem guloſiores aſpernantur.

Ad Sextum.

Argenti libram mittebas:facta ſelibra eſt:
Sed piperis tanti non emo ſexte piper.

Ad Frontinum.

Anxius æquorei placidos frontine receſſus:
Et propius baias littoreamque domum.
Et quod inhumanæ cancro feruente cicadæ:
Non nouere nemus flumineoſque lacus.
Dum colui doctas tecum celebrare uacabat:
Pierides:nunc nos maxima roma terit.
Hic mihi quando dies meus eſt:iactamur in alto:
Vrbis:& in ſterili uita labore perit.
Dura ſuburani dum iugera paſcimus agri:
Vicinoſque tibi ſancte quirine lares.
Sed non ſolus amat: qui nocte dieque frequentat:
Limnia:nec uatem talia damna decent.
Per ueneranda mihi muſarum ſacra:per omnes:
Iuro deos:& non officioſus amo.

In delicatum lectorem.

Conſumpta eſt uno ſi lemmate pagina tranſis:
Et breuiora tibi non meliora placent.
Diues & ex omni poſita eſt inſtructa macello:
Cœna tibi:ſed te matia ſola iuuant.
Non opus eſt nobis nimium lectore guloſo:
Nunc uolo:qui fiat non ſine pene ſatur.

Vra: In Munnam pedagogum triuialem: qui cum supra duos rusticanos discipulos non haberet: petiit ius a Cæsare trium discipulorum: adductus eorum exemplo qui iura trium natorum petebant. hunc deridet poeta.

Ic: Epitaphium est Herotionis puellæ: quã supra & commendauit parentibus mortuis. Vmbra festinata: morte ĩmatura. Hyems sexta. i. sextus annus. Regnator: dominus. Nostri agelli: ubi sepeliuimus puellã. Iusta annua. i. exequias solennes. Exiguis umbris: puerilibus. Sic solus hic tumulus sit flebilis. i. sic nullus tuorũ moriat͠. alibi: Quid fles talia? nil fleas uiator.

Vdi magister: In ludi magistrũ: cuius uociferatioibus offendebat͠. supra: Quid tibi nobiscũ ludi scelerate magister? hũc rogat ne pulset pueros æstiuo præsertim tempore. Chorus mẽsæ delicatæ: .i. chorus pulchriorũ ministrorũ. Calculator: q docet numeros & arithmeticã. Notarii: dicebant͠ q excipiebãt uerba aliẽa quorũ memĩt Plutarcus ĩ Catone. horũ manus uelocitas erat ĩ precio. ĩ distichis Currãt uerba licet manus ẽ uelocior illis. Albæ luces: & cãdescẽtes dies. Flãmeo leone: mense iulio. Pellis scytæ. i. lorũ factũ in scuticã. ipsa. n. scutica a scytos: qđ est coriũ dicit͠. Marsias celenæus: q uapulauit ab Apolliẽ. Celenæus: a celenis urbe phrygiæ eius patria. Papinius. Nosset & illustres satyro pendente celenas.

Armora: Matronæ nomẽ ĩ quã hoc erat epitaphiũ nõ extat. huius pudicitiã laudat quæ. x. filiis supstes unũ nouit maritũ Saxis mausoli. i. mausoleo: qđ Artemisia coniugi suo erexit. Pyramidũ: q ægiptiis regibus erigũtur. Bis romão terento. i. lx. expleui annũ. Nam. xxx. quoque ãno sacra celebrabant͠ in cãpo martio ad locũ quẽ terẽton appellabãt alibi: Hic colat albano: Et quæ romuleus sacra terẽtus habet. Et nihil pdidit: qa totã bene collocauit uitam. Clauserũt: filii. n. parentis mortui lumina claudebant. Vna mentula. i. uni marito seruiui.

De Munna.

Iura trium petiit a cæsare discipulorum:
Assuetus semper munna docere duos.

Epitaphium Herotionis.

Hic festinata requiescit herotion umbra:
Crimine quam fati sexta peremit hiems.
Quisquis eris nostri post me regnator agelli:
Manibus exiguis annua iusta dato.
Sic lare perpetuo: sic turba sospite solus:
Flebilis in terra sit lapis iste tua.

Ad Magistrum ludi.

Ludi magister parce simplici turbæ
Sic te frequentes audiant capillati:
Et delicate diligat chorus mensæ.
Nec calculator: nec notarius uelox:
Maiore quisquam circulo coronetur.
Albæ leone flammeo calent luces:
Tostamque feruens iulius coquit messem
Cirrata loris horridis sectæ pellis
Qua uapulauit marsyas celenæus
Ferulæque tristes sceptra pedagogorum
Cessent. & idus dormiant in octobris.
Aestate pueri si ualent: satis discunt.

Epitaphium nobilis matronæ.

Marmora parua quidem sed non cessura uiator:
Mausoli saxis pyramidumque leges.
Bis mea romano spectata est uita tarento:
Et nihil e xtremos perdidit ante rogos.
Quinque dedit pueros totidem mihi iuno puellas:
Cluserunt omnes lumina nostra manus.
Contigit & thalami mihi gloria rara: fuitque:
Vna pudiciciæ mentula nota meæ.

Ontigeris:Polla uxor Lucani superstes marito iterfecto a nerone monetur a Martiale ne accusat epigrammata lasciua: cum eius maritus lasciuũ aliquãdo carmen composuerit quod inserit. Regina:diues. Nostri heliconis.i.carminis latini.

Vm te:In Carmenonem mollem & effœminatum:qui Martialem appellabat fratrẽ cum nulla ex parte esset ei similis: ego inquit appellabo te sororem: notans mollitiem & turpitudinem hominis Municipem:ciuem corinthium:an uultu similes sumus ut propterea me appelles fratrem. Dropace:unguento ad expilãdos pilos. Os blæsum: molle & blandiens. Debilis:fracta & effœmĩata. Dorcas:est genus capreæ uelocissimæ: ut Pli. scribit. Sororem:nam tu fœmina es ego sum uir.

Vis: In Theopompũ cuius amore captus. Vncto igne:id est nidore. Quis:nam qui propinabant erãt pulchriores Iste exitus:scilicet culinæ.

Yrrhe: In Politiã eodem ferme argumẽto quo supra scripsit i Vetustillam: cuius pruritus nulla ætate potuerat extĩgui: eius autem decrepitã ætatem festiue & fabulosã designat. Hæc tandẽ mortua sepulta est cum coniuge Melantione. Pyrrhæ filiæ duæ:Prothogenia & Melanthia. Nouerca Nestoris: nullam nouercam Nestoris legimus: Clorem tantum matrem: sed hoc ex poetæ irrisione dicit.

Ad Pollam.

Contigeris regina meos si polla libellos:
Non tetrica nostros excipe fronte iocos.
Ille tuus uates helyconis gloria nostri:
Pieria caneret cum fera bella tuba.
Non tamen erubuit lasciuo dicere uersu:
Si nec pædicor:cotta: quid hic facio?

In Carmenionem.

Cum te municipem corinthiorum:
Iactes carmenion negante nullo:
Cur frater tibi dicor ex hiberis.
Et celtis genitus tagique ciuis:
An uultu similes uidemur esse?
Tu flexa nitidus coma uagaris.
Hispanis ego contumax capillis.
Leuis dropace tu quotidiano.
Hirsutis ego cruribus: genisque.
Os blæsum tibi: debilisque lingua est:
Nobis filia fortius loquetur.
Tam dispar aquilæ columba non est:
Nec dorcas rigido fugax leoni.
Quare desine me uocare fratrem:
Hec te carmenion uocem sororem.

De Theopompo.

Quis rogo tam durus: quis tam fuit ille superbus:
Qui iussit fieri te theopompe cocum?
Hanc aliquis faciem nigra uiolare culina:
Sustinet:has uncto polluit ungue comas.
Quis potius ciathos: aut quis crystalla tenebit:
Qua sapient melius mista falerna manu.
Si tam sydereos manet exitus iste ministros:
Iupiter utatur iam ganymede coco.

Epitaphium Vetulæ.

Pyrrhæ filia: nestoris nouerca:
Quam uidit niobe puella canam:
Laertes auiam senex uocabit.
Nutricem priamus socrum thyestes

Cornicibus ſuperſtes:quæ ſuperabit ætate omnes cornices:quæ diutiſſime uiuunt.

Vm tibi:Impudicam Leliã accuſat:quæ uocculis græcorũ utebatur uiro blandiẽs.idẽ carpitur a Iuuenale ζωη και ψυχη modo ſub lodice relictis uteris ĩ turba. hæc uerba meretricia eſſe oſtendit:nam imitantur Laidem corinthiam quæ ita ſolebat loqui ſed tamen Lelia nunq̃ poterit uideri Lais cum ſit deformis q̃uis illius uerbis utatur. Ephe/ſos:ciuitas Ioniæ eadẽ ſmirna dicta:patria Hiponactis poetæ:Parraſii & Apellis pictorum & Alex.oratoris. Rhodos inſula pamphilii maris.

Iam cornicibus omnibus ſuperſtes:
Hoc tandem ſita prurit in ſepulchro
Caluo plotia cum melanchione.

In Læliam.

Cum tibi nõ epheſos nec ſit rhodos aut mitylene:
Sed domus in uico lælia patritio.
Deque coloratis nunquam lita mater ætruſcis:
Durus aricina de regione pater.
ζωη και ψυχη congeris uſque:
Proh pudor erſiliæ ciuis & ægeriæ.
Lectulus has uoces:nec lectulus audiat omnis:
Sed quem laſciuo ſtrauit amica uiro.
Scire cupis quo caſta modo matrona loquaris:
Nunquid cum criſas blandior eſſe potes:
Tu licet ediſcas totam referaſque corynthon:
Non tamen omnino lælia thais eris.

De Polla.

Cuſtodes das polla uiro:nec accipis ipſa:
Hoc eſt uxorem ducere polla uirum.

Ad Potitum.

Quod mihi uix unus toto liber ẽxeat anno:
Deſidiæ tibi ſum docte potite reus.
Iuſtius at quanto mirere quod exeat unus:
Labantur toti cum mihi ſæpe dies.
Nunc reſalutantis uideo nocturnus amicos:
Gratulor & multis:nemo potite mihi.

Mitylene:ciuitas inter methymnam & maliam ẽ duos portus habẽs:patria Pithaci:Alcei poetæ lyrici Anthimenidæ fratris:& Sapphus. Nunquã lita:id eſt quæ nunq̃ habuit ſibi fucatum colorem. Ae/truſcis:mulieribus quæ colorãtur. Aricina:regio. ſunt qui referant ad duos uicos in urbe:id eſt ad ui/cum tuſcum:& regionem aricinam:quæ loca erãt in urbe:quod non placet.

Herſilia:uxor fuit Ro/muli rapta una cũ aliis ſabinis:quæ ut Iuba ſcribit:ſexcentæ.lxxx.tres fuerũt Alii ſcribunt Herſiliã ue/niſſe in ſortem Hoſtilio.

Cum ſis ciuis Herſiliæ & Aegeriæ:id eſt quæ fue/runt pudiciſſimæ. Nun/quam.quaſi dicat quid o/pus eſt cõdias & facias gra/tum opus:ſatis blanda es:dum criſſas:ſi quidẽ for/moſa es. Totam corin/thon:id eſt totam linguã corinthiorum. Non omnino eris lais:quia tu de/formis es:& illa pulchra fuit.

Vſtodes:Almo effœminatus uxorem habebat:quæ ſpadonibus delectabatur:ſed timens mollitiem uiri:ne ſcilicet ipſe ſubagitaretur a ſpadonibus:adhibebat ei cuſtodes. Hoc inquit poeta facere:quia duxit uirum uxorem:& cum uideatur dicere nupſerat uiro ſuo tanquam uxori cum adhibeat ei cuſtodes ipſe intelligit duxit uirum uxorem id eſt cinædum. Das cuſtodes:quia times ne ſubagitetur. Non accipis ipſa:quia ſubagitabatur a ſpadonibus:quod ſu/pra dixit:Irrupi lupe non erat cinædus.

Vod apud Potitum conqueritur de occupationibus urbanis:qui mirabatur quare uix unum librum toto anno compoſuiſſet. Ego ſum reus tibi:id eſt ego accuſor a te. Exeat mihi:componatur a me. Mihi:nil agendo & ſcribendo. Gratu/lor:multis:aut magiſtratum adeptis:aut aucta ſupellectile.

Luciferā dianā: nonnulli intelligunt Dianā auentinā: quæ una cū Lucifero in auentino colebat̃: & eadē Lucina dicebat̃ quasi afferēs lucē pariētibus: cui deæ matronæ supercilia consecrabāt ubi uetustissimus lucus erat. Vnde Plinio placet datū eē nomē deæ: ut supra: Lucina a luco dicat̃. Alii palatinā intelligūt: quæ noctiluca dicebat̃: quoniā eius tēplū ut Varro noctu ī palacio lucebat. Choreæ reduces: placet ut ītelligas comites multos reducē tes Vironē: & diuitē. hoc magis placet: q̄ ītelligas choreas ꝓ saltatoribus. Poeta: ut Liguri nus & alii: sæpe oportet audire carmina. Impune: sine damno. Petunt̃ balnea: ut sequar sportulam. Centū q̄drantes. nam ea sportula dabat̃ ī balneis. Visqs: Laudat pietatē Rabirii q condidit parentes senes eodē tumulo. & eos q̄uis ultima ætate extincti eēnt non secus deflebat q̄ si iuuenes amisisset. Condidit: sepeliuit. Clausit: absoluit: ꝑfecit. Bis sex lustra. i. lx. annū. Bina funera: duo corpa. Improbius: īsatiabilius. Rustra: Dānatis tēporibus Domitiani seruit Traiano: sub quo assentationi & blanditiis nullū locū esse affirmat: neque eē amplius opus appellar̃ eū dominū & deū: sed imperatorē. Frustra: qa nō utor amplius uobis. Attritis labris: diuturna assētatione ī Domitiāo. Dominū & deum: ut dixerat supra. Edictū domi deique nr̃i. Parthos: parthi regē suū supstitiose uenerabāt̃ adorabātque & osculis pedū & seruilibus supplicatioibus: imo & eū adituri terrā ore tāgebāt ut auctor est Xenophon. Iccirco supra liberum dixit poeta: q tanq̄ deus a suis suspiciebatur. Picti: dicūtur reges parthoꝝ: quoniā pictis uestibus utebāt̃ auctore Pli. ut & agathirsi thraces dicūt̃ picti a Virg. qa quo ditiores erāt ut scribit Mela eo luxuriosius se se tingebāt: sed picti parthi: qa uestibus pictis utunt̃. eosdē poeta appellat pileatos uel qa mitris utunt̃ uel q̄d placet a similitudīe seruoꝝ q testant̃ libertatē cū pileū sumūt: ut ostēdat eos eē conditiois seruilis & libertinæ. Ad parthos. q. d. locus ē uobis apud parthos: non apd̄ Traianū. Prioribus: q̄bus uti solebas in Domitiano.

Nunc ad luciferam signat mea gemma dianam:
　Nunc me prima sibi: nunc sibi quinta rapit.
Nunc consul prætor ue tenet: reducesque choreæ:
　Auditur toto sæpe poeta die.
Sed nec causidico possis impune negare:
　Nec si te rhetor grammaticus ue rogent.
Balnea post decima lasso centumque petuntur:
　Quadrantes: fiet quando potite liber?

De Rabirio.

Quisquis læta tuis & sera parentibus optas:
　Fata: breuem titulum marmoris huius ama.
Condidit hac caras tellure rabirius umbras:
　Nulli sorte iacent candidiore senes.
Bis sex lustra tori: nox mitis & ultima clusit:
　Arserunt uno funera bina rogo.
Hos tamen ut primis raptos sibi quærit in annis:
　Improbius nihil his fletibus esse potest.

Adulatorium.

Frustra blandiciæ uenitis ad me
Attritis miserabiles labellis
Dicturus dominum deumque non sum?
Iam non est locus hac in urbe uobis
Ad parthos procul ite pilleatos.
Et turpes humilesque supplicesque
Pictorum sola basiate regum.
Non est hic dominus sed imperator:
Sed iustissimus omnium senator.
Per quem de stygia domo reducta est:
Siccis rustica ueritas capillis.
Hoc sub principe si sapis caueto:
Verbis roma prioribus loquaris.

Ittera. A. M. Antonio missam togam laudat: quæ eo ipsi fuit gratior: quoniã & ille appellabatur Marcus: & uidetur bene iudicasse de eo: nam pulchrum est laudari a laudato uiro: & donari. Censor: qui laudabat paupertatem. Mecœnas: qui ut Seneca scribit luxuriosas uestes habuit: in quo male audiuit. Victima litat: placat deos: quasi dicat non quicunque cedit uictimam: placat deos.

Am parce: Indignatus est: ꝙ Scorpus auriga nuper una hora lucratus sit quindecim saccos auri: cum ipse non habeat ĩ sportula supra cẽtum quadrantes tota die: quare damnatis opibus iã optat somnum. Gratulatori lasso: id ẽ mihi: qui sum lassus. Togatulos: qui præcedunt. Centum plumbeos: inuidiose dixit plumbeos. Victor: ex certamine Circi. Auri feruentis: nam uidetur ardere. Nilus spicifer: fertilis annonæ. Vua: nã setia est inter pontinas paludes: optimũque fert uinum.

Ilia: locus ẽ in Gallam: quæ annis in cõtemptum uenerat: cum olim magno prostraret precio: eadem cum gratis inuitet Martialem: negligitur. Non erat: tunc cum iuuenis erat. Nimis magni: non admodum indigna uidebaĩ eo precio.

Ad Marcum.

Littera facundi gratum mihi pignus amici:
  Pertulit ausoniæ dona seuera togæ.
Qua non fabricius sed uellet apitius uti:
  Vellet moecenas cæsarianus eques.
Vilior hæc nobis alio mittente fuisset:
  Non quacunque manu uictima cæsa litat.
A te missa uenit possem nisi munus amare:
  Marce tuum poteram? nomen amare meum?
Munere sed plus est: & nomine gratius ipso:
  Officium docti iudiciumque uiri.

Ad Romam.

Iam parce lasso roma gratulatori
Lasso clienti. quamdiu salutator
Anteambulones & togatulos inter
Centum merebor plombeos die toto?
Cum scorpus una quindecim graues hora:
Feruentis auri uictor afferat saccos.
Non ego meorum præmium libellorum.
Quid enim merentur? apulos uelim campos?
Non hybla non me spicifer capit nilus:
Nec quæ paludes delicata pontinas.
Ex arce cliui spectat uua setini.
Quid concupiscam quæris ergo? dormire.

De Galla.

Milia uiginti quondam me galla poposcit:
  Et fateor magni non erat illa nimis.
Annus abit bisquina dabis sestertia dixit:
  Poscere plus uisa est: qua prius illa mihi.
Iam duo poscenti post sextum milia mensem:
  Mille dabam nummos noluit accipere:
Transierant binæ forsan trinæ ue calendæ:
  Aureolos ultro quattuor ipsa petit.
Non dedimus. centum iussit me mittere nummos:

Summa.c.denariorum. Iunxit nos:habuit nos in officio & seruitute. Sportula:arida exigua.

Oc fortuna:Notat tẽpora sua amare:ꝙ muliones ditissimi fiant:poetæ esuriant.posuit aũt incitatũ pro quocũque auriga.Huius meminit Trãquillus in Caligula: nã equo dedit marmoreã imaginẽ:præsepe eburneũ:purpuræ tegmenta:monile e gemmis:domũ familiã supellectilẽ aurigæ:cui etiã consulatũ destinauerat.ponit item Meuiũ pro quocũque poeta.Meuii aũt meminit Virgilius: Qui Bauium non odit: amet tua carmĩa Meui. & Eusebius in tẽporibus. Non ciuis syriæ:non libertinæ cõditionis.i.non seruus. Nam e syria serui ueniebant uenales. Ve parthiæ: notat libertos sui temporis: qui e libertina conditione fiebant eqtes. Catastis cappadocis: e cappadocia mittebantur serui. De plebe remi:romanus & natus romæ. Cucullo:ueste ueneti coloris. Meuius item ut scribunt:qui tradiderunt de psonis horatianis tãtæ fuit gulæ ut ingens p̃rimoniũ absumpserit calendis Ianu.dãnauerit in capitolio se optare quadringẽta milia æris alieni: causam quærẽti respondit:quoniam octĩgenta haberet: sed hic pro poeta accipitur.

Equius: In Carũ medicũ:qui imperitia multos necauerat: nuper autẽ mortuus ẽ febre.Dolet poeta eum esse extinctũ tam cito:cũ fuisset diu cruciãdus:qđ poterat fieri si saltẽ fuisset quartana. Fecit nefas:qđ eum extixerit tã cito.

Bis: Aemilius Macer poeta fuit ueronẽsis:q Augusti tẽporibus ĩ asia mortuus ẽ:ut Eusebius scribit eodẽ noĩe Macer temporibus Domitiani rexit Hispaniã:nũc in dalmatiam mittebat:quẽ abeuntẽ poeta ĩ hispaniã rediturus hoc epigrãmate ꝓsequit.alibi de mĩstrata hispania:Non ignorat onus q scit succedere Macro. Salonæ:op.dalmataꝶ & emporiũ ad littus.dalmatæ aũt.l.oppida habuisse dicunt:ex qbus Priamonẽ:Niniã: Sinotium:& nõnulla præterea Augu.deleuit:auctores sũt Strabo & Appia. Littoreas salonas.i.ĩ dalmatiã Potestas:hoc est oĩs magistratus quo fungeris. Pauperior laus:hoc ẽ ex tuis magistratibus redis pauperior. Terræ auriferæ.i.dalmatiæ ferẽtis auꝶ: ũde metallũ dalmaticũ auꝶ dr̃.Papi.robora dalmatico lucẽt satiata metallo.Sinu uacuo.i.nihil furatũ aut populatũ:

Sed uisa ẽst nobis hæc quoque summa grauis.
Sportulla nos iunxit quadrantibus arida centum:
Hanc uoluit puero: diximus esse datam.
Inferius nunquid potuit descendere fecit:
Dat gratis ultro. dat mihi galla nego.

De Meuio.

Hoc fortuna tibi uidetur æquum:
Ciuis non syriæ ue parthiæ ue
Nec de capadocis eques catastis:
Sed de plebe remi numæque uerna.
Iocundus. probus. innocens. amicus.
Lingua doctus utraque: cuius unum est:
Sed magnum uitium. quod est poeta.
Pullo meuius alget in cucullo:
Cocco mulio fulget incitatus.

De caro medico.

Nequius a caro nihil unquam maxime factum est:
Quam quod febre perit: fecit & ille nefas.
Sæua nocens febris saltem quartana fuisset.
Seruari medico debuit illa suo.

Ad Macrum.

Ibis littoreas macer salonas
Ibit rara fides amorque recti.
Et secum comitem trahet pudorem:
Semper pauperior redit potestas.
Felix auriferæ colone terræ.
Rectorem uacuo sinu remittes:
Optabisque moras: & exeuntem.

Vdo gaudio lachrimosa lætitia. Petemus celtas:& hiberos:id est ibimus bylbili celti beriæ. Minor Catullo:alludit ad Marcum ueronensem:qui Catullo populari suo fauebat: Sic sim tibi:id est sic ego cedam uni Catullo tuo iudicio.

D lapidem:Fabula uulgari uanitatem Otacilii pauperis contendentis cũ Torquato diuite rerum omniũ magnificentia deridet:uaticinaturque fore ut ita rumpat Otacilius uolens æquari Torquato:quéadmodũ rana dirupta est:cũ uocem bouis uellet emittere.

Vdo dalmata gaudio sequeris.
Nos celtas macer & truces iberos:
Cum desiderio tui petemus.
Sed quæcunque tamen feretur illic:
Piscosi calamo tagi notata.
Macrum pagina nostra nominabit.
Sic inter ueteres legar poetas.
Nec multos mihi præferas priores:
Vno sed tibi sim minor catullo.

De Torquato & Otacilio.

Ad lapidem torquatus habet prætoria quartum:
Ad quartum breue rus emit otacilius.
Torquatus nitidas uario de marmore thermas:
Extruxit:cucumam fecit otacilius.
Disposuit daphnona suo torquatus in agro
Castaneas centum:seuit otacilius.
Consul torquatus:uici fuit ille magister:
Nec minor in tanto uisus honore sibi.
Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim?
Sic puto torquatus rumpet otacilium.

De Heroe.

Plorat heros quotiens maculosæ pocula myrræ?
Inspicit:aut pueros nobilius ue citrum.
Et gemitus imo promit de pe ctore:quod non
Tota miser cœnat:septa feratque domum.
Quam multi faciunt quod heros:sed lumine sicco:
Pars maior lachrymas ridet:& intus habet.

De Phyllide.

Cum duo uenissent ad phyllida mane fututum:
Et nudam cuperet sumere uterque prior.
Promisit pariter se'phyllis utrique daturam:
Et dedit:ille pedem sustulit:hic tunicam.

Cucumã: appellat cucumã fornaculã exiguã uix cucumã uas excedenté Daphnona.i.nemus laurorũ: ut platanona supra dixit nemus platanorũ.multa aũt erãt laureta in urbe ut scribit Plini.omniũ nobilissimum in Auentino: & celeberrimũ in uia flamia ad octauũ lapidem ĩ uilla Cæsarũ:quæ ad gallinas dicebať: ex quo laureto triũphãtes coronabãť & ramum manu gestabãt.

Lorat: In Herotem eodẽ argumento quo supra scripsit in Mamurrã: cupienté ornatissimã supellectilẽ emere: cũ pecunia careret.supra In septis Mamurra diu multũque uagatus: & sub eodẽ noie alios itẽ notat idẽ cupiẽtes Myrræ maculosæ:maculis distinctæ: nam myrra hũor condensatus q ducebať ĩ uasa maculis distĩcta & magni precii:unde myrrina pocula. Citrũ:mensã citriã. Tota septa:qcqd uẽdiť ĩ septis. alibi: In septis Mamurra diu multũque uagatus.

Vm:Phillis nomẽ lenæ ẽ apđ Properti. hic meretricis ĩ quã iocať recenti facto: Nã cũ duo piter ad eã uenissẽt & uter prior futueret disceptarẽt pmisit se daturã utrique pariter & dedit: nã utraque pte ẽ occupata.ego potius ĩtelligo iocũ eẽ ĩ uerbo sustulit nã sustulit significat ĩ altũ tulit: sustulit itẽ surripuit:alter igiť surripuit tunicã:alter potitus ẽ coitu: & ita utrique dedit alteri coitũ & alteri tunicã. Sustulit pedẽ.i.eã compressit:alibi de ea quæ futuereť: Tollũturque pedes o medicina grauis.

I Quid: Gallum rogat ne exigat a se operam togatam: hoc est ne uelit se comitē cum ea in re magnam faciat iacturam ocii: & Gallus nullam capiat utilitatem. Cruces ingenuas: ad differentiam cruci seruorum: nam cum ingenui simus: uidemur tolli in crucem: quemadmodum crux est supplicium serui: ita hic labor est crux nobilium. Vanos: nullam afferentes utilitatem. Nocent: quia facio ocii iacturam.

Aros: Eodem argumēto supra scribit in senem: qui admotis temporibus capillis medio caluitio: Gerio uidebatur: hoc est habere tria capita: Nūc notat Marinum eadē accusatione: qui cum omnia fecerit: tamen caluitio proditur.

Hinc & hinc: utroque latere capitis. Redeunt: ex caluitio. Redduntur sibi: in locum suum: Cyris: id est nodis grandibus Almyrotem: Almyrotes significat Marinum: iocatur igitur: aitque capillis redeuntibus ad tempora Almyrotem: hoc est Marinum uideri sedere iter duos comatos. Caluitium: comparat Marino seni: tēpora comata Splendophoro: & Theophoro pueris comatis: & elegātibus: quorum utriusque meminit Martialis. Caluo comato: id est sene: qui uelit uideri comatus: quū caluus sit.

Ad Gallum.

Si quid nostra tuis adicit uexatio rebus:
  Mane uel a media nocte togatus ero.
Stridentesque feram flatus aquilonis iniqui:
  Et patiar nymbos: excipiamque niues.
Sed si non fias quadrante beatior uno:
  Per gemitus nostros ingenuasque cruces.
Parce præcor lasso: uanosque remitte labores:
  Qui tibi non prosunt: & mihi galle nocent.

Ad Marinum.

Raros colligis hinc & hinc capillos
Et latum nitide marine caluæ
Campum temporibus tegis comatis:
Sed moti redeunt iubente uento.
Redduntur que sibi: caputque nudum
Cirris grandibus hinc & inde cingunt.
Inter splendophorum theophorumque:
Cide stare putabis hermerotem.
Vis tu simplicius senem fateri:
Vt tandem uidearis unus esse
Caluo turpius est nihil comato.

De Ladonte nauta.

Iam senior ladon tyberinæ nauta carinæ:
  Proxima dilectis rura parauit aquis.
Quæ cum sæpe uagus premeret torrentibus undis:
  Tybris & hiberno rumperet arua lacu.
Emeritam puppim ripa quæ stabat in alta:
  Impleuit saxis opposuitque uadis.
Sic nimias auertit aquas quis credere posset:
  Auxilium domino mersa carina tulit.

Am: Ladon fluuius est in arcadia ut alii scribunt ī thessalia pater Daphnes: ut cecinit Papinius: ut alii filiam Penei scribūt: hic nauta est: qui paratis hortis iuxta thyberim nauim mersam apposuit aduersus inundationes fluuii: Vnde opem tulit suo fundo: ea naui mersa quæ antequā mergeretur nihil faciebat lucri: in hoc iocatur poeta. Carinæ tyberinæ: quæ uelaturam faciebat in tyberi. Vagus: inundans. Emeritam: quæ iam cessabat in ripa. Vadis: id est inundationi fluuii. Auxilium: quia iugera seruauit.

Emo: Laurus pila optime lusit dum iuuenis esset factus senex pauper uidebat. Prima pila: lacerata ueste. primæ pilæ dicebant effigies laneæ: quæ in compitis suspendebant: ut supra dictũ est: primæ dictæ ut placet: quoniá in prícipio & capitibus uiarũ pẽdebát: his addebant uestes lacerata. Caluit: incensus fuit. Pilæ: lusoriæ. Prima pila: hoc est uidetur illa prima effigies lanea: quæ appendebatur in compitis adeo laceratas habet uestes.

De Lauro.

Nemo noua caluit sic inflammatus amica:
Flagrauit quanto laurus amore pilæ.
Sed qui primus erat lusor dum floruit ætas:
Nunc postquam desit ludere: prima pila est.

De Afro.

Miraris quare dormitum non eat afer:
Accumbat cum qua ceciliane uides.

De natali Restituti.

Octobres age sentiat calendas
Facundi pia roma restituti
Linguis omnibus & fauete uotis.
Natalem colimus: tacete lites
Absit cæreus aridi clientis:
Et uani triplices breuesque mappæ.
Expectent gelidi iocos decembris.
Certent muneribus beatiores:
Agrippe tumidus negotiator.
Cadmi municipes ferat lacernas
Pugnorum reus ebriæque noctis
Cœnatoria mittat aduocato.
Infamata uirum puella uicit.
Veros sardonicas: sed ipsa tradat.

Miraris: Afer ob deformitaté uxoris nocté ducebat insomné qđ cum ob aliam causam uideret facere: poeta indicat uerá rationem: Cum qua: q̃si diceret cum deformi.

Octobres: Natalem restituti patroni celebrat hoc carmine: ad hũc scribit Plinius in epistolis Cum autem diem natalẽ celebranti munera mitti soleát: optat Martialis ut amplissima munera mittantur Restituto: non parua & exigui precii: qualia í saturnalibus ei afferebát a clientibus tanquam patrono: nam clientes munera patronis afferebant: ut Macrobius tradit. Pia: studiosa sacrorum. Kalendas octobres: quæ sunt dies natalis restituti causi dici. Fauete linguis: id ẽ silete: ut Macrobius interpretatur in Virgilio. Cærei: mittebantur in saturnalibus non satis explorata causa monumentis antiquorum. Alii ení scribunt missos fuisse ut satisfieret oraculo quod iusserat τα φωτα dari Saturno: φωσ autem significat lumen & uirum: & alii huius institutionem referũt ad publicum tribunum plebis: qui cum patroni grauiora munera exigerent a clientibus: iussit ut cærei tantum mitterentur ditioribus: Aridi: id est pauperis. Triplices tabellæ: quæ habent tria folia. Iocos decembris. saturnalia: nunc calẽdis natalibus Restituti. Agrippa: dr̃ quicũque in pedes nascit̃ quod mali ominis est: ut Nonius Plinius Solinus scribunt. Hoc nomine fuit rex qui tenuit Iudæam palæstinam ut ex historia Iosephi percipi licet. Tumidus negociator: hoc est epitheton syrorum: nam syri tumidi dicuntur: inde ueni in hanc opinionem: quod supra dixit Iuro per syrios tibi tumores ita esse intelligendum: Hoc est iuro per sacra Isidis syriæ: Nam sanctissimum erat iusiurandum per Isidem: ut supra: Nec per Niliacæ bouem iuuencæ: Et per sistrum Isidis ille iurat apud Iuuenalem. Cœnatoria: dicebantur uestes: quibus intercœnandum utebantur: propterea ita loquuntur in distichis: Nec fora sunt nobis: nec sunt uadimonia nota. Hoc opus est pictis accubuisse toris. Reus pugnorum: id est ebrius qui aliquem nocturno tempore pulsauerat: Nam ebrii olim Romæ occurrentibus pugnos inferebant: ut illud Iuuenalis: Aut dic aut accipe calcem. Infamata: accusata adulterii.

Senex: alter Euctus.

Mirator ueterum senex auorum.
Donet phidiaci thoreuma cæli.
Venator leporem colonus hædum:
Piscator ferat æquorum rapinas.
Si mittit sua quisque: quid poetam
Missurum tibi restitute credis?

Omnes: In Cottam furem: qui cũ alii alia officia diuitibus præstarẽt ipse loculos tantum uolebat gestare: & tales: sed ut furaretur aliquid: Valde inquit poeta officiosus est Cotta: qui loculos tãtum prætorum uelit gestare.

Officiosus: ironia: quia ipsi tantum tibi seruis nõ alteri officium præstas: & alludit ad officia ipsa: id est magistratus: quorum fiscum gerebat.

Ad Cottam.

Omnes persequeris prætorum cotta locellos:
Accipis & ceras: officiosus homo es.

De statua Iunonis.

Iuno labor policlete tuus & gloria felix:
Phidiacæ cuperent quam meruisse manus.
Ore nitet tanto: quanto superasset in ida:
Iudice conuinctas non dubitante deas.
Iunonem polyclete suam nisi frater amaret:
Iunonem poterat frater amare tuam.

Vno labor: Laudat effigiem Iunoĩs sculptam a Polycleto: quãuis hanc imaginem non reperiam inter Polycleti antiqui opera: cuius duo pueri talis ludentes nudi: qui Astragalizontes dicebãtur in Titi imperatoris æde erant: & Hercules Antæum suspendens a tellure: & alia præterea opera: sed de altero Polycleto loquitur Deas: Mineruam & Venerem.

In Ligellam.

Quid uellis uetulum ligella cunnum?
Quid busti cineres tui lacessis?
Tales munditiæ decent puellas.
Nam tu iam nec anus potes uideri.
Istud crede mihi ligella: belle:
Non mater facit hectoris: sed uxor.
Erras si tibi cunnus hic uidetur
Ad quem mentula pertinere desit.
Quare si pudor est: ligella noli:
Barbam uellere mortuo leoni.

Quid Vellis: Expilas: lacessis: prouocas. Cineres: ita appellat cunnum. Mater: Heccuba. Leoni mortuo: a fœtore oris: qui similis est cunno: Vel quod placet prouerbium ẽ: cum uolumus aliquem excitare: qui moueri non potest.

De Almone.

Omnes eunuchos habet almo: nec arrigit ipse:
Et queritur: pariat quod sua polla nihil.

Ad Marium.

Mari quietæ cultor & comes uitæ:
Quo ciue prisca gloriatur atina:
Has tibi gemellas barbari decus luci
Commendo pinus: ilicesque faunorum:
Et semidocta uillici manu structas:
Tonantis aras horridique siluani:
Quas tinxit agni sæpe sanguis & hædi:

Ari: Discessurus ĩ Hispaniam commẽdat rus & domum Mario amico. Atina: oppidum Latii iuxta pontinas paludes ei usdem nominis in Boetia. Tonantis: Iouis. habebat in hortis aram Iouis & Siluani: cui pinus est dedi cata: & fructus Cybeli.

Dominam uirginem: id est Dianam. Matrem principem: quoniam calendis martiis sū natus. Nemus floræ: omnes nymphæ fugiunt Priapum.

I prior: Flauius Clemens patruelis fuit Domitiani: hic alter Clemens est coniunx Atestinæ Sabinæ: cui carmina mittit. Regio helicaonis: dicitur regio patauina. Inepte igitur hunc locum deprauarunt & imprudenter scripserunt heliconis pro helicaonis: qđ ne facerent potuerunt admoneri disticho: ubi Ianæ patauinæ ita loquuntur: Nos helicaonia de regione sumus: quare dicta sit helicaoia illic dicemus.

Dominamque sancti uirginem deam templi.
Et quem sororis hospitem uides castæ
Martem mearum principem calendarum.
Et delicatæ laureum nemus floræ:
In quo t priapo persequente confugit.
Hoc omne agelli mite paruuli numen
Seu tu cruore siue ture placabis:
Vbicunque noster martialis est dices.
Hæc ecce mecum dextera litat uobis:
Absens sacerdos: uos putate præsentem:
Et date duobus: quicquid alter optarit.

Ad Clementem.

Si prior euganeas clemens helyconis in oras:
P ictaque pampineis uideris arua iugis.
P erfer atestinæ nondum uulgata sabinæ:
C armina purpurea sed modo suta toga.
Vt rosa delectat metitur quæ pollice primo:
Sic noua nec mento sordida charta iuuat.

Munusculum pomorum.

Non mea massilus seruat pomaria serpens:
Regius alcinoi nec mihi seruit ager.
Sed nomentana securus germinat hortus:
Arbore: nec furem plumbea mala timent.
Hæc igitur: media quæ sunt mihi nata suburra:
Mittimus autū̄ni cærea poma mei.

Ad Gallam.

Infantem tibi uir iam galla remisit adultum:
Hic puto non dubie se futuisse neget.

Ad Auitum.

Sæpe loquār nimium gentes quod auite remotas
Miraris latia factus in urbe senex.

Si tu prior āte me: nam ego cogito illuc: Euganei populi sunt dicti a nobilitate: nam nobilioribus Herculis sociis duxerunt genus quasi euganei: unde Plinius auctor. Picta arua: id est uineta patauina. Suta tecta. Charta noua: nondum edita.

Nec sordida mento: id est nondum barbata: ut ī distichis exponemus & supra diximus.

On: Mittit amico poma non nata in agro suo nomentano: sed nata in suburra: hoc est empta. nam & supra dixit. Quicquid alteri ager dat sibi nasci in media suburra. Serpens massilus: id est hesperidum qui seruabat poma aurea hesperidum. Alcynous: rex phæacum habuit pulcherrimum agrū. Germinat: producit mihi fructus. Mala plumbea: nullius precii: alludit ad aurea mala.

Nfantem: Ludens ostendit Gallam esse fellatricem: Quod supra dixit: Non fellat tāti Galla: Quid ergo? tacet: natū enim infantem & maritus negauit esse suum: & adulter: ait poeta cum maritus & adulter negent filiū natum suum esse: aperte negant se futuisse: quasi. d. Irrumarunt te fellantem: Futuisse: sed irrumasse.

Aepe: Laudat ocium patriæ suæ ubi poterit uiuere puo precio: quo Romæ non potest. stultū igitur est colere diuites: cum locus possit tibi suppeditare id quod ipsi non dant. Auitus mirabatur quare uellet reuerti in patriam cum fuerit Romæ. xxxiiii.

Sitia: hiſpaniæ eſt: Ptolemeus ſcribit iuxta Alauonam Beatum: me uideri diuitem.
Luxuriantur: poſſunt afferre luxum. Paſcitur ager: ut ſupra paſcimus iugera. Paſcitur: ſubſtentatur. Maligno: quia emunt̃ ligna. Conturbator: ut dixit conturbator aper qui multa requirit: & ſollicitudinẽ & curam. Quattuor autumnis: id ē quattuor annis.
Vm: locus eſt in felicitatem ſuam: ꝗ ſcriptus hæres a moriente: cuius funus curabatur: cauſam conualeſcendi dederit: nam ille liberatus eſt a morbo. Papyrus adhibebatur rogo mortuorũ: ut arderet facilius: quod docuerunt ægyptii: q papyro ad ignẽ utunt̃: ut ſcribunt Plin. & Strabo. odores itẽ ſpargebant̃: ut myrrha: & caſia: & alia. Papinius: ſed quid ego exequias & ꝓdiga flã mis Dona loquar: mœſtoque ardentia funera luxu Quid cilicũ flores qd munera granis indi: Polinctores: dicebant̃ qui curabãt funus: ut Nonius ex Varronis & Plauti teſtimonio docet & Caſſius in annalibus polincere dixit procurare funus: Numa inquit conſtituit ut piſces q ſquãmoſi non eẽnt ni polincerent: patrimonia ad conuẽtus publicos: & collegia facilius emerent̃. Polinctore: ueſpillone. Veſpillo tamen dicitur q effert cadauer.

Ddat: Publius ægre ferebat miſtros pulchros inſpici a Mart. cõuiua: qua de re ſupra cõqueſtus ē in afrũ: hi inquit miniſtri non conueniũt tuis moribus nã ſi uolueris eos adeſſe: neceſſe ē iſpiciãt̃.
Vetus citrũ. i. mẽſam citriã. Præſta: fac adeſſe.
Hircoſi: male olentis.
Dolor: quo afficeris dũ ſpectantur miniſtri.

I romana: In imaginem Socratis: cuius grauitatem ſi os romanũ eſſet: non græcũ: ſimilem eẽ dicit ſeueritati: q̈ Iulius Ruffus in ſatyra ſcribẽda utitur. laus eſt igitur Iulii Ruffi: qui tã q̃ alter Socrates uitia carpat: cuius meminit Plinius in epiſtolis.
Romana: id eſt ſi romanus fuiſſet Socrates.

Auriferumque tagum ſitiam: patriumque ſalonem:
Et repetam ſaturæ ſordida rura caſæ.
Illa placet tellus: in qua res parua beatum:
Me facit: & tenues luxuriantur opes.
Paſcitur: hic ibi paſcit ager. tepet igne maligno:
Hic focus: ingenti lumine lucet ibi.
Hic precioſa fames conturbaturque macellus:
Menſa ibi diuitiis ruris operta ſui.
Quattuor hic æſtate togæ pluresue teruntur:
Autumnis ibi me quattuor una tegit.
I cole nunc reges: quicquid non præſtat amicus:
Cum præſtare tibi poſſit auite locus.

De Numa.

Dum leuis arſura ſtruitur libitina papyro:
Dum myrrham & caſiam flebilis uxor emit.
Iam ſcrobe: iam lecto: iam polinctore parato:
Hæredem ſcripſit me numa: conualuit.

In Publium.

Addat cum mihi cecubum miniſter
Ideo reſolutior cinædo.
Quo nec filia cultior: nec uxor
Nec mater tua: nec ſoror recumbit:
Vis ſpectem potius tuas lacernas
Et citrum uetus indicoſque dentes.
Suſpectus tibi me tamen recumbam
Præſta de grege ſordidaque uilla
Tonſos: horridulos: rudes puſilos
Hircoſi mihi filios ſubulci.
Perdet te pudor hic: habere publi
Mores non potes hos: & hos miniſtros.

De Figura Socratis.

Si romana forent hæc ſocratis ora fuiſſent:
Illius in ſatyris qualia ruffus habet.

In commiſcentem uerſus operi. M.

Quid ſtulte noſtris uerſibus tuos miſces?
Cum litigante quid tibi miſer libro?
Quid congregare cum leonibus uulpes
Aquiliſque ſimiles facere noctuas quæris?
Habeas licebit alterum pede ladæ:
Inepte fuſtra crure ligneo curres.

De Capitolino.

Elyſio redeat ſi forte remiſſus ab agro:
Ille ſuo felix cæſare galba uetus.
Qui capitolinum pariter galbamque iocantes:
Audierit: dicet ruſtice galba tace.

De Phileno.

Qua factus ratione ſit requiris
Qui nunquam futuit pater philenus:
Gaditanus auite dicat iſtud
Qui ſcribit nihil: & tamen poeta eſt:

Ad Bilbilatonos agros.

Municipes auguſta mihi quos bilbilis agri:
Monte creat rapidis quos ſalo cingit aquis.
Ec quid læta iuuat ueſtri uos gloria uatis?
Nam decus & nomen famaque ueſtra ſumus.
Nec ſua plus debet tenui uerona catullo:
Meque uelit dici non minus illa ſuum.
Quattuor acceſſit trigeſima meſſibus æſtas:
Vt ſine me cereri ruſtica liba datis.
Mœnia dum colimus dominæ pulcherrima romæ:
Mutauere meas itala regna comas.
Excipitis reducem placida ſi mente: uenimus:
Aſpera ſi geritis corda: redire licet.

Ad Librum.

I noſtro comes: i libelle flauo
Longum per mare ſed fauentis undæ:
Et curſu facili tuiſque uentis.
Hiſpanæ pete taraconis arces.
Illinc te rota tollet: & citatus

Vid: Noto argumēto conqueritur quendā poetā inſerere carmīa ſua uerſibus īeptis quos cōponebat: de quo ſupra ē conqueſtus in Fidentinū: ſed tamen eū non magis poſſe eſſe bonū poetā ait: q̄ poſſet currere ſi alteꝝ pedem ligneū hr̄et: alterū Ladæ uelociſſimi curſoris.
Quid tibi eſt? q̄d habes.
Litigante: quia meū carmē non conuenit tuis uerſibus. Lada: curſor Alexandri: qui pendētibus ueſtigiis uix harenam ſignabat. huius memīt Solinus & Catullus ueronenſis.

Lyſio: Laudat Capitolinum ſcurram: quem Galbæ anteponit: qui cæſarianis temporibus floruit notus carmine Iuue. Sī potes illa pati quæ nec ſarmentus īiquas Cæſaris ad menſas: nec uilis Galba tuliſſet. Suo Cæſare: Auguſto: quod placet. q̄uis nonnulli de Tiberio ſentiant.

Va: locus eſt in Philenum & Gaditanum quorum alter adulterio uxoris habebat filios: alter alieno carmine ſibi uendicato uolebat uideri poeta
Sit factus pater: id ē habeat filios.

Vnicipes: Reuerſurus ī patriam alloquitur populares ſuos: & quærit: an poſt. xxxiiii. quos in urbe conſumpſerat uelint ſe ī urbem accipere: & an humanitatem didicerīt qua cum carerent ipſe romam uenit. Municipes: populares. Tenui: uerſanti ī lyrico carmine. Ruſtica id eſt dum agitis uitam ruſticanam.

Noſtro: Dat libellū Flauo amico eunti ī patriam: & mandat ut ueteres ſodales ſalutet: & ſibi agrum Paret ad ocium. Taraconis: Taraco nobile oppidum ſine portu: & nobile uino.

Quinto essedo.i.quinta mansione. Tuum parentem.i.me qui te edidi. Iam timidus: similis locus est apud Iuuenalem. Vmbritii: dum a mulione uocaretur. Laxauit: aperuit emissis multis nauibus. Non moratur unus.i.omnes adsunt præter te: Vel non moratur unus id est unius expectatio non solet retinere nauim: quin discedat.

Vo quo libet ociose tendis: Exiturum undecimū librum alloquitur: quasi properantem in palatia: quo uiuo Domitiano solebat mitti: præfecto cubiculi Parthenio: qui poetæ carmina īperatori reddebat: eumque monet ut potius ad turbā ociosam se conferat occupato Parthenio supplicū libellis. Ociose: ocii idigens. Syndone non quottidiana: sed festa. Irreuolutus: non lectus: Non enim legeris. Vacat: impartitur ocium. Parthenius enim doctus erat: ut supra: nam quis ab aonio largius amne bibit? Manus minores: id est satis sit tibi si legeris a minoribus Parthenio. Porticus quirini: habebat enī iuxta porticū quirini: Quod supra dixit: Vicinosque tibi sancte quirine lares: Eo loco conueniebant homīes negociorum componendorū causa: & nonnunquā agebantur illic sponsalia. Vt Iuuenalis indicat: officiū cras primo sole mihi peragendum in ualle quirini tamē sequitur: Nubit amicus. Pompeius: porticus pompeiana: porticus europæ: & porticus argonautarum in campo martio. supra: Hinc si recessit porticum terit tēpli: An spatia carpit lentus argonautarū an delicatæ sole rursus europæ. Puella agenoris: porticus europæ. Dominus primæ carinæ: id ē Iason. Leuis: alludit ad argo: quæ dicta est a celeritate.

Altam bilbilin & tuum salonem
Quinto forsitan essedo uidebis.
Quid mandem tibi quæris: ut sodales
Paucos & ueteres: & ante brumas
Triginta mihi quattuorque uisas
Ipsa protinus a uia salutes.
Et nostrum admoneas subinde flauum
Iucundos mihi nec laboriosos
Secessus spacio paret salubri:
Qui pigrum faciant tuum parentem
Hæc sunt iam tumidus uocat magister
Castigatque moras: & aura portum
Laxauit melior: uale libelle
Nauem: scis puto: non moratur unus.

Epigrammaton Val. Martialis Liber. xi.

Quo tu quo liber ociose tendis
Cultus syndone non quottidiana:
Nunquid parthenium uidere tentas?
Vadas & redeas irreuolutus:
Libros non legit ille sed libellos.
Nec musis uacat: aut suis uacaret.
Et qui te satis extimas beatum
Contingunt tibi si manus minores.
Vicini pete porticum quirini:
Turbam non habet ociosiorem
Pompeius: uel agenoris puella:
Vel primæ dominus leuis carinæ.
Sunt illic duo tresue: qui reuoluant
Nostrarum tineas ineptiarum.

Sponſio:ſponſionem appellat depoſitionem pugnorum: Vter eſſet futurus uictor: An incitatus:an Scorpius:nam hi duo aurigæ omnium ſermone celebrantur:ſunt qui hoc ad ſponſalia referant:ſed non placet.

Riſte:Dimittit oēm frontis ſeueritatem:cantaturus carmen ſaturnalitiū ueteri licē- tia:principe Nerua. Dux:Catonis ſtoici. O filia: id eſt o cenſura. O faſtus perſo nati:id eſt o uos qui erigitis ſuperciliū & frontē tanq̄ perſonā:& laruā ſeueram ſumitis. quū alia frons leuis & mol lis ſubſit.

Ectores:Santra poe- ta fuit:qui grauitate cenſoria carmen ſcripſit: duris numeris:lepore nul lo complexus philoſopho rum dogmata:quorū etiā imagines coluit. Ediſci te:mandate memoriæ.

Nihil mihi uobiſcum ē: nolo uos lectores.

On: Auaritiam ſuo- rum temporum no- tat:ait enim ſe poſſe ſcri- bere grande carmen: ſi fa ta dediſſent alterum Me- cœnatem: quemadmodū Neruā alterum Auguſtū: conceſſerunt. Pypleis:di citur muſa: nam pyeria:o lympus: lebetrum: pypla: loca Thratiæ ſunt:quorū incolæ migrarunt in Par- naſſum:& hiſdem nomi- nibus loca dicarūt.auctor eſt Strabo:Eadem dicitur pyplea.Papinius: Licet en thea uates exupet pyplea ſitim. Vrbana ocia:id eſt homines urbani in ocio.

Teritur:uſu & lectione conſumitur. Geticis pru inis: nā illic in expeditiōe erat Traianus. Britannia albium dicebatur ab albis montibus:hoc nomē ſibi uſurpauit:cum reliquæ ī- ſulæ uicinæ britanniæ di cerētur: ut Plinius tradit formæ triangularis ex di- menſione Diodori.Domi torem non ſenſerunt:nec Bacchum:nec Herculem: neque ullum ante Cæſarem: Neſcit iſta:quia nihil pecuniæ mittunt. Auguſtum:id eſt Neruam alterum Auguſtum.

Acra: Optat felicitatem Neruæ & perpetuum imperium una cum ſenatu: primum rogat Veſtam: cuius ſacra ex Troia allata fuerunt ab Aenea:unde ignis ueſtalis dici- tur troicus a Papinio. Silius: Et uos uirginea lucentes ſemper in ara: Laomedonteæ troiana altaria flammæ. Heros Troiæ:id eſt Aeneas. Auro æterno:id eſt æterna auri imagine. Soror:O Iuno. Filia:o Minerua. Tota:quia ex ſolo capite eius nata eſt.

Sed cum ſponſio fabulæque laſſæ
De ſcorpo fuerint & incitato.

Ad Lectores.

Triſte ſupercilium durique ſeuera catonis
Frons & aratoris filia fabritii.
Et perſonati faſtus & regula morum
Quicquid & in tenebris non ſumus ite foras:
Clamant ecce mei io ſaturnalia uerſus:
Et licet & ſub te præſide nerua licet.

Ad Lectores.

Lectores tetrici ſalebroſum ediſcite ſanctram:
Nil mihi uobiſcum eſt: iſte liber meus eſt.

De ſuis libellis.

Non urbana mea tantum pipleide gaudent
Ocia: nec uacuis auribus iſta damus.
Sed meus in geticis ad martia ſigna pruinis:
A rigido teritur centurione liber.
Dicitur & noſtros cantare britannia uerſus:
Quid prodeſt: neſcit ſacculus iſta meus.
At quam uicturas poteramus pangere chartas:
Quantaque pieria prælia flare tuba.
Cum pia reddiderit auguſtum numina terris:
Et mecœnatem ſi mihi roma daret.

Precatur deos pro Nerua traiano.

Sacra lareſque phrygum quos troiæ maluit hæres:
Quam rapere arſuras laomedontis opes.
Scriptus es æterno nunc primum iupiter auro:
Et ſoror & ſummi filia tota patris.

Tertia nomina fastis purpureis: uel quia tribus annis regnauerit: quod non placet: Vel ad tria nomina Iani alludit: qui Ianus Patultius: & Clusius dicebatur: ut Ouidius ostēdit. magis placet distinguas: ut de consulatibus Neruæ intelligas: qui tertium iam agebat consulatum: quemadmodum Domitianus septimum consulatum gessit.

Anta: Neruā antiquis nominibus morū sanctimonia anteponit. O Cæsar: Nerua.

Sed Numa pauper erat: propterea minus in eo mirandū est ꝙ coluerit rectum. Non tradere .i. magnæ continē tiæ ē inter diuitias. Crœsos: diuites. Numá .i. esse conditiōīs Numæ & aī. Ingentia numía .i. q̄ sūt ī magna admiratione. Vacuare .i. educere ūbras ab elysiis. Camillus q̄ urbē defē dit a gallis ab exilio reuocatus quo fuerat missus: ꝗ prehēsis duabus portis æneis ut scribit Plutar. eius domi ex præda ueiētana: nr̄i exiliū illud ascribunt prædæ malæ diuisæ. Is secūdus Romulus ē appellatus: ꝙ ut ille cōdiderit: ita hic seruauerit urbē. Fabritius: missū aurū a Pyrrho repudiauit: īmortali aī continētia. Brutus: qui reges eiecit. Gaudebit: patiēt te eē īperatorē: qđ nō passus est sub Tarquinio. Sylla cruētus: nam ī bello supra .c. milia hominū deleuit auctore Appiano: nonagīta senatores .xv. cōsules: equestris dignitatis .ii. milia & sexcētos: dictaturā deposuit sponte quæ in eo erat īperiū: Corn. Isaurico & Claudio Pulchro cons. secessitque Puteolos ad ociū. Crassus: q̄ iuit in parthos ut cōueiat cū cæs. & Pōp. Cato ꝑpetuus hostis Cæs. Cato uticensis: ut Cæsar scribit in cōmenta. Erit cæsariáus .i. Cæsaris nr̄i studiosus: ut Iuliū Cæsarem odio habuit.

Et qui purpureis iam tertia nomina fastis:
Iane refers: neruæ uos precor ore pio.
Hunc omnes seruate ducem: seruate senatum:
Moribus hic uiuat principis ille suis.

In laudem Neruæ traiani.

Tanta tibi est recti reuerentia cæsar & æqui:
Quanta numæ fuerat: sed numa pauper erat.
Ardua res hæc est: opibus non tradere mores:
Et cum tot cresos uiceris esse numam.
Si redeant ueteres: ingentia nomina: patres:
Elysium liceat si uacuare nemus.
Te uolet inuictus pro libertate camillus:
Aurum fabritius te tribuente uolet.
Te duce gaudebit brutus tibi sylla cruentus
Imperium tradet cum positurus eris.
Et te priuato cum cæsare magnus amabit:
Donabit totas & tibi crassus opes.
Ipse quoque infernis reuocatus ditis ab umbris
Si cato reddatur: cæsarianus erit.

Ad Romam & Dindimum.

Vnctis falciferi senis diebus
Regnator quibus imperat fritillus
Versu ludere non laborioso
Permittis: puto pilleata roma
Risisti: licet ergo nec uetamur
Pallentes procul hinc abite curæ
Quicquid uenerit obuium loquamur.
Morosa sine cogitatione
Misce dimidios puer trientes.

Nctis: Saturnalitiū potū exercet: lusurus lasciuū carmē. O roma pileata: nā serui ī saturnalibus pilea sumebāt libertatē agētes qnque diebus. Pileata: libera. Versu non laborioso: sed facili & lasciuo. Diebus ūctis: rettulit ad cōmessatioēs & ebrietatē eoꝝ dieꝝ. Senis falciferi: saturni q̄ habet falcē. Fritillus: ludus aleæ. Regnator: qa īpune exercet. Fritillus: alueus: fimū: idē significant: ut Porphirio interpretat. Curæ pallētes: qbus hoīes pallēt. Morosa: difficili. Nolumus cogitar̄: an sit bene dictū. Dimidios: qa q̄ nolebāt iocari non poscebāt plenos triētes: sed dimidios: ut diutius eēnt ī iocis:

Pythagoras: maritus fuit Neronis: nã ei ex grege contaminatorum nupsit Nero: ut Tacitus scripsit: iusto ritu nuptiaꝝ celebrato. eundẽ Tranquillus appellat Doriphorũ. Polycletus sityonius Doriphoꝝ ære expressit uiriliter puerũ. Doriphori aũt dicebant̃ q hastas gestabant. Xv. poetæ. i. multa poemata cũ caluero mero. Catulliana: multa quot poposcit Catullus: da mihi basia mille: deinde. C. deinde. iiii. altera: da secunda centũ. Donabo passerẽ. i. scribã carmẽ in laudẽ tuã quale scripsit Catullus: qđ passer inscribit̃ ĩ amicæ consolationẽ quæ passerẽ amiserat: tãto ẽ maior passere catulli: q̃to etiã opus Stellæ de columba Violãtillæ amicæ: quod columba inscribitur.

Quales pythagoras dabat neroni
Misce dindime: sed frequentiores.
Possum nil ego sobrius: bibenti
Succurrunt mihi quindecim poetæ.
Da nunc basia: sed catulliana:
Quæ si tot fuerint: quot ille dixit:
Donabo tibi passerem catulli.

In Paulam.

Iam certe stupido non dices paula marito:
Ad mœcum quotiens longius ire uoles.
Cæsar in albanum iussit me mane uenire:
Cæsar circeos: iam stropha talis abit.
Penelope licet esse tibi sub principe nerua:
Sed prohibet scabies ingeniumque uetus.
Infelix quid ages: ægram simulabis amicam:
Hærebit dominæ uir comes ipse suæ.
Ibit & ad fratrem tecum matremque patremque:
Quas igitur fraudes ingeniosa paras?
Dicet & hicτericam se forsitan altera mœcha:
In sinuesano uelle sedere lacu.
Quanto tu melius: quotiens placet ire fututum:
Quam uerum mauis dicere paula uiro.

De basiis sui pueri.

Lassa quod externi spirant opobalsama drauci:
Vltima coricio quæ cadit aura croco.

Am certe: In Paulã mœchã: de q̃ supra: Comœdi tres sunt: sed amat tua paula luperce Quattuor. hæc tẽporibus Domitiani maritũ fallebat excusatiõe speciosa quotiẽs ad adulteriũ se cõferebat: nã modo dicebat se uelle ire in albanũ iussu Cæsaris: qui illic quinq̃tria celebrabat: mõ circeios nunc mortuo Domitiano & sublata oĩ excusatione sĩpliciter uiro fatebat̃ se uelle ire ad adulteriũ. Stupido: hebeti ĩprudẽti. Iã stropha talis abit stropha significat dolosã excusationẽ. supra: Nihil stropharũ eẽ iã salariũ dãdũ est. Pli. hic ego aliquã strophã inueniã. Abit: sublata ẽ. Licet tibi eẽ penelope. i. debes seruare pudicitiã. Scabies: pruritus tuæ libidĩs. Ingeniũ uetus. i. ĩueterata natura: ergo tuo ĩgenio es mœcha & nõ iussu ĩperatoris. Ingeniosa: quæ solebat uti stropha. Hicτericam: Hicτericus morbus est quẽ Celsus arcuatũ uocat siue regium. Regium autẽ ut ipse interpretat̃: quoniã luxurioso cubiculi apparatu: & regi æ magnificentiæ aspeτu curat̃. Lacu sinuessano: Sinuessana balnea: qbus Narcissus libertus Claudii morbo leuatus est: ut scribit Tacitus. multis morbis medebantur: ut auτor est Strabo.

Assa: Odorem basiorum pueri odoramentis omnibus anteponit. Balsamum iudeæ peculiare est: omniũque unguentorũ odorẽ superat. Opobalsamũ succus balsami eximiæ suauitatis: qui tã tenui gutta colligit̃: ut Alex. illic res gerẽte toto die uix concha ĩpleret̃. Opobalsama: unguẽta suauissima. Externi: nã mitylenæi pueri & ex toto oriẽte petiti ĩ precio erãt: & ipsa unguẽta fuer̃t externa: Exoticaque dicebãt̃: ut e Iulii Cæsaris & Licinii crassi ediτo apparet: q unguẽta exotica uẽdi ꝓhibuer̃t. Lassa: uel attritu: nã unguẽta attritu fragrãt: qđ placet: uel lapsa ꝓ labentia: nã opobalsama labunt̃. Crocus: ad coricum omnia superat: secundũ cilicũ: tertium centuripinum siciliæ: quartum phlegræum.

Poma quod hiberna maturescentia capsa:
Arbore quod uerna luxuriosus ager.
De palatinis dominæ quod serica prælis:
Succina uirginea quod regelata manu.
Amphora quod nigri: sed longe fracta falerni:
Quod qui sicanias detinet hortus apes.
Quod cosmi redolent alabastra focique deorum:
Quod modo diuitibus lapsa corona comis.
Singula quid dicam: non sunt satis omnia misce:
Hoc fragrant pueri basia mane mei.
Scire cupis nomen: nil præter basia dicam
Iuro tibi nimium scire sabine cupis.

De statua Memoris.

Clarus fronde iouis romani fama cothurni
Spirat apellea redditus arte memor.

De Turno.

Contulit ad satyras ingentia pectora turnus:
Cur non ad memoris carmina? frater erat.

Ad puerum suum.

Tolle puer calices: tepidique toreumata nili:
Et mihi secura pocula trade manu.
Trita patrum labris & tonso pura ministro
Antiquus mensis restituatur honor.
Te potare decet gemma, qui mentora frangis
In schaphium mœchæ sardanapallæ tuæ.

In Zoilum.

Ius tibi natorum uel septem zoile detur:
Dum matrem nemo det tibi: nemo patrem.

Capsa hyberna: quæ hyeme asseruanť. Præla: ioculi erant qbus compressæ uestes continebanť: supra eodē uerbo usus est: In numeris pellucent præla lacernis. Serica: uestes sericeæ: nā sericeis utebanť mulieres: quæ nascebanť in arboribus serum. Regelata: concalefacta: nā fragrant. supra: Quā nec pestis regelare: & Columella eodē utiť uerbo. Opes sicanias. i. mella hyblea. Alabastra: pixides unguentariæ. Alabastrites genus marmoris p lucidi: ut Plinius scribit Alabastrum ampulla unguentariæ: queādmodū onix: dures marmor & onix: ampulla marmorea. Comis diuitibus unguentatis. Oīa misce: quæ odorem mittūt: non solum singula superat odor basiorum: sed etiam omnia simul si propter basia uis scire nomen. Nimiū: alludit ad illud: quoniā non tātum uis scire: ut basia carpas sed etiā ut abutaris.

Larus: Memor & Turnus poetæ fueřt & fratres: quoꝝ memīt Sydonius: alter scripsit tragœdiā uel qđ magis placet heroicū carmē: alter satyrā. laudanť ergo imagīes utriusque pictæ in eadē tabella. Apellæa arte: excellētissimi pictoris. Fronde iouis corona querna: q̄ coronabanť poetæ heroici. Romāi cothurni. i. tragœdiæ qđ non placet: Vel fama romani cothurni. i. carminis heroici: qđ carmē surgit iu magnificentiā tragicā. Vnde Ilias Homeri tragœdia dicta ē ut Eustachius scribit: ob magnitudinē & cædes. Frater erat: laudať pietas Turni: q uoluit scribeř satyrā & abstinere carmīe heroico: cum posset eo eē clarus ne. s. frī Memori æmulus uidereť q carmē heroicum scribebat: ut legas p interrogationē & respondeas. Frater erat: id ē ne æmulus uideretur fratri.

Olle Sardanapallum non sine felle deridet: q ex gēmatis & aureis poculis scaphiū urinaꝝ conflauerat amīcæ: dignus īquit est q bibat gēmis. In scaphio gēmato: nam potabit lotiū. Tepidi nili. i. uasa crystallina: quæ ex ægypto afferebanť. infra: Cū tibi niliacus portet crystalla cataplus Toreumata: uasa. Secura manu: qa non timebis ne fraganť. Labris maiorum. i. usu. Antiquus honor: fictiliū uasoꝝ. Dignus es potare illo uase: quia potabis lotium.

Vs: In obscuros natales Zoili seruilis conditionis olim ius trium natorum petebat: cum ipsius parentes essent ignoti.

Visquis: Epitaphium est Paridis pantomimi: qui in aula Domitiani gratiosus erat: eius amore captam Domitiã uxorem Domitianus repudiauit eiusque discipulũ quoniã ꝑsimilis magistro uidebatur necauit. Teris flaminiam: id est quisquis ambulas ꝑ flami niã uiã. Ioci nili: id est ægyptii. Decus: dum uixit. Dolor: mortuus

Aeredes: In breuem colonum male colentem agrum: monet hæredes ne eum mortuum sepeliant: quoniam cum terra sepulta sit optanda leuis ipsi grauis est. quippe cuius cultum omnino aspernatus est. Grauis: molesta: non potest ferre terram.

Epi. Paridis.

Quisquis flammineam teris uiator:
Noli nobile præterire marmor
Vrbis delitiæ salesque nili.
Ars & gratia: lusus & uoluptas
Romani decus & dolor theatri:
Atque omnes ueteres cupidinesque
Hoc sunt condita quo paris sepulchro.

De Colono.

Hæredes nolite breuem sepelire colonum:
Nam terra est illi quantulacunque grauis.

De libro suo.

Sunt chartæ mihi quas catonis uxor:
Et quas horribiles legant sabinæ
Hic totus uolo rideat libellus.
Et sit nequior omnibus libellis.
Qui uino madeat: nec erubescat:
Pingui sordidus esse cosmiano.
Ludat cum pueris: amet puellas.
Nec per circuitus loquatur illam
Ex qua nascimur omnium parentem
Quam sanctus numa mentulam uocabat:
Versus hos tamen esse tu memento.
Saturnalicios apollinaris:
Mores non habet meus libellus.

Ad Lectores.

Qui grauis es nimium potes hinc iam lector abire:
Quo libet: urbanæ scripsimus ista togæ
Nam mea lampsacio lasciuit pagina uersu:
Et tartesiaca concrepat æra manu.
O quotiens rigida pulsabis pallia uena:
Sis grauior curio fabricioque licet.
Tu quoque nequitias nostri lususque libelli
Vda puella leges: sis patauina licet.

Vnt: Cantaturus saturnalitium carmen ꝓfitetur se cecinisse: quæ possint legi a pudicis: sed post hac lusurum licentia saturnalitia: monet tamẽ Apollinarem censorem: ne putet eosdem mores in esse poetæ: qui uidebũtur in carminibus: cum fateatur nullos iesse mores carmini suo. Sunt mihi chartæ: id ẽ iam edidi carmina. Cosmiano: unguento. Illam parentẽ: matrem mentulam. Saturnalitios: datos saturnalibus.

Vi grauis: Eodem argumento monet lectorem grauem: ut nunc discedat. Quo libet: quocunque uis. Togæ urbanæ: leuioribus personis nã togati sequebãtur diuites. Lampsatio: lampsacus olim Pithiusa dicebatur: non procul a priapi oppido: cuius regionẽ consuetudo Aduastiam appellauit: & eodem nomine Homerus: In eo tractu erant uites magna fertilitate: q̃ de causa illic colebantur a comitibus Bacchi sacra: & Priapus. Item Horneus suum illic cultum habebat. Vnde uersus lampsatius dicitur qualiter Priapus colitur: dicimus & lãpsacenum. Tartessiaca: hispana: Nam hispana lasciuia sonorum & tympanis reliquas antecellebat. supra.

Edere lasciuos ab bætica crusmata gestus. Licet sis patauina: licet sis pudica: quales fuerunt patauinæ: quarum pudorem testatur Plinius in epistola: cum scribit de muliere pudica: eam patauinis quoque mulieribus frugalitatis exemplum esse posse. Lucretia: pudica puella.

On: Dicit se edisse carmina: non modo quæ legenda sint noctu: sed etiam die. supra Tunc admitte iocos gressu metire licenti: Ad matutinum nostra thalia louem.

Erubuit posuitque meum lucretia librum:
Sed coram bruto: brute recede: leget.

Ad Sabinum.

Non omnis nostri nocturna est pagina libri:
Inuenies & quod mane sabine legas.

In Lupum.

Donasti lupe rus sub urbe nobis:
Sed rus est mihi maius in fenestra:
Rus hoc dicere rus potes uocare?
In quo ruta facit nemus dianæ
Argutæ tegit ala quod cicadæ:
Quod formica die comedit uno:
Clausæ cui folium rosæ corona est:
In quo non magis inuenitur hærba
Quam costi folium: piper ue crudum:
In qno nec cucumis iacere rectus
Nec serpens habitare tota possit.
Erucam male pascit hortus unam.
Consumpto moritur culex salicto.
Et talpa est mihi fossor atque arator:
Non boletus hiare non mariscæ
Ridere: aut uiolæ patere possunt.
Fines mus populatur & colono
Tanquam sus calidonius timetur:
Et sublata uolantis ungue prognes
In nido seges est hirundinino:
Et cum stet sine falce mentulaque
Non est dimidio locus priapo.
Vix implet cocleam peracta messis:
Et mustum nuce condimus picata:
Errasti lupe littera sed una.
Nam quo tempore prædium dedisti:
Mallem tu mihi prandium dedisses.

Onasti: Iocatur cũ Lupo amico: qui exiguum prædium donauerat: a quo mallet accepisse prandium. Maius in fenestra: nã plebs urbana in fenestris hortulos habebat: quod Plinius his uerbis testatur; Iam quoque in fenestris suis plebs urbana imaginem hortorum quotidiana oculis rura præbebant. Costi: qđ nascitur in India. nam costum radix est eximii odoris: foditurque in petale insula Gangetis. Piper crudum acre: Vel piper crudum: id est pendens de ipsa arbore & nondum torrefactum: primum appellatur longum: alterum album: tertium nigrum.

Eruca: qua caules eduntur. Culex: qui alitur salicetis. Talpa: fodit hortos: & facit cuniculum.

Est tota: collocatur: & consumitur in nido. Coclea: genus mensuræ exiguæ quæ tota uix opobalsamo implebatur: ut scribit Plinius indicans eẽ mẽsuram. Nuce picata: alludit ad uas picatum: Nã Cato docuit esse uasa picanda.

Aesaris Augusti: Totum est idem epigramma: sed duo tantum primi uersus & duo ultimi sunt Martialis: sex inserti Octauii Augusti. Augustus libellum epigrammaton edidit: quæ balnei tempore meditabatur: ex eo hoc recitatur epigramma a Martiale: ut ostendat lasciuiam carminis imperatori quoque Augusto placuisse in epigrãmate. Post primã simultatẽ cũ Antonio cum utriusque milites poscerent: ut necessitudĩe aliqua coniũgeretur: actum est ut Augustus duceret Claudiã filiam Fuluiæ uxoris Antonii: quã susceperat ex. P. Clodio priore uiro: eãintactã reliquit: orta simultate ĩter ipsum & Fuluiã socrũ: Simultatis causa non exponit a Trãqllo: docet Augustus hoc epigrãmate: ait. n. Fuluiã socrũ poposcisse ab eo coitũ in ultionẽ Antonii coniugis: q mimmã cytheridẽ amabat sed se id recusasse quoniã anus erat. Latia: nuda & apta. Glaphyrã: .i. mimmã cytheridẽ. Nã Glaphyrus nomẽ ẽ cytharœdi apud Iuue. de quo: Cytharœdus echion: aut Glaphyrus fiat pater: & apud Mart. Plauder̃ nec cano plaudere nec Glaphyro. apte igit̃ mimmã cytheridẽ appellat Glaphyram quã Antoniũ pdite amasse Plutarchus & Pli. testãt̃ & Ci. adõ ut iũctis currui leoĩbus eã p italiã circũtulerit: fecit demũ diuortiũ nihilque ut Cice. scribit egit hoẽstius ĩ uita Antonius q̃ ꝗ cũ mimma fecit diuortium. Fuluia: socrus mea. Signa canãt. i. pugnemus. Absoluis uersus. M. uerba sũt ĩ uersus Augusti

Ad Lectorem grauem.

Cæsaris augusti lasciuos liuide uersus
 Sex lege: qui tristis uerba latina legis.
Quod futuit glaphyram antonius: hanc mihi pœnã
 Fuluia constituit: se quoque uti futuam.
Fuluiam ego ut futuam: quid si me manius oret:
 Pædicem: faciam? non puto si sapiam.
Aut futue aut pugnemus ait: quid quod mihi uita:
 Carior est ipsa mentula: signa canant.
Absoluis lepidos nimirum auguste libellos:
 Qui scis: romana simplicitate loqui.

In Gallam.

Quæris cur nolim te ducere galla? diserta es:
 Sæpe solœcismum mentula nostra facit.

In Lydiam.

Lydia tam laxa est equitis quam culus aheni:
 Quam celer arguto qui sonat ære trochus.
Quam rota transmisso: totiens impacta petauro
 Quam uetus a crassa calceus udus aqua.
Quam quæ rara uagos expectant retia turdos:
 Quam pompeiano uela negata noto.

Væris: Notantur mulieres a Iuuenale: ꝗ litterarum censura usque eo processerint: ut etiã doctissimos rhetoras in contentionem uocaret: ut Iuuenalis: Celso dictare paratæ. Galla eo genere erat quã poeta deridet: ait enim se eam nolle ducere uxorem: quoniã eius mentula faciat sæpe solœcismum: quem ipsa diserta castigaret: hoc est non legitime semper coit: alludit ad litteras & ad coitum illegitimum.

Ydia: Lassi hoĩes fessi dicunt̃: lassæ itẽ res dicunt̃ attritæ: ĩ Lydiã est epigramma: cuius lassitatẽ & deridet & detestat̃ ea offensus proximo coitu. Equitis aheni: alii referunt ad militẽ armatũ qđ non placet: alii quod sentio ad instrumentũ illud quo uas in igne sustentat̃. Nã eques non modo apud antiquos sessorẽ sed & equũ significabat: cuius uice fũgi uidet̃ tripos: cũ sustineat ahenũ. Lydia. i. femur lydiæ. Trochus: significat rotã ĩ cuius similitudinẽ factũ ferrũ nũc admittit pilas ligneas. de ea rota loquit̃. Celer: qa celeritate uertit̃: ut ĩ disticho: Iste trochus pueris at mihi cãtus erit. Petaurus: dicebat̃ q corpus emittebat p circulos. Idẽ petaurista appellat̃ a petane qđ significat uolo: auctor est & Marcellus: Firmus ĩ astronomico. Petauro trãsmisso. i. dum petaurus trãsmittit corpus. Crassa aq̃: cenosa. Noto põpeião: nõ dicas q̃ ãplius non sũt utilia theatro põpeião: ꝗ uelis tegebat̃: nã uela dicũt̃ negata uẽtis: q̃ndo non surgẽtia ĩ altũ eos excipiũt sed iacẽt: queãdmodũ tegẽtia theatrũ. eodem epitheto usus ẽ supra: Et rapiant celeres uela negata noti.

Armilla: sinistrarum ornamentum. Delphitico: quales delphi mittunt. Leuconicum: genus lanæ: quo culcitræ farciebãtur. Bracha: erat genus uestis qua Britanni utebãtur: auctor est Diodorus. Onocrotallus: auis simillima cygno: a quo non distingueretur: nisi eis faucibus inesset alterius uentris similitudo. quicquid eni comedit in fauces congerit: diuque continet: cũ tamen sint miræ capacitatis: ut auctor est Plinius.

Ollia: Conqueritur ꝙ quidam non modo pædicet puerum: sed etiam eius inguina tractet ĩter opus: quibus sollicitandis efficit: ut cito pueri uiri fiant. Galesi: pueri. Duro ore: barbato mento. Præcipitant: ante tẽpus. Inde: ex hoc. Placet: quia non audet prodire in lucem. Vna puellis: anterior: uiris posterior. Tua parte: posteriore tibi concessa.

Vbere: Syllam prouocãtem poetam ad nuptias aspernatur: quoniã non speret se habiturum uxorem quæ possit perferre mores suos: quos exponit. Nulla non lege: omni conditione. Instaret: prouocaret: ut se acciperẽ in uxorem. Mihi: non alteri. Siue erit tuus: id est eunuchus & spado.

Vm: Noto argumento rogat Labullum: ne operam togatam a se exigat: cum magnam faciat ocii & carminis iacturam: & poema amittat sequens cœnam.

Quam quæ delphytico lapsa est armilla cinædo:
Culcitra lingonio quam uiduata suo.
Quam ueteres bracchæ britonis pauperis: & quãm
Turpe rauennatis guttur onocrotali.
Hanc in piscina dicor futuisse marina:
Nescio: piscinam me futuisse puto.

In Pædiconem masturbantem.

Mollia quod niuei duro teris ore galesi
Basia: quod nudo cum ganymede iaces.
Quis negat hoc nimium: sed sit satis: iguina saltem
Parce fututrici sollicitare manu.
Læuibus in pueris plus hæc: quam mentula peccat:
Et faciunt digiti præcipitantque uirum.
Inde tragus celeresque pili mirandaque matri
Barba: nec in clara balnea luce placent:
Diuisit natura mares: pars una puellis:
Vna uiris genita est: utere parte tua.

In Syllam.

Nubere sylla mihi nulla non lege parata est:
Sed syllam nulla ducere lege uolo.
Cum tamen instaret: decies mihi dotis in auro:
Sponsa dabis dixi. quid minus esse potest?
Nec futuam quamuis prima te nocte maritus:
Communis tecum nec mihi lectus erit.
Complectarque meam: nec tu prohibebis amicam:
Ancillam mittes sed mihi iussa tuam.
Te spectante dabit nobis lasciua minister
Basia: siue meus siue erit ille tuus.
Ad cœnam uenies: sed sic diuisa recumbes:
Vt non tangantur pallia nostra tuis.
Oscula rara dabis nobis: & non dabis ultro:
Nec quasi nupta dabis sed quasi mater anus.
Si potes ista pati si nil perferre recusas:
Inuenies qui te ducere sylla uelit.

Ad Labullum.

Dum te prosequor & domum reduco:
Aurem dum tibi præsto garrienti.
Et quicquid loqueris facisque laudo.

Quot uersus poterant labulle nasci.
Hoc damnum tibi non uidetur esse
Si quod roma legit: requirit hospes
Non deridet eques: tenet senator.
Laudat causidicus: poeta carpit.
Propter te perit: hoc labulle uerum est
Hoc quisquam ferat: ut tibi tuorum
Sit maior numerus togulatorum.
Librorum mihi sit minor meorum.
Triginta prope iam diebus una est
Nobis pagina uix peracta. sic est
Cum cœnare domi non uult poeta.

Ad Thelesphorum.

O mihi grata quies o blanda thelesphore cura:
Qualis in amplexu non fuit ante meo.
Basia da nobis uetulo puer uda falerno:
Pocula da labris facta minora tuis.
Addideris super hæc ueneris si gaudia uera
Esse negem melius cum ganymede ioui.

In Linum.

Illa salax nimium: nec paucis nota puellis:
Stare lino desit mentula lingua caue.

Ad Flaccum.

Ferreus es si stare potest tibi mentulla flacce:
Cum te sex cyathos rogat amica dari.
Vel duo frusta rogat cybili: tenuem ue lacertum:
Nec dignam toto se botryone putat.
Cui portat gaudens ancilla paropside rubra:
Alecem: sed quam protinus illa uoret.
Aut cum perfricuit frontem: posuitque pudorem:
Succida palliolo uellera quinque petit.
At mea me libram foliati poscat amica:
Aut uirides gemmas: sardonycas ue pares.
Nec nisi prima uelit de tusco serica uico:
Aut centum aureolos: sic uelut æra: roget.
Nunc tu uelle putas hæc me dare dona puellæ:
Nolo: sed his ut sit digna puella uolo.

Nasci: id est componi a me. Persequor: dum sequor te. Præsto: accommodo. Damnum: quod carmina non scribam.

Poeta carpit: notat mores poetarum: qui aliena carmina carpunt: quibus quoniam bona inuident. placet magis ut carpit ex r ponas frequenter capit: & suffuratur. Sic: hoc pacto dum prosequor te: & capto cœnam.

Mihi: Thelesphorū puerū nil præter amplexum permittentē alloquitur inter brachia. O blanda cura: o amor. Vda falerno: id est basia sine cura.

Lla: Vaticinat Linū cum fuerit salacissimus fututor fore cunnilingum: quoniam desiit arrigere. Sagax: luxuriosa.

Caue lingua: quia erit cunnilingus: & te īseret femoribus.

Erreus: Flacū ancillā & paruo prostrantem precio amantem deridet: fieri enim nō posse putat ut quæ paruum exigit precium sit iocundi coitus.

Orat: pro coitu. Garū liquamen ex garo pisce. Cibium significat concisam pelamidem: ut Plinius de genere thynni. Botrione: botrion liquamis genus salsi: inde botellus genus farcimis. Gaudēs: tanq̄ putet rem magnam.

Perfricuit: dicuntur perfricuisse frontē qui deposuere pudorem. Plinius ī procemio naturalis historiæ: Perfricui frontem: & nihil profeci. Foliatum: dicebatur unguentum qđ item dicebatur nardinū: & erat magni precii. De tusco uico: nam in uico tusco uestium bombicinarū textura commēdabatur.

Anguida: Philix nutrix fuit Domitiani: eadẽ anus lena: ſub quo noĩe nũc deridet mulier quæ deformis & anus inguina poetæ ſolicitabat: cũ excitari non poſſent: docet quo pacto poſſit arrigere. Iugulor. i. pollice: qa cadit mẽtula. Vix. x. horis: adeo cadit mens.

S. In Zoilum fellatorem: quem ſæpe ſupra nominauit hoc nomine: ut ſupra: Nec te uindicare poſſumus: fellat: hic conquerebatur os cauſidicorum & poetarũ male olere: cum referret hoc ut puto ad male dicta. Reſpondet poeta peius olere fellatori notãs hominis turpitudinẽ: quaſi male olere aliter ipſe accepiſſet.

Nuaſit: Iocat ambiguitate uerbi præcido: nã & ĩcidere ſignificat & frangere podicẽ: alterũ tractum eſt a cædo: alterũ a præciſo inteſtino: medicus inquit phreneticus inuaſit Hilã ſicca & eũ præcidit: cũ uideat dicere uulnerauit: intelligit pædicauit: ꝓpterea ſubdit: medicus nõ phreneticus ſed ſanus qui tã bonũ cepit conſiliũ. Sicca: gladius eſt latronis: unde ſiccarii dicti ſunt: ſicca itẽ numerat inter ferramẽta chirurgica.

Treus: Cecilium deridet: q amicos accipiebat uarietate ciborũ: q oẽs confecti erãt ex cucurbita & cũ uarias epulas uideat appoſuiſſe: ſolã dedit cucurbitã. Cecilius atreus: tanq̃ alter Atreus q Tantalũ Thieſtæ fratri filiũ epulandũ appoſuit: Atreus laniator cucurbitarũ. Edes: guſtabis: guſtare eſt leui cibo lenire ſtomachũ intra ſacietatẽ. Cœna. i. prima & ſecũda cœna. Epidipnidas: dapes epidipnides dicũt quæ poſt dipnon. i. cœnã opponũt. Hinc: ex hac cucurbita. Farreas: ex farre: nã placẽtæ farreæ in maiore erant precio.

Multiplices tabellas: Nã tabellæ dicuntur duplices & triplices a numero foliorum. & tabellæ mittebant in ſaturnalibus. Cariotides: & cariotæ dicuntur fructus: hæ inauratæ mittebant amicis. Papini'. Et latente palma prægrandes cariotides cadebant. Notas theatris: quia in theatris ſpargunt. Minutal: piſcem marinũ ſignificat: quem ita condit Apitius: ut addat liquamen oleum uinum coctum & reliqua. Minutal item genus cibi confecti ex uariis leguminibus. Varium: ex uariis rebus confectũ. Hinc: ex cucurbita. Botellus: genus farciminis ut Feſtus ſcribit.

Ad Phyllidem.

Languida cum uetula tractare uirilia dextra
Cœpiſti: iugulor pollice phylli tuo.
Nam cum me uitam cum me tua lumina dicis:
Horis me refici uix puto poſſe decem.
Blanditias neſcis: dabo dic tibi milia centum:
Et dabo ſetini iugera culta ſoli.
Accipe uina domum: pueros: chryſendeta menſas:
Nil opus eſt digitis: ſic mihi phylli frica.

In Zoilum.

Os male cauſidicis: & dicis olere poetis:
Sed fellatori zoile peius olet.

De Phrenetico medico.

Inuaſit medicus ſicca phreneticus eucli:
Et præcidit hilam. hic puto ſanus erat.

In Cecilium.

Atreus cecilius cucurbitarum
Sic illos quaſi filios thyeſtæ
In partes lacerat: ſecatque mille.
Guſtu protinus has ædes in ipſo:
Has prima feret: altera ue cœna.
Has cœna tibi tertia reponet.
Hinc ſeras epidipnidas parabit.
Hinc piſtor fatuas facit placentas:
Hinc & multiplices ſtruit tabellas:
Et notas cariotidas theatris.
Hinc exit uarium coco minutal:
Vt lentem poſitam fabamque credas.
Boletos imitatur & botellos.

Menæ:pisces sunt q̃ colorē mutāt:ut Pli.tradit:nā hyeme cādidæ sunt:æstate nigriores: eoꝝ maria strumis medēt. Libres:pōdus libræ trahētes:ut bilibres dicimus duaꝝ libraꝝ. Capilliana:ruta a capillamētis herbaꝝ & folioꝝ. Gabatas:hæ supra dicuntur gabatæ: id est lances concauæ.

Ec toga:In Nestorē eodē argumento:quo supra dixit:quendā uelle uideri pauperē & esse.Is eni cū nihil haberet uolebat dici pauper quasi sponte id genus uitæ delegisset: at īquit poeta eū non posse pauperē appellari cum nihil habeat:& hoc pacto nouā hominis ostentationē eludit. Teges:est pauperis domiciliū. Palude bibula:ex herba palustri. Affectas:refert ad quādam ostentationē. Vano non profuturo. Non est pauptas sed mendicitas.

Aepius: Laudat uictoria Prasini aurigæ: qui cū tēporibus Neronis uinceret multos habebat fautores:non deerāt tamen q dicerēt eum reportare uictoriam:quoniā multi fauerēt ob Neronē a quo dīligebat:nūc mortuo Nerone uicit ut tota uictoria ipsi debeatur. Cessisse Neroni: id est fauisse Prasino ob Neronem.

Edes:In Aprū pauperem:& alienas sectantem cœnas: qui casam humilē:& nigrā emit: iuxta hortos Maronis pulcherrimos:ut illic sæpe cœnaret de hoc non tanq̃ de puero ut nonnulli putāt:sed de paupere:& alienā mēsam sectāte illud distichon factū uideri potest:Non cœnat sine apro noster Tite ceciliāus.:quo uersu cū uideat dicere Cecilianū oībus mensis habere aprum animal:deceptum lectorē in sequenti uersu frustrat & ait bellū conuiuā Ceciliāus habet:quo intelligit aprū pauperē illi eē conuiuā.Bellū aūt ironice: hoc est illepidum. Cœnabit belle:in hortis Maronis.

Gnotos: Respondet Fabullo ignotos homines inuitanti quare ad cœnā non eat etiam ipse inuitatus: quoniam scilicet cum inter ignotos cœnaret:uideretur solus cœnare.Festiue se solum appellauit inter ignotos.

Et caudam cybili: breuesque mænas.
Hinc cellarius experitur artes.
Vt condat uario uafer sapore
In rute folium capelliana.
Sic implet gabatas paropsidesque:
Et leues scutulas cauasque lances
Hoc lautum uocat: hoc putat uenustum:
Vnum ponere ferculis tot assem.

In Nestorem.

Nec toga: nec focus est: nec tritus cimice lectus:
Nec tibi de bibula sarta palude teges.
Nec puer: aut senior: nulla est ancilla: nec infans:
Nec sera: nec clauis: nec canis atque calix.
Tu tamen affectas nestor dici atque uideri:
Pauper: & in populo quæris habere locum.
Mentiris: uanoque tibi blandiris honore:
Non est paupertas nestor habere nihil.

De Prasino.

Sæpius ad palmam prasinus post fata neronis:
Peruenit: & uictor præmia plura refert.
I nunc liuor edax dic te cessisse neroni:
Vicit nimirum: non nero: sed prasinus.

De Apro

Aedes emit aper: sed quas: nec noctua uellet
Esse suas: adeo nigra uetusque casa est.
Vicinos illi nitidus maro possidet hortos:
Cœnabit belle non habitabit aper.

Ad Fabullum.

Ignotos mihi cum uoces trecentos
Quare non ueniam uocatus a te
Miraris: quererisque: litigasque.
Solus cœno fabulle non libenter.

Aius: Soteria: hoc est uota ob Caium Iulium Proculum: qui conualuerat: celebrat soluto potu poscens cyathorum numerum parem litteris nominum amici. Signat: id est facit hanc lucem felicem. Desperasse: quod desperauerim. Minus gaudet: ego tanto magis gaudeo salute quo plus desperaui & timui. Hypne: hypnos græce latine significat somnum. Conuenit ergo nomen puero ministranti Bacchum somni ducem: & auctorem. Bessem: uas octo mensurarum.

De Caio proculo.

Caius hanc lucem gemma mihi iulius alba:
Signat: io uotis redditus ecce meis.
Desperasse iuuat: ueluti iam rupta sororum
Fila: minus gaudent: qui timuere nihil.
Hypne quid expectas piger: immortale falernum
Funde: senem poscunt talia uota cadum.
Quincunces & sex cyathos bessemque bibamus:
Caius ut fiat iulius & proculus.

Oile: In Zoilum qui ex seruo ad equestres annulos peruenerat: ut supra exposuimus: has cum gemina compede dedicat cathenas Saturne tibi Zoilus annulos priores Hic tāti ponderis annulū hunc gestabat: ut aptius olim potuerit esse cathena eius pedibus: quam nunc annulus digito. Nonnulli auctore Plinio auri pōdus in annulis ostentabant: Alii leues bracteas inserebāt gemmarum precium ostētantes. Eam bracteam appellauit aurum æstiuum. Iuuenalis tangens hoc annulorum genus: Ventilet æstiuum digitis sudātibus aurum: Nec sufferre queat maioris pondera gēmæ Perdere: occultatur: qa non est in tanto precio gēma cum additur nimium auri. Tuis cruribus: pro compede: Erat eni seruus fugitiuus.

In zoilum.

Zoile quid tota gemmam præcingere libra
Te iuuat: & miserum perdere sardonica:
Annulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus:
Non eadem digitis pondera conueniunt.

Vnarum: Charidemum pædagngum suum & libertū: a quo obiurgatur: cum iam sit uir. Mearum cunaꝝ monitor: qui me infantē monuisti: uel monitor: qa mouisti cunas mihi infanti. placet prior scriptura. Sudaria: uerbum Catulli. Pannos lineos: qui excipiunt cadētem barbam a tonsore. Sed tibi non creuit: id est nondum putas me satis adoleuisse. Catonem: q utatur censura Catonis.

In Charidemum.

Cunarum fueras motor carideme mearum:
Et pueri custos: assiduusque comes.
Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba:
Et queritur labris puncta puella meis.
Sed tibi non creuit: te noster uillicus horret:
Te dispensator: te domus ipsa pauet.
Ludere nec nobis nec tu permittis amare:
Nil mihi uis & uis cuncta licere tibi.
Corripis: obseruas: quereris: suspira ducis:
Et uix a ferulis abstinet ira manum.
Si tyrios sumpsi cultus: unxi ue capillos:
Exclamas nunquam fecerat ista pater:
Et numeras nostros astricta fronte trientes:
Tanquam de cella sit cadus ille tua.
Desine: non possum libertum ferre catonem:
Esse uirum iam me dicet amica tibi.

Ormosam: Lupercum captum amore Glyceræ irrumatorem esse ostendit: & Glyceram fellatricem urbano ioco: dum ait Lupercum nuper dixisse se iã mense toto non futuisse amicam: quia dentes doleret: nam si dentes & os ægrum impedimento erat quo minus illa coiret: satis apertum est indicium esse irrumatorem.

Vlio: Venditum mulionem supra uiginti milibus nummum conqueritur: & quasi miranti magnitudinem precii: iustam tam grauis uenditionis causam uellet afferre: subdit eum fuisse surdum ob hoc cum minoris debuerit uendi: ipse idem commemorat: quasi fuerit iusta causa tam grãdis precii. Surdus erat: eludit auctum.

De Luperco.

Formosam glyceram amat lupercus:
Et solus tenet: imperatque solus:
Quam toto sibi mense non fututam
Cum tristis quereretur: & roganti
Causam reddere uellet seliano:
Respondit glycere dolere dentes

De Mulione surdo.

Mulio uiginti uenit modo milibus aulæ:
Miraris pretium tam graue: surdus erat

De Amynta.

Indulget pecori nimium dum pastor amyntas:
Et gaudet fama luxuriaque gregis:
Cedentes oneri ramos: siluamque fluentem
Vicit: concussas ipse sequutus opes.
Tristæ nemus diræ uetuit superesse rapinæ:
Damnauitque rogis noxia ligna pater.
Pingues lygde sues habeat uicinus iollas:
Te satis est nobis annumerare pecus.

In Cecilianum.

Viuida cum poscas epigrammata: mortua ponis
Lemmata: quid fieri ceciliane potest?
Mella iubes hyblæa tibi uel hymettia nasci:
Et thyma cecropiæ corsica ponis api.

Ndulget: Lygdum formosum pastoré suum per casũ monet recentem: ne uelit conscẽdere arbores capitis periculo ad glandes decutiendas: Nam Amyntas pastor: dum saginandis suibus incũbit: ex arbore glãdifera quam conscendit: cecidit: eiusque pater siluæ ligna succidit iussit ad rogum filii. Amyntas: nomen pastorale est: sumptum a Theocrito & usurpatum a Virgilio. Cedentes: honustos glãdibus. Opes cassas: id est glandes deiectas. Nemus triste: cuius casu perierat filius. Diræ rapinæ: filii. Damnauit rogis ligna: id est rogis dedicauit. Ligna noxia: e quibus cecidit Amyntas. Annumerare: id est reddere numerum.

Iuida: Cecilianum auarum accusat: q poetæ epigrammata dixerat non esse uiuida: Hoc enim fieri dicit Martialis eius causa qui nihil donat: Nam uita carminis ex argumento ducitur: referatur hoc quod magis placet quod parum uiuidum esset: quia de Amynta mortuo est scriptum: Ex hoc iocans poeta dicit: non mirandum esse si non est uiuidum: cum de mortuo sit compositum: & eius culpa hoc accidisse: qui ad argumentum proposuerit. Lemmata mortua: id est argumenta de mortuo. Thymum: florem significat gratissimum apibus: quod circa solstitia nascitur: cum large florescit: protendit mellis prouentum: ex attica translatum est: adeoque promiscue nascitur: ut in Narbonensi agro lapidoso maxima copia proueniat. auctor est Plinius. Thymum tamen atticum principatum tenuit: & æternum epitheton inde sortitum est. Virgilius: Cecropiumque Thymum: in insula Corcyræ in amaritudinem pũgit. unde corsica mella eundem seruant saporem.

Eprensum:Imprudentiã uxoris accusat:quæ ipsum deprehenderat dũ pædicaret:ob iurgansque se pueri partes posse præstarẽ affirmabat. Posito arcu:nam ipse arcum gestabat:Hylas pharetram:ut Apollonius longo carmine scribit. Megara:Creontis filia fuit Herculis uxor.Megaram dici non Megeram carmen Homericum testatur in Manium euocatione Homerus & Megaram Creontis magnanimi filiam:quam habuit Amphitryonis filius roboris indomiti. Fugitiua:dum conuersa est in laurum. Oebalius puer:Hiacynthus Lacedæmonius: quem dilectũ disco Phœbus interemit per imprudentiam uersus autem est in florem sui nominis. In eundem florem Aiax conuersus est: cum iudicio armorũ superatus sibi mortem consciuit. Inde idem flos dicitur flos œbalius: ab Aiace. Columella: Et male damnati mœsto de sanguine surgunt Aeacis flores. Briseis patronymicũ est:proprio nomine dicebatẽ Hippodamia: ut scribit Eustachius dilecta est ab Achille. Leuis amicus:Patroclus:nam Achilles Patroclũ amauit:qui e patria opũtia iussus ẽ exulare: cũ affinẽ œanthem per imprudentiã necasset unde œanthiũ sacellũ:& fons œanthius in siluis. Erat idẽ necessitudiẽ coniunctus cũ Achille ut colligit Eustachius: cũ quo est educatus post exiliũ. ꝓmiserat aũt Menœtio pr̃i Patrocli achilles se post expeditionẽ troianam eum domũ reductuꝝ. Dare mascula .i. noli existiare tibi aliquid masculum esse.

Rbus es:Imprudẽtiã orborũ oĩum & diuitũ accusat:q captatores putant sibi esse amicos. Natus cõsule Bruto .i. es decrepitæ ætatis. Nouus:nuper factus amicus:nam is captator est:& spe obuẽturæ hæreditatis tibi blanditur.

In Vxorem.

Deprensum in puero tetricis me uocibus uxor
Corripis:& culum te quoque habere refers.
Dixit idem quotiens lasciuo iuno tonanti:
Ille tamen gracili cum ganymede iacet.
Incuruabat hylam posito tyrinthius arcu:
Tu megeram credis non habuisse nates.
Torquebat phœbum daphne fugitiua:sed illas
Oebalius flammas iussit abire puer.
Bryseis multum quamuis auersa iaceret:
Aeacide propior leuis amicus erat.
Parce tuis igitur dare mascula nomina rebus:
Teque puta cunnos uxor habere duos.

Ad Senem orbum.

Orbus es:& locuples:& bruto consule natus:
Esse tibi ueras credis amicitias.
Sunt ueræ:sed quas iuuenis quas pauper habebas:
Qui nouus est mortem diligit ille tuam.

In Cantharum.

Intrasti quotiens inscriptæ limina cellæ
Seu puer arrisit siue puella tibi.
Contentus non es foribus ueloque seraque:
Secretumque iubes grandius esse tibi.
Oblinitur minimæ si qua est suspitio rimæ:
Punctaque lasciua quæ terebantur acu.
Nemo est tam teneri:tam sollicitique pudoris:
Qui uel pædicat canthare:uel futuit.

Ntrasti:In Cantarũ irrumatorem:quem eo uitio laborare ex coniectura ostendit. nã siue mulierẽ adiret:siue puerũ non patiebatẽ:uel minimã rimã hiare: adeo ut uelox foramina acu facta obstruenda curaret:nemo inquit poeta:qui uel pædicat: uel legitimũ init coitum mulieris tam anxio pudore afficitur:sed irrumator. Cellæ:fornicis meretricis:noĩbus inhabitantiũ inscribebatur. Iuuenalis: Titulum mentita lyciscæ. Velo:quo circũdantur centones. Terebrantur:perforantur. Lasciuia: lasciuenti & passim pungente. Solliciti:anxii. Qui pædicat:aut futuit sed qui irrumat.

Am nisi. Memium monet ut cum arrigere non possit fiat irrumator: nam supra dixit Nemo est Galla senex ad irrumandum. Verpi: dicũt iudæi circuncisi: eodẽ habitu est mẽtula. Pãnucea: a pãno fit pannuceus.a.um. diminutiuũ pãnicula: auctor ẽ Pompeius: uel a pãno: quod placet uena eminẽtiore: cuius diminutiuũ ẽ pãnicula: nã & mulierꝝ mammæ: & mẽbra senilia iuuenili humore exhausta pãnucea fiunt: hoc est uenosa. supra: Aut tibi pannosæ dependent pectore mammæ. Lacessis: insequeris. Sũma petas.i.os: & fias irrumator. alibi: Nemo est thai senex ad irrumandum.

In Meuium.

Iam nisi per somnum non arrigis: & tibi meui
Incipit: & medios meiere uerba pedes.
Truditur: & digitis pannucea mentula lassis:
Nec leuat extinctum sollicitata caput.
Quid miseros frustra cunnos culosque lacessis?
Summa petas: illic mentula uiuit anus.

In Blataram.

Omnia fœmineis quare dilecta cateruis
Balnea deuitat blatara: ne futuat.
Cur nec pompeia lentus spatiatur in umbra:
Nec petit inachidos limina? ne futuat.
Cur lacedæmonio luteum ceromate corpus
Perfundit gelida uirgine? ne futuat.
Cum sic fœminei generis contagia uitet
Cur lingit cunnum blatara? ne futuat.

De silio.

Silius hæc magni celebrat monumenta maronis
Iugera facundi qui ciceronis habet.
Heredem dominumque sui tumulique larisque
Non alium mallet: nec maro: nec cicero.

In Phyllida.

Nulla est hora tibi qua non me phylli furentem
Despolies: tanta calliditate rapis.
Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto
Gemma uel a digito: uel cadit aure lapis.

Mnia. Blattaram deridet: qui cũ omnẽ mulierum turbã deuitaret: & lingeret cunnos: causa inquit est ne cogatur futuere Vmbra pompeiana: idest porticu Pompeii. alibi: Sic ueterẽ ĩgrati Pompeii quærimus umbrã. Limia inachidos .i. porticũ Europæ filiæ Inachi. alibi: Aut ubi sidonio taurus amor calet Lacedæmoniũ: dicit ceroma: quoniã palestrã lacedæmonii inuenerũt: & eo ceromate se ungebãt. Virgine.i. aquis gelidis uirginis: nã martia aqua: ut Pli. scribit natatu: uirgo tactu præstabat.

Ilius. Silius poeta prædiũ Virgilii ĩ neapolitano habuit: ut scribit Plinius in epistola: habuit itẽ uillam Ciceronis littoralem: quæ occurrebat a Lucrino Baias uenientibus. ibi Tullius olim instaurauit monumentum: & locũ appellauit academiã: academiæ atheniensis æmulatione: eo mortuo proruperunt illic fontes calidi: qui oculis medebantur. Possedit eundem locum Vetus Antistius. fontes celebrati sunt carmine liberti Ciceronis: cuius hi duo sunt postremi: Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem: Sint oculis plures quæ medeantur aquæ. Vtrunque autem prædium uoluit habere Silius: quoniam & Ciceronem olim fuerat imitatus in causis agendis: & postea in carmine punico Virgilium: hoc igitur in laudem Silii dicitur. Celebrat: nam coluit diligentissime tumulum Virgilii: ut ait Plinius. Tumulum: ad Virgilium. Lares: ad Tullium refertur.

Vlla est. Philim multa quotidie ab eo poscentem monet: ut cum ei quæcunque petiit donauerit & ipsa det fellationem. Nulla est hora: idest nulla hora labitur. Relicto attrito: res relictæ consumptæ dicuntur imitatione græcorum qui apolebmena dicũt. Lapis: de crotalo siue de eleuco: quod placet. Possunt: dicuntur posse.

Lucri fieri:uili precio emi. Siccus onyx:ſiccū diapaſma:nam conſtat ex ſiccis odoribus: ut Pli.tradit. Proferť:ante oculos fertur meos ut emam. Carioſa:multorum annorum. Expiet:purget ſomnos de te aduerſos. Indixit cœnam:te uelle cœnare tecū apud Ciceronem eſt eadem ſignificatione:condicere cœnā. Condicere autem eſt priſca lingua denūciare. Nil mihi galla nega.i.patere te irrumari:nam nil negare apud poetam id ſignificat ut ante expoſuimus. Id auté perfacere te hoc loco dixit. Nam aliud uidetur dicere: cum tamen hoc dicat.

Nunc furtiua lucri fieri bombycina poſſunt:
Profertur coſmi nunc mihi ſiccus onyx.
Amphora nunc petitur nigri carioſa falerni:
Expiet ut ſomnos garrula ſaga tuos.
Nunc ut emam grandem lupum: mulum ue bilibrē
Indixit cœnam diues amica tibi.
Sit pudor & tandem ueri reſpectus & æqui:
Nil tibi phylli nego: nil mihi phylli nega.

De ſilio.

Iam prope deſertos cineres & ſancta maronis
Nomina: qui coleret pauper & unus erat.
Silius arpino tandem ſuccurrit agello
Silius: & uatem non minus ipſe tulit.

De Titio.

Tanta eſt quæ titio columna pendet:
Quantam lampſaciæ colunt puellæ.
Hic nullo comitante nec moleſto
Thermis grandibus & ſuis lauatur
Auguſte titius tamen lauatur.

Ad Iulium cerealem.

Cœnabis belle iuli cerealis apud me
Conditio melior ſi tibi nulla: ueni.
Octauam poteris ſeruare: lauabimur una:
Scis qua ſint ſtephani balnea iuncta mihi.
Prima tibi dabitur uentri lactuca mouendo
Vtilis: & porris fila reſecta ſuis.
Mox uetus: & tenui maior cordila lacerto:

Am prope. Laudať Silius ꝙ emerit prædiū uirgilianū:cū aūt ſibi non minus uēdicauerit Virgilium qué carmine expreſſit imitādo. Deſertos cineres:quoniā tumulus erat ī agro. Tulit:accepit & aſſecutus eſt.

Anta. In fabuloſa ē hiſtoria Titius Iouis: & Helaræ filius:dictus filius terræ: quoniā mr̄ natū infantē ſpecu occultauit: ex q̄ cū adultus ꝓdierit: fabulā dedit ꝙ ex terræ uiſceribus natus eſſet: eā ſecutus Virgilius Terræ oīpotētis alūnū dixit. Vnde ſpecus helaricia diciť non ꝓcul a patria Aepei qui ligneum equū ſtruxit: hic alter ē Titius qué maſturbatoré fuiſſe oſtēdit poeta elocutione ait enī lauari hūc ſuis thermis:quæ q̄uis grādes ſint: anguſte lauāt mentulā Titii:eodē elocutionis generꝭ ſupra ē uſus: Secretuſque tua cūne lauaris aqua. Et columnā: etiā in priapo dicunt poetæ. Lauať anguſte quia maſturbatur.

Onabis belle. Inuitat Iulium Cerealē his ferme appoſitis ferculis: quæ ſupra promiſit amicis:Nunciat octauiam phariæ ſua turba iuuencæ: & hoc amplius:ꝙ nihil recitaturum promittit:ſed auditurum bellum giganteum:quod amicus conſcripſerat. Bello: feſtiue cum relaxatione animi. Conditio melior:ſi non habebis meliorem cœnam. Octauam:nam ea hora lauabatur Martialis. Stephani:meminit Tranquillus in Domitiano: is balnea ſtruxit. Porrum:duo genera habet ſectile:& capitatum: Sectile dicitur fila habere: quæ Plinius appellat inciſuras:& in diſtichis: Fila tarentini grauiter redolentia porri Ediſti: quotiens oſcula clauſa dato. Nero omnibus æſtatis menſibus porro ueſcebatur uocis gratia:Mella equeſtris ordinis:cum a Tiberio principe damnatus accreſceretur: ſuccum porri ad trium denariorum argenteorum pondus hauſit: quo expirauit. Si ſupra id pondus ſumatur: dicitur non eſſe noxius. Cordila:id ē fetus thynni: Lacertus:genus piſcis.

Rutæ: ut supra rutatos dixit lacertos. Massica: potes ad massam lactis referre: hoc est caseum: nam caseus fumo uelabrensi commendabatur ex uelabro regione urbis. Vnde caseus uelabrensis in distichis est. Potest referri quod magis placet ad uinum. Igne enim & fumo condire uina docuit Massylia galliæ. Oliuæ picenæ: cibis accommodatæ in gustu: nã dabatur quicquid ante cibariorum lances propter gustum dabatur: quod supra uerbo græco dixit propinin: gustare. Aues cortiles: idest gallinas. Aeterno: immortali. Proxima uicina laude.

Sed quam cum rutæ frondibus oua tegant.
Altera non deerunt tenui uersata fauilla
Et uelabrensi massa recocta foco.
Et quæ picenum senserunt frigus oliuæ:
Hæc satis in gustu: cætera nosse cupis?
Mentiar ut uenias: pisces conchilia sumem
Et cortis saturas atque paludis aues.
Quæ nec stella solet rara nisi ponere cœna:
Plus ego polliceor: nil recitabo tibi.
Ipse tuos nobis relegas licet usque gigantes
Rara uel æterno proxima uirgilio.

De Claudia rufina.

Claudia ceruleis cum sit rufina britannis
Edita cur latiæ pectora plebis habet.
Quale decus formæ: romanam credere matres
Italides possunt: atthides esse suam.
Dii bene quod sancto peperit fecunda marito:
Quot sperat generos: quotque puella nurus.
Sic placeat superis ut cõiuge gaudeat uno
Et semper uatis gaudeat illa tribus.

Laudia. Claudiã britannam utraque lingua eruditã laudat: simul & ipsi & marito optat felicitatem. Pectora: mores. Cærulei: dicuntur insulani: Vnde & ipsa Circe uitrea dicta est q coleret circeios insulam: Vitreæ iuga perfida Circes: Papinius. Nurus: ex filiis. Tribus natis: priuilegio trium natorum. Ius etiã quattuor natorum dabat mulieribus: triũ uiris. Optat autem poeta non ut tantũ tris natos habeat sed ut tot habeat liberos ut trium liberorum priuilegio suo iure utatur: nam qui aut nullum filium: aut tãtum duos haberet non utebat iur trium filiorum: de quo satis multa ante dicta sunt.

In zoilum.

Vnguenta & casias & olentem funera myrrham
Turaque de medio semicremata rogo.
Et quæ de stygio rapuisti cinama lecto
Improbe de turpi zoile redde sinu.
A pedibus didicere manus peccare proteruæ:
Non miror furẽ qui fugitiuus erat.

Nguenta. In zoilũ furem quem & furti accusat: cũ nuper odoramenta ad funus parata subripuerit: & seruum fugitiuum esse indicat: quod bis iam testatus est superiore carmine. Turpi: infami & furaci. Lecto stygio: idest capulo: nam capulus lectus stygius est. A pedibus: nam olim cum seruus esses fugisti: & fuisti ĩ compedibus.

Ad Vrbicum.

Hortatur fieri quod te lupus urbice patrẽ

Ortatur. Lupus nouã artẽ captãdi dicebat: & blãdiẽs hortabaẽ Vrbicũ orbũ & diuitẽ: ut quæreret liberos: cũ tamẽ id minime uellet. Poeta in hũc iocaẽ: hortaturque Vrbicum ut moriatur: tanq̃ suscepisset liberos: hoc est nihil relinquat. Lupo: nã si morieẽ tanq̃ pater uidetur usus consilio Lupi. Fieri patrẽ: te quærere uxorẽ ex qua filios suscipias

Quod minus: quoniam ipse uellet esse hæres: Videri uelle quod nolis: id quod in damnum tuum sit. Vt facias: ut accipias uxorem. Sic: ita condito testamento.

Vod nimium. In Cheremonem: qui mortem laudabat: in quo uolebat uideri sectari sapientiam stoicorum: qui mortem contemnunt: & de contemnenda morte præcipiunt: cũ id ageret desperatione & ex rei domesticæ difficultate: nulla inquit laus est Cheremon si i ista miseria mortem optas: maior laus fortitudinis fuerit ei qui inopiam magno animo ferre potest. Stoice: qui stoicus uis uideri.

Tegetes: habebant pauperes. Nudi: sine culcitra & nullo apparatu. Magnus homo: ironice loquitur.

Agedum: esto hortantis est. Roseo: iuuenili. Perdere nihil: idest semp animum relaxare. Est facile nullius laudis est. In rebus angustis: idest inopia. Qui miser: idest qui inopiam non moleste fert.

Iraris docto. Inuitat Seuerum ad cœnam misso carmine: Seuerus & doctus erat: ut uersu non indigeret: & diues ut non desideraret alienam coenam duabus inquit de causis potes mirari o Seuere: & ꝙ mitto tibi carmina docto: & ꝙ te uocem ad coenam diuitem: at dii cum ambrosia satientur: accipiunt etiam uinum nostrum: ꝙ si coenam & carmia quæ habes: non amas & accipis: quid poterimus dare. quasi dicat si tantum ea daremus quibus indiges: nihil possemus dare: cum omnia habeas.

Ne credas: nihil est quod minus ille uelit.
Ars est captandi quod nolis: uelle uideri:
Ne facias optat: quod rogat ut facias.
Dicat prægnantem tua se cosconia tantum.
Pallidior fiet iam pariente lupus.
At tu consilio uidearis ut usus amici:
Sic morere: ut factum te putet esse patrem.

In Cheremontem.

Quod nimium laudas cheremon stoice mortem:
Vis animum mirer: suspiciamque tuum.
Hanc tibi uirtutem fracta facit urceus ansa:
Et tristis nullo qui tepet igne focus.
Et teges atque cimex: & nudi sponda grabati:
Et breuis atque eadem nocte dieque toga.
O q̃ magnus homo es: qui fece rubentis aceti:
Et stipula: & nigro pane carere potes.
Lingonicis agedum tumeat tibi culcitra lanis:
Constringatque tuos purpura texta toros.
Dormiat & tecum quicum modo cecuba miscet
Conuiuas roseo torserat ore puer.
O quam tu cupias ter uiuere nestoris annos:
Et nihil ex ulla perdere luce uoles.
Rebus in angustis facile est contemnere uitam:
Fortiter ille facit: qui miser esse potest.

Ad Seuerum.

Miraris docto quod carmina mitto seuero:
Ad cœnam quod te docte seuere uocem.
Iuppiter ambrosia satur est: & nectare uiuit:
Nos tamen exta ioui tura merumque damus.
Omnia cum tibi sint dono concessa deorum:
Si quod habes non uis: ergo quid accipies.

Vm me. In Thelesphorũ qui in media palæstra cum incitatũ poetã uideret: grandẽ stipem poscebat: conqueritᷓ hoc fieri ꝙ si tonsor ĩminente nouacula libertatẽ & diuitias rogaret: Martialis promitteret: sed tonsus non modo nil daret: sed & iam uerberaret. Idẽ non faciet Thelesphoro: sed ne quid poscat ei os obstruet: quia eũ irrumabit. Permittunt in me: qa magnã licentiã habent. Theca: repositoriũ nouaculæ. Nil faciã: non uerberabo te. Lota lana: pectinis scilicet ne aliqd possis postulare dicet λειχάζειν .i. irrumationẽ. Cupidæ auaritiæ .i. tibi cupido & auaro. eo uerbo græco usus ẽ Aristophanes: uel dicet χαῖρε .i. bene uale: & dimittet sine premio quod te auarꝫ cruciabit. Mẽtula lota lana .i. cũ pacto ope abstersa fuerit mentula. Lucilius: Mutoni lachrymas a leua abstersit amica.

Enos Carinus. Dactylotheca significat repositoriũ compluriũ gemmarũ. primus Scaurus priuignus Syllæ id romæ ostẽdit: Pompeius mithridatico triũpho attulit: qđ Varro prælatũ scribit fuisse dactylothecæ Scauri. Cæsar eius generis sex dicauit in æde generis genitricis. Dactylothecæ nomẽ ductũ ẽ ab ãnulis reponẽdis: tamẽ ut dixi compluriũ gẽmarꝫ est repositoriũ: quæ ꝑ arbitrio domini ĩ annulis concludi poterãt. Carinus sex annulos hẽbat conductos: quos die noctuque gestabat. id cũ alii luxui & magnificentiæ ascriberẽt: poeta ait eũ id agere: quoniam plures non habebat: nec dactylothecam. Videtᷓ significare eum non habere repositorium annulorum: cum intelligat non haberᷓ plures gẽmas: sed eas conductas: ex aliena dactylotheca: ut illud Iuuenalis: Educta paulus agebat Sardonyce.

In Thelesphorum.

Cum me uelle uides tecumque thelesphore sentis
Magna rogas: puto me uelle negare: licet?
Et nisi iuratus dixi dabo: subtrahis illas
Permittunt in me quæ tibi multa nates.
Quid si me tonsor cum stricta nouacula superest:
Tunc libertatem diuitiasque roget.
Promittam: nec enim rogat illo tempore tonsor:
Latro rogat: res est imperiosa timor.
Sed fuerit curua cum tuta nouacula theca
Frangam tonsori crura manusque simul.
At tibi nil faciam: sed lota mentula lana
Leica zin cupidæ dicet auariciæ.

De Carino.

Senos carinus omnibus digitis gerit
Nec nocte ponit annulos.
Nec cum lauatur: causa quæ sit queritis:
Dactilothecam non habet.

De chione & phlogide.

Sit phlogis an chione ueneri magis apta requiris:
Pulchrior est chione: sed phlogis ulcus habet.
Vlcus habet priami: quod tendere possit alutam:
Quodque senem pylium non sinat esse senem.
Vlcus habet quod habere suam uult quisque puellã
Quod sonare criton: non quod hygia potest.
At chione non sentit opus: nec uocibus ullis:

It Phlogis. Vtrũque nomen factum est. Phlogis ab ardore: nã phlox significat flãmã Chione frigus a χιον quod niuẽ significat. Alutã languentẽ: mentulã. Non sinat: non possit excitare. Peliam: Iasonis patrem. Criton: medici nomen est masculi & mentulam habentis. Hygea: filia Aesculapii medica. Eustachius quidẽ in Homero & Diodorus & nostri duos tantũ filios Aesculapio dedere: Machaonem & Podaliriũ. At interpres Lyophoronis usus testimonio Appollodori & Plinius In pictura Hygeã: Elgen: Panen: Calasũ Aesculapii filias eẽ testatᷓ: quas Socratẽ pĩxisse cũ p̃re Aesculapio Pli. affirmat. Hygea autẽ nomen conuenit medicæ: Hygia enim græce latine significat rectã ualitudinem. opponit autem Critonem: & Hygeam ut ostendat illam indigere uiro masculo: non fœmina

Marmoream: cum non moueretur.

Ingua. In Maneium lingentem femur: cuius supra meminit. Vrbane autem ait eius linguam dum nuper muliebri īguini hæreret: menstrui profluuio obturpuisse adeo ut posthac non sit futura uteris ueteri libidini. Mœchus ore: dum fellat. Maritus lingua: dum hæret femori mulieris. Summemianis: meretricibus. Nudum: uel inopem uel remotis arbitris quod placet. Per tubos: tubi dicuntur cannæ plumbeæ quibus aqua deducitur. Tubos: appellat inguina muliebria.

Conscia: quasi rem uerā sciret. Morbus indecens: sanguis menstrualis. purus dicitur non contaminatus aliqua labe: ad corpus refertur. Purus item cum de animo dicitur: est non contaminatus ullo uitio: hic uerborū ambiguitate utitur poeta. Non mirādum: nam ut scribit Plinius tam malefici humoris est ut iactæ segetes eo marcescant: apes immoriantur aspectu mulieris eo laborantis: speculum hebetetur. Purus non potest esse contaminatus scilicet eo menstruo: Nec impurus: quoniam id sceleris non poterit amplius committere.

Esbia. Agere gratis aliquis dicitur: qui operē precium non exigit: gratis item agit qui nihil soluit: hanc ancipiti uerborum significatione Lesbiam poeta deridet: quæ iurabit se nunq̄ gratis fuisse fututam intelligens se non fecisse copiam sui nisi magno precio: poeta ex altera uerbi significatione ait uerum esse quod Lesbia dicit: nunq̄ enim fuit fututa gratis: quoniam oportuit eam soluere precium his quos uolebat fututores.

Pectas nos. Philomusum mutoniatos pueros in balneis spectantem & interrogantem magna cura quare eos Martialis habeat puros: cinædum esse ostendit. Pædicant curiosos festiue eum cinædum esse ostendit: cum sit tam curiosus in mutoniatis inspiciendis. Curiosus enim dicitur qui magna cura aliquid perquirit.

Adiuuat: absentem marmoreamque putes.
Exorare dei si uos tam magna liceret
Et bona uelletis tam preciosa dare.
Hoc quod habet chione corpus faceretis haberet
Vt phlogis & chionem ꝙ phlogis ulcus habet.

De maneio.

Lingua maritus mœchus ore maneius
Suminianis inquinatior buccis.
Quem cum fenestra uidit a suburana
Obscena nudum lena fornicem clausit.
Mediumque mauult basiare q̄ summum.
Modo qui per omnes uiscerum tubos ibat
Et uoce certa consciaque dicebat
Puer an puella matris esset in uentre
Gaudete cunni: uestra nanque res acta est:
Arrigere linguam non potest fututricem.
Nam dum tumenti mersus hæret i uulua
Et uagientes intus audit infantes
Partem gulosam soluit indecens morbus
Nec purus esse nunc potest: nec impurus.

De lesbia.

Lesbia se iurat nunquam gratis esse fututam
Verum est: cum futui uult: numerare solet.

In philomusum.

Spectas nos philomuse cum lauamur
Et quare mihi tam mutoniati
Sint leues pueri subinde quæris.
Dicam simpliciter tibi roganti
Pædicant philomuse curiosi.

Eſcio. Fauſtus cũ haberet commertiũ cũ adoleſcentibus: nolitque id palã fieri: dabat lr̃as ad puellas: ut cũ his commune aliq̃d hr̃e uideret: eũ urbaniter redarguit poeta in quiens neſcio q̃d ſcribas puellis: ſed rẽ illã ſcio: ꝗ puellæ non ſcribũt tibi: hoc eſt turpitu dinẽ tuã inter pueros. Hoc ſcio. i. commertiũ tuũ. Ipſe enim abutebat̃ pueris: & pueri eo. Excenti. Iuſtinus ſolitus Martialẽ inuitare ad diem natalẽ: eum nunc præterierat. dc. inuitatis: ꝓmittens daturũ cœnã in ſequẽti die: cũ poeta munus mittere ſoleret uete ri inſtituto natalẽ celebrã ti: & ipſe præteritus a Iuſti no munus differt ĩ diẽ cra ſtinũ: mittãt inq̃t ſexcenti ĩuitati munera tibi hodie: cras ego mittã: quoniã cras me ĩuitaſti. Iuſtinus craſti nam cœnã ꝓmittebat inſe quentis diei. Poeta craſti num munus pollicetur q̃d nũq̃ ẽ futuꝝ: ut ſupra: Dic mihi: cras iſtud poſthume quãdo uẽit: cũ uideat̃ pol liceri craſtinũ munus. i. in ſequẽtis diei. Ad officiũ lucis: ad celebrãdũ diẽ na talẽ. Poſtera. i. cœnam ſe quẽtis diei. Sexcentis ho die. i. dc. mittãt hodie mu nus: quos inuitaſti.

T Delator es. uacerra cõquerebat̃ ꝗ nũmos nõ hẽret: poeta tp̃a ſua no tãs mirat̃ quare pecuniam non hẽat: cũ tã malas exer ceat artes: q̃bus ſolis pecu nia quærebat̃. Calũnia tor: falſas accuſationes re peris. Laniſtæ: dicebãt q̃ emebãt pueros nutriẽdos ad gladiaturã. Mãgones ad uẽdẽdũ dicti a manu & ago: hoc ẽ expoliẽdis pue ris ut maiore ueniãt. Inde mãgonizaꝛ̃ tractũ ẽ: quod ſignificat expolire ad fallẽ dũ ẽptorem: agroſque mã gonizatos legimus: & man gonizata balnea apud Pli nium: & Varronem.

In Fauſtum.

Neſcio tam multis quid ſcribas fauſte puellis
Hoc ſcio: quod ſcribit nulla puella tibi.

In iuſtinum.

Sexcenti cœnant: a te iuſtine uocati
Lucis ad officium quæ tibi prima fuit.
Inter quos memini non ultimus eſſe ſolebam:
Nec locus hic nobis inuidioſus erat.
Poſtera ſed feſtæ reddis ſolennia menſæ:
Sexcentis hodie: cras mihi natus eris.

In Vacerram.

Et delator es: & calumniator
Et fraudator es: & negociator
Et fellator es: & laniſta miror
Quare non habeas uacerra nummos.

In maronem.

Nil mihi das uiuus dicis poſt fata daturum:
Si non es ſtultus: ſcis maro quid cupiam.

Ad mathonem.

Parua rogas magnos ſed nõ dãt hæc quoque magni
Vt pudeat leuius te matho: magna roga.

Epi. Canis lydiæ.

Amphitheatrales inter nutrita magiſtros
Venatrix: ſilius aſpera blanda domi.
Lydia dicebat domino fidiſſima dextra
Qui non erygones mallet habere canem.

Arua rogas. Mathonem agendis cauſis nihil iam lucrantem: & ne minimam quidẽ ſtipem conſequentem a diuitibus deridet: ſimul monet ut pudorem ſuæ repulſæ le niat magnarum rerum petitione: nam nimis ignominiæ fuerit ſi in magnis tulerit repulſã de Mathone Iuuenalis: Sic pedo conturbat: Matho deficit: id eſt pauper fit.

Mphitheatrales. Epitaphium Lydiæ canis: quæ diſcerpta fuerat ab apro in uenatio ne theatri. Nutrita: loquitur canis. Magiſtros qui præſunt theatris. Erigone mortuum patrem Iccarum repperit cane duce: cui Imera erat nomen. hæc dolore obitus paterni ſibi mortem conſciuit: Imera item dominæ mortuæ ſpiritu parentauit: ut alii ſcri bunt coniecit ſe in puteum: quem anigrum appellant: hoc ẽ ſine humore. nemo enim poſt canis fabulam eius aquis uſus eſt numinum miſeratione. eius effigies in cælum relata eſt.

Cephalum:canis datus est custos Europæ a Ioue:quem laborantem procris sanauit:Inde canem meruit dono.ex creta igitur Cephalus coniunx Procri mortua uxore duxit Thebas Ibi erat fera in superabilis canibus:ut Ouidius cecinit. Vt autem ex testimonio Istrii scribit Iginius erat uulpes insuperabilis canibus:Cephalus:lelapa ita enim appellabatur canis emisit in uulpem. Cum autem & numine Iouis canis esset insuperabilis & Themidis uulpes utrunque in marmur conuertit Iuppiter:ut alii scripserunt canis in cælum est relatus. Cani: Dulichio: id est itacensi cani Vlyxis.

Canes Vlyxis apud Eumeum subulcum redeuntem dominum post .xx. annos agnouit: ut scribit Homerus:qui eosdem blá dientes Thelemacho introduxit. Ille appellabatur Argus.hunc in fimo reperit Vlyxes reuersus plenum pediculis. longum extat Homeri carmen in odyssea.mortuus est extrema ætate confectus. Erimante: quem interemit Hercules. Calidon:qué Meleager. Tertius aper in Lydia ubi periit Athis filius Crœsi:ut scribit Herodotus.

Nec qui dictea cephalum de gente secutus
Luciferæ pariter uenit ad astra deæ.
Non me longa dies: nec inutilis abstulit ætas:
Qualia dulichio fata fuere cani:
Fulmineo spumantis apri sum dente perempta:
Quantus erat calydon aut erymanthe tuus.
Nec queror infernas q̃uis cito rapta sub umbras:
Non potui fato nobiliore mori.

In Tuccam.

Vendere tucca potes centenis milibus emptos
Plorantes dominos uendere tucca potes.
Nec te blanditiæ:nec uerba rudesque querelæ:
Nec te dente tuo saucia colla mouent?
Ah facinus tunica patet iguen utrũque leuata:
Inspiciturque tua mentula facta manu.
Si te delectat numerata pecunia uende
Argentum:mensas:myrrina rura domum.
Vende senes seruos:agros & uende paternos:
Ne pueros uendas:omnia uende miser.
Luxuria est emere hos:quis eni dubitat ue negat ue:
Sed multo maior uendere luxuria est.

ENdere. Tuccam accusat:q teneros emebat pueros:eosdem exoletos uendebat. Dominos pueros olim amatos a'te: ut dominam amicam dicimus. Rudes:pueriles Luxuria: in eadem significatione est supra.

Non amo iam dices: hæc quoque Luxuria est. nam luxuriam appellat non modo nimium rerũ appetitum: & luxum: sed etiam immodicum conté ptum earum rerum qbus uti debes.

De Læda.

Hictericam uetulo se dixit esse marito:
Et queritur futui læda necesse sibi.
Sed flens atque gemens tanti negat esse salutem:
Seque refert potius proposuisse mori.
Vir rogat ut uiuat uirides nec deserat annos:
Et fieri quod iam non facit: ipse sinit.
Protinus accedunt medici medicæque recedunt
Tolluntur que pedes: o medicina grauis.

ICTericam. Iocus est in Lædam fallentem maritum noua arte: ait enim se esse hictericam: neque ulla arte posse sanari nisi futuatur. Tanti:id est se tanti facere salutem. Tolluntur:in uenerem.ut supra. Sustulit ille pedes:sustulit hic tunicam.

Rauci. In natam blandam & exiguo uerbo appellantem mētulam exoleti sui pipinā. nam pipere est minorum pullorum uocem emittere. Vnde pipillo frequentatiuum quod passeri dedit Catullus: Ad solā dominā usque pipillabat. Poeta ait tantæ magnitudis esse: ut si priapus conferatur: possit Gallus uideri: hoc est castratus. non nulli codices habēt bipennem: hoc est duplicem pennem: sed placet prior sententia: licet syllaba mutata sit.

Enturum. Conqueritur se decipi sæpenumero a Lygdo puero: cui imprecatur: ut pileo tegat mentulā. Vmbella indumentū capitis erat: quo solis radii arcebātur: huius erit distichon. obscena metaphora abusus est: nā per dominā luscā & si aliud uidetur intelligere mentulā significat.

De nata.

Drauci nata sui uocat bipennem
Collatus cui gallus est priapus.

In Lygdum.

Venturum iuras semper mihi lygde roganti:
Constituisque horam: constituisque locum.
Cum frustra iacui longa prurigine tentus:
Succurrit pro te sæpe sinistra mihi.
Quid precor o fallax meritis & moribus istis
Vmbellam luscæ lygde feras dominæ.

De Bacchara.

Curandum penem commisit bacchara græcus
Riuali medico: bacchara gallus erit.

In Celiam.

Theca tectus ænea lauatur
Tecum celia seruus: ut quid oro
Non sit cum citharœdus aut coraules?
Non uis ut puto mentulam uidere:
Quare cum populo lauaris ergo:
Omnes an tibi sumus spadones?
Ergo ne uidearis inuidere:
Seruo celia fibulam remitte.

Ad Pætum.

Soluere pæte decem: tibi me sestertia cogis:
Perdiderat quoniam bucco ducenta tibi.
Ne noceant oro mihi non mea crimina: tu qui
Bis centena potes perdere: pende decem.

In Vacerram.

In omnibus uacerra quod conclauibus
Consumit horas: & die tota sedet.

Tegas umbella .i. tegas natibus mētulam: uel ore: tanq̄ umbella: nā erat fellator: ut alibi: At quondā mihi Lygde nil negabas. i. fellabas.

Vrādū. Medico riuali. i. qui eundē amat quē ipse. Gallus: iocus ē ī Gallo: & græco: & significat sacerdotem Cybelis.

Heca tectus. Eodem argumēto supra scripsit ī Lecāiam: Inguina succintus tibi nigra seruus aluta Stat quotiens calidis tota foueris aquis. Nā & hæc Celia lauabat inter uiros nudos inguinibus solū seruum uidebat sibi astare fibulatū: quod cū alia de cā facere uideretur: poeta indicat eam ita egisse: ut seruum ad coitum recentem haberet: nam fibula non modo uelādis inguinibus sed etiam coercendo īpetu libidinis utebantur. Aena nigra: nam ex aluta nigra erat fibula: ut supra: nigra seruus aluta. Vt quid facias: nā citharœdus & coraules & comoedus ad uocem seruandam fibula utitur: quoniam nimio coitu raucescit. Ne uidearis inuidere: uolētibus. s. uti magno pene serui tui. Reītte cōcede ut non utat fibula

Oluere: Quæ mutuaueras. Bucco: dispensator. Non mea: sed Bucconis.

N Omnibus. In Vacerrā qui ut cœnā captaret: oēs inibat cœnationes: & in ꝓxio loco simulabat se demittere aluum: ut aliqua permanendi causa esse uideretur: & parata cœna inuitaretur a domino. Conclaue: locus ad cœnandum: ut est apud Ciceronem.

Cœnaturit: cupit cœnare.

Tere. Consulit amico ducturo uxorem: qui hactenus nullum cum fœminis habuerat commercium: ut ante nuptias discat muliebrem palæstrã a perita meretrice: quoniã a sponsa uirgine & rudi eã discere non poterit. huc spectat epigrãma ut derideat eũ qui cogitat de ducenda uxore. Flamea: ĩdumẽta capitis: qbus ĩ nuptiis matronæ utebant̃ ad uelandũ pudoré. Lucanus: Flamea sollicitum præuelatura pudoré. Tondebit: faciet tonsos tuos cinædos: ne tibi placeant. Peregrina. i. si nescieris uti cunno: ut sit tibi ignota. Suburranæ meretrici: nam ĩ suburra erãt meretrices: ut ante. Faciet te uirum: docebit officium uirile.

D primum. Petus malos miserat mulos poetæ: quem ad primum lapidem inuitauerat: ut uix decima hora eo perueneri: cum pigritia accusaretur a Peto: ait culpam illius esse: qui tam pigros mulos rhedarios miserit: qualibus scilicet Petus ipse utebatur: ita eum deridet.

Ittus. Iocatur cum flacco qui petierat ut uillam baianam uersibus laudaret: ait enim se male indulgere Genio: q̃ uersibus baianis: pluris enim se facit q̃ baias: quas Flaccus uerbis magnificis aureum littus appellabat. Baias: totiens inculcatum est in contemptum Flacci. Vtrunque: indulgere Baiis & mihi. Detur: ut faciam hoc. Quid: o quãtum Martialis & Baiæ: id est ut ego mihi indulgeã: & tamen Baias laudem: & in ea uersuum cura uoluptatem capiam.

Vm sene. Egles uicem dolet: quæ & spadoni nupserat: & adulterum senem habebat: ut neuter uiri officium præstare posset: optat misera alterum spadonem fieri uirum: alterum senem fieri iuuenem. Sicca: carens officio uiri. Operi: uenereo. Anus: propter ætatem.

Cœnaturit uacerra: non cacaturit.

Ad Victorem.

Vtere fœmineis complexibus utere uictor:
Ignotumque sibi mentula discat opus.
Flamea texuntur sponsæ iam uirgo parata est
Tondebit pueros iam noua nupta tuos.
Pædicare semel cupido cupit illa marito:
Dum metuit teli uulnera prima noui.
Sæpius hoc fieri nutrix materque uetabunt:
Et dicent uxor: non puer iste tibi est.
Heu quantos æstus quantos patiere labores:
Si fuerit cunnus res peregrina tibi.
Ergo suburranæ tyronem trade magistræ
Illa uirum faciet: non bene uirgo docet.

Ad pætum.

Ad primum decima lapidem quod uenimus hora:
Arguimur lentæ crimine pigritiæ.
Non est ista quidem: non est mea sed tua culpa:
Misisti mulas qui mihi pæte tuas.

De Bais.

Littus beatæ ueneris aureum baias
Baias superbæ blanda dona naturæ
Vt mille laudem flacce uersibus baias.
Laudabo digne non est satis: tamen baias.
Sed martialem malo flacce quam baias.
Optare utrunque pariter improbi uotum est.
Quod si deorum munere hoc tibi detur:
Quid gaudiorum est martialis & baiæ.

De spadone & sene.

Cum sene communem uexat spado dindimus eglẽ:
Et iacet in medio sicca puella toro.
Viribus hic operi non est: hic utilis annis:

Vterque lábor:uterque laborans. Citherea: Venus:quæ geniali toro præes. Sinuessanis. Philostratus multa apud græcos scripsit:sed hic cum i balneis sinuessanis esset tantum uini potauit: ut ebrius factus scalarum lapsu pene extinctus sit: quo facto periit Elpenor. Elpenor enim Vlyxis socius:cuius cadauere manes euocati sunt ab Vlyxe ebrius factus apud Circem:lapsusque e scalis periit.hoc mortis genus notat Ouidius in Ibim:ipse apud Homerum in carmine infernali Vlyxi narrat. Nocte iubente.i.nocturno tempore ita iam exigēte.

Ergo sine effectu prurit uterque labor.
Supplex ille rogat:pro se miserisque duobus:
Hunc iuuenem facias hunc citherea uirum.

De philostrato.

A sinuessanis conuiua philostratus undis
Conductum repetens nocte iubente larem.
Pene imitatus obit seuis elpenora fatis:
Præceps per longos dum ruit usque gradus.
Non esset nymphæ tam magna pericula passus:
Si potius uestras ille bibisset aquas.

Ad sosibianum.

Nemo habitat gratis:nisi diues & orbus apud te:
Nemo domum pluris sosibiane locat.

Ad antiochum tonsorem.

Qui nondum stigias descendere quærit ad undas:
Tonsorem fugiat si sapit antiochum.
Alba minus seuis lacerantur brachia cultris:
Cum fugit ad phrygos enthea turba modos.
Mitior implicitas alcon secat enterocellas:
Fractaque fabrili dedolat ossa manu.
Tondeat hic inopes cynicos & stoica menta:
Collaque puluerea nudet equina iuba.
Hic miserum stithica sub rupe promethea radat.
Carnificem nudo pectore poscet auem.
Ad matrem fugiet pentheus:ad mænadas orpheus:
Antiochi tantum barbara tela sonent.
Hæc quæcunque meo numerasti stigmata mento
In ueteli picta qualia fronte sedent.
Non iracundis fecit grauis unguibus uxor:
Antiochi ferrum est & scelerata manus.
Vnus de cunctis animalibus hircus habet cor
Barbatus uiuit:ne ferat antiochum.

In zoilum.

Sidere percussa est tibi subito zoile lingua

Emo habitat. Sosibianus nouo genere captationis utebatur:nam orbis & diuitibus partem domus suæ gratis habitandā dabat:quod cum ex liberalitate uellet uideri facere:poeta indicat eum auarissime agere: quippe qui eo munere hæreditatem petat longe maioris precii q̄ sit iusta pensio. Pluris locat:quoniam ita hæreditatem captas.

Vi nondum. In Antiochi tonsoris īperitiam:a quo cum nuper tōderetur crebris incisuris notatus est. Brachia tondebantur:qui inter se lacerantur in sacris Cybellis. Enthea:deo plena. Alcon:medicus uulnerarius Entherocellas:ītestina. Dedolat:apta ossa. Pentheus ad matrem: Agauē a qua laniatus fuit. Orpheus:lāiatus a ciconibus Mendas:mulieres furētes:nam μαινω est furere. Qualia:quales incisuræ. Picta fronte: id est rugosa. Habet cor: id ē est sapiens.

Idere. Sidus est genus morbi: ut supra est dictum:quo linguæ usus amitti solet.supra:hoc opus est subito fias ut sidere mutus. Vnde siderati quibus urina pulli asinini nardo admixto per coniūctionem medetur. zoilus fellator erat quod frequēti carmine indicauit: nūc amissa līgua coget futuer.

Lingere: fellare est apud hunc poetã. supra: Lingas non mihi: nam ꝓba & puella ē. Dũ lingis. i. dum fellas: uel cunnum lingis quod placet: nã supra idem est epigrammatis argumentum in eũ qui dum cunnum lingeret: linguam amisit adeo ut præterea nec purus esse nec impurus posset. Certe nunc: postq̃ lingendi usum amisisti.
Eniat. In Parthenopeum qui tussim simulabat: ut conditis cibis uesceret: quod supra in aliũ scripsit. Nucleos: conditos. Dulces: mellitos. Non sinit pueros eẽ truces. i. quo pueri lugẽtes placant Est gula. i. propter gulam id agis.

Dum lingis cunnum, zoile nunc futues.

In parthenopæum.

Leniat ut fauces medicus: quas aspera uexat
Assidue tussis parthenopeæ tibi.
Mella dari: nucleosque iubet dulcesque placentas:
Et quicquid pueros non sinit esse truces.
At tu non cessas totis tussire diebus:
Non est hæc tussis parthenopæe: gula est.

Ad Caridemum.

Diues eras quondam sed tunc pædico fuisti:
Et tibi nulla diu fœmina nota fuit.
Nunc sectaris anus o quantum cogit egestas
Illa fututorem te carideme facit.

De Carisiano.

Multis iam lupe posse se diebus
Pædicare negat carisianus.
Causam cum modo quærerent sodales
Ventrem dixit habere se solutum.

Ad pollam.

Intactas mihi quare mittis polla coronas:
A te uexatas malo tenere rosas.

In Crestillum.

Carmina nulla probas molli quæ limite currunt:
Sed quæ per salabras altaque saxa cadunt.
Et tibi mæonio quod carmine: maius habetur
Lucili columela hic situs metrophanes.

Iues eras. Charidemus cũ oli diues eẽt pædicabat: nũc factus pauper ut amissa bona ĩstauraret anus sectabat. hoc eni genus lucri propositũ erat bene mentulatis: qđ carpit Iuuenalis: Vetulæ uessica beatæ: nã illud ĩ uniuersũ dicitur & non de una.

Vltis iam. Carisianũ deridet: qui cum pædicaretur nolebat uideri pædicari: sed festiue crimẽ suum prodidit per imprudẽtiam: nam cum multis iam diebus diceret se non pædicasse: & causam quærerent sodales: dixit se habere uẽtrem solutum: qđ ipsum impedimento erat cinædo: non pædiconi.

Ntactas. Ad pollam: quæ mittebat recentes rosas & intactas. poeta optat ut rosas uexatas potius mittat eius delicias redolentes: an simul alludit festiue ad eunuchos pulcherrimos: quos Polla habebat: ut supra dictum est

Armina. Chrestillũ deridet: qui ut lasciuum carmen aspernari uideretur: & seuerum laudare Lucilii: Lucretii: Acii: Pacuuii poetarum rudimenta: & quibus ut scribit Quintilianus lepos: & ultima manus defuit: uersus extollebat. sed tamen ut inquit poeta cum quis generis carmina legeret: non ignorabat quid saperet mentula: per quod ostendit eum fuisse fellatorem: & inter antiquos poetas sectari recentes mores. Salebras: duriciem. Metrophanes: hic uersus est Lucilii: quem luculentum fluere scribit Oratius: & carpit: ꝙ græca uerba inferat carmini. fuit autem satyrarum auctor: sed hoc carmen est in Metrophanem Columellam tumullatum eius seruum: ut ita legatur: Lucilli columella situs est hic Metrophanes. Columella Metrophanes: nomen est proprium. Lucilli: scilicet seruus.

Terrai:genitiui antiquorum :quibus utitur semper Lucretius Accius:& Pacuuius scriptores tragœdiarum clarissimi sententiarum grauitate:ut scribit Fabius:& pondere uerborum:sed his defuit expolitio:non eorum culpa sed temporum:quibus studia adhuc erãt inculta. Sapiat:quia es fellator:& mentulam lingis lasciuisque nostrorum temporũ moribus inter seueros antiquorum uersus uteris.

Eolidos canace:In Canacem epitaphium quæ ulcere serpentis in ora extincta est.

Attonitusque legis terrai frugiferai
 Accus & quicquid pacuuiusque uomunt.
Vis imiter ueteres crestille tuosque poetas:
 Dispeream si scis:mentula quid sapiat.

Epi. Canaces.

Aeolides canace iacet hoc tumulata sepulchro:
 Vltima cui paruæ septima uenit hiems.
Ah scelus ah facinus properas quid flere uiator?
 Non licet hic uitæ de breuitate queri:
Tristius est leto leti genus:horrida uultus
 Abstulit:& tenero sedit in ore lues.
Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi:
 Nec data sunt nigris tota labella rogis.
Si tam præcipiti fuerant uentura uolatu:
 Debuerant alia fata uenire uia.
Sed mors uocis iter properauit cludere blandæ:
 Ne posset duras flectere lingua deas.

In Zoilum.

Mentitur qui te uitiosum zoile dixit:
 Non uitiosus homo es zoile: sed uitium.

De Theodoro.

Pierios uatis theodori flamma penates
 Abstulit hoc musis:hoc tibi phœbe placet.
O scelus o magnum facinus crimenque deorum:
 Non arsit pariter quod domus & dominus.

In uerpum æmulum.

Quod nimium liues nostris & ubique libellis
 Detrahis :ignosco:uerpe poeta sapis.
Hoc quoque non curo:quod tu mea carmia carpas:
 Corripias:& sic uerpe poeta sapis.
Illud me cruciat solymis quod natus in ipsis:
 Pædicas puerum uerpe poeta meum.
Ecce negas iurasque mihi per templa tonantis:

Aeolidos: alludit de Canace filia Aeoli sororẽ Macarei; Ah facinus:genus morbi. Tenero:puellari. Oscula:id est os ipsum. Non sunt data: quia partem assumpsit morbus.

Ierios: In Theodorũ malum poetam : in quem supra. Huius ædes incendio assumptæ sunt: De quibus cum uideatur conqueri Martialis quasi amicus Theodoro:exit in imprecationem : & cõqueritur quod dominus non arserit. Pierios: poeticos Dominus:malus poeta ante dixit se huic suos libellos mittere nolle : ne ille suos mittat ineptos.

Vod: In poetam iudæum qui Martialis puerum pædicabat. Verpe:iudeæ. Carpas:suffureris ut supra:poeta carpit:id est suffurat̃. Corripias: frequenter rapias. Solymi :populi finitimi Liciæ. Vnde iudæorum gens deducta est eos Bellerophon expugnauit :ut Homerus memĩt: & longa est disceptatio apud Homeri interpretes: de quibus Solymis poeta ĩtellexit. Strabo de finitimis Liciæ uidetur sentire Iuras per templa tonantis:id est iuras per numen romanũ quasi non sis iudæus.

Anchiala: urbs est Ciliciæ littoralis condita a Sardanapallo: ut Aristobolus scribit: In q̃ est statua lapidea conditoris: quæ dextræ manus digitos complicat: cum monumẽto litteris assyriis iscripto: Sardanapallus Anacindaraxis filius Tharsum & Anachialim uno die condidit: Ede bibe lude: & cũ te mortalẽ noris: præsẽtibus exple deliciis animũ: post mortẽ nulla uoluptas. placet igit̃ intelligas Anchialũ numen Sardanapalli: quod Solymis finitimũ est: immo littoralẽ hanc Ciliciæ partẽ Solymi aliquando tenuerunt: ut scribit Iosephus. Iura per Anchialum: id est per numen Sardanapalli: quo simul ostẽdit eius mollitiẽ & patriã. Quod nonnulli sentiunt de Anchialo puero hactenus non legi.

Non credo: iura uerpe: per anchialum.

Ad Flaccum.

Incideris quotiens in basia fellatorum:
In solio puto te mergere flacce caput.

In Germanum.

Martia non rhenus salit hic germane: quid obstas?
Et puerum prohibes diuitis imbre lacus?
Barbare non debet submoto ciue ministro
Captiuam uictrix unda lauare sitim.

In Thelesinam.

Vna nocte quater possum: sed quattuor annis
Si possum peream te thelesina semel.

Ad Bassum.

Effugere non est basse basiatores
Instant: morantur: persequuntur: occurrunt.
Et hinc & illinc usque quaque quacunque:
Non ulcus acre pustulæ ue lucentes:
Nec triste mentum sordidique lichenes:
Nec labra pingui delibuta ceroto:
Nec congelati gutta proderit nasi.
Et æstuantem basiant & algentem.
Et nuptiale basium reseruantem.

Nciderís: Festiue idẽ esse docet basiari a fellatore: qui mentulas ore abluit: & mergere caput in solium uas balneorũ: ubi mentulæ lauantur. Puta te mergere caput: id est abluere caput.

Artia: Ex Martia de qua satis supra diximus: Germanus riuulum deduxerat in ædes. Vnde nuper repulerat puerum romanum: poeta conqueritur martia aqua interci di ciuem romanum a barbaro cum aqua sit romana: & ciui debeat seruir̃ potius quam captiuo. Salit: labitur saliens. Obstas: resistis. Imbre: irrigatiõe & unda diuitis large fluentis. Vnda uictrix aqua martia romana. Captiuam sitim: id est tuam qui es captiuus. Submoto: repulso.

Na nocte: In Thelesinam deformem: ad quam non poterat arrigere: quod ut ostendat non sua culpa accidere: sed Thelesinæ hoc scribit. Possum: scilicet futuere aliquam: non possum te semel quattuor annis. oppositis dictioĩbus acumen ẽ semel & quater. iiii. annis & una nocte.

FFugere: Basiatorum oculis offendebatur Martialis nonnulli enim blandientes solebant obuios amicos osculari: Martialis hoc longo reprehendit epigrammate: consulitque Basso ut eos sibi faciat amicos quos nolit basiare: ostendens se malle amicitiã aliis in rebus esse q̃ in basiis: quibus scilicet offenditur. optes ĩquit eos amicos qui te non basiẽt id enim est gratius quam basiari. Non est effugere: fieri nullo pacto potest ut possis effugere basiatores. Vlcus: deterebit eos. Pustulæ: ulcera parua. Triste mentum sordidi ue lichenes: idem dixit ut puto: Nam lichenes ulcera oris erant: quæ multorum intuitus occupabant: furfurem cutis excitãtia: is morbus incognitus fuit ad medium usque Tiberii principatum: quo tempore Perusinus quidam eques scriba quæstorius: eo morbo laborans: quo in Asia correptus fuerat multos contagione fœdauit: eum appellarunt nomine latino Mentagram: quoniam a mento oriebatur. Ceroto: puto de Cerussa intelligi: Nam labra cerussata dixit in Philenim ad emendationem ulcerum proderit: quo minus te basient. Basium nuptiale. i. munda basia: quæ obstructo ore seruabant sponsæ.

Non te cucullis auferet caput tectum
Lectica: nec tuta pelle ueloque.
Nec uendicabit sella sæpius clausa
Rimas per omnis basiator intrabit.
Non consulatus ipse non tribunatus
Seuique fasces nec superba clamosi
Lictoris abiget uirga basiatorem.
Sedeas in alto tu licet tribunali.
Et ecuruli iura gentibus reddas.
Ascendet illa basiator: atque illa
Febricitantem basiabit & flentem.
Dabit oscitanti basium natantique
Dabit & cacanti: remedium mali solum est
Facias amicum: basiare quem nolis.

In Lesbiam.

De cathedra quotiens surgis iam sæpe notaui
P ædicant miseram lesbia te tunicæ.
Quas cum conata es dextra conata sinistra
Vellere: cum lachrymis eximis & gemitu.
Si constringantur gemina simplegade culi:
Et nimias intrant cyaneasque nates.
Emendare cupis uitium deforme: docebo:
Lesbia nec surgas censeo nec sedeas.

Ad Flaccum.

Habere amicam nolo flacce subtilem:
Cuius lacertos annuli mei cingant.
Quæ clune nudo radat: & genu pungat.
Cui serra lumbis: cuspis eminet culo.
Sed idem amicam nolo mille librarum.
Carnarius sum: pinguiaris non sum.

Ad Flaccum.

Thaida tam tenuem potuisti flacce uidere?
Tu puto: quod non est: flacce uidere potes.

In Lydiam.

Non est mentitus qui te mihi dixit habere
Formosam carnem lydia non faciem.
Est ita si taceas: & si tam muta recumbas
Quam silet in cera uultus & in tabula.

Cucullis: indumēto capitis. Asseret: uendicabit te. Lecticæ pellibus & uelis sternebantur præsertī nuptiales & ritu antiquo sponsi ī pelle lunata sedebant: sed hic de quacūque lectica intelligo. Consulatus: si etiam fueris cōsul Abiget: submouebit. Sella curuli. potes intelligere uel de prætorē uel consule Quem nolis. i. amicum a quo non basia exigimus. id enī sit amoris testimoniū: ꝙ scilicet te nō basiet.

E Cathedra. Ficosā Lesbiam & pinguem deridet: cuius uestes natibus hærebant: quotiēs surgeret. Miseræ tunicæ: uiscatæ. Pædicant: hærent culo. Symplegades: scopuli qui inter se concurrere uidentur: idem dicunt cinacæ & minyæ a Martiale ob cursum quē illac minyæ id ē argonautæ tenuerunt. Nates appositæ: appellauit geminam symplegadem. Vel nimias. i. præ pingues: sed magis placet ut legas minyas. Nec sedeas: sed iaceas natibus supis.

Abere. Obiurgat Flaccum: qui exilē & nullius pene corporis amicā diligat. Pungat: præ macilentia. Sera: species seræ Eminet: uidetur eminere. Carnarius: corpulentia aliqua delector.

Haida. Idem argumētum: miratur oculos Flacci incidisse in eam quæ uix inspici potest: quā cum uiderit dicit eū etiā posse uidere incorporeū īdicans corpore carere eius amicam: quasi dicat amica tua non habet corpus.

On est. Post recentē Lydiæ cōcubitū hoc scribit: quam formosam carnem habere fatetur sed non faciem: nam caret illecebris & insulsa est.

Sed quotiens loqueris carnem quoque lydia perdis:
Et sua plus nulli quàm tibi lingua nocet.
Audiat edilis ne te uideatque caueto:
Portentum est: quotiens cœpit imago loqui.

Carnem: formosum corpus. Aedilis: præfecti templis curandis: si qua imago in templis aut sudasset aut esser locuta putabant portentum. Lydiam immobilem & illecebris carentem appellat imaginem.

Ad sophronium.

Tanta tibi est animi probitas orisque sophroni:
Vt miret fieri te potuisse patrem.

Tanta tibi. Sophroniũ muliebri & molli ore miratur potuisse fieri patrem: non referens hoc magis ad oris mollitiem: q̃ ad probitatem animi. Fieri patrem: idest habere rem cum uxore: simul innuit eum raro cum mulieribus uersatum.

In uxorem.

Vxor uade foras: aut moribus utere nostris
Non sum ego nec curius: nec numa: nec tatius.
Me iocunda iuuant tractæ per pocula noctes:
Tu properas pota surgere tristis aqua.
Tu tenebris gaudes: me ludere teste lucerna:
Et iuuat admissa rumpere luce latus.
Fascia te tunicæque tegunt obscuraque palla:
At mihi nuda satis nulla puella patet.
Basia me capiunt blandas imitata columbas:
Tu mihi das auiæ qualia mane soles.
Nec motu dignaris opus nec uoce iuuare:
Nec digitis tanquã tura merumque pares.
Masturbabuntur phrygii post hostia serui:
Hectoreo quotiens sederat uxor equo.
Et q̃uis ita co stertente pudica solebat:
Illic penolope semper habere manum.
Pædicare negas dabat hoc cornelia graccho
Iulia pompeio: portia brute tibi.
Dulcia dardanio nondum miscente ministro
Pocula: iuno fuit pro ganymede ioui.
Si te delectat grauitas: lucretia toto
Sis licet usque die: thaida nocte uolo.

Vxor uade. Dimittitur uxor a poeta: & fit diuortium allatis causis iustissimi discidii. Curius dentatus arator. Tatius: rex sabinorum qui castissimi habebantur. Surgere: e mensa. Rumpe latus: dicuntur operam ueneri dãtes. Fascia: pectoralis: qua utebantur mulieres. Patet: satis nuda est: quasi dicat nunq̃ tam nuda est quĩ magis nudam esse optem.

Opus nostrum coitum.

Motu: crissatione. Sederat equo. Huius generis coitus meminit Ouidius in arte: sed contrario sensu: nã Hectorem dicit insedisse Andromache equo hectoreo: utebatur Hectore tanq̃ equo: nã ipsa supra erat. tantæ erant illæ illecebræ Andromaches: ut serui uidentes masturbarentur.

Sis lucretia: idest utaris moribus lucretiæ: Thaida: uolo: te habere mores Thaidis & lasciuos.

Ad Garricum.

Mittebas libram: quadrantem garrice mittis
Saltem semissem garrice solue mihi.

Ad Maximum.

Albi maxime si uacabit hora
Hoc tantum lege: nanque & occupatus
Et non es nimium laboriosus.
Transis hos quoque quattuor: sapisti.

Xplicitum. Deridet Septitianum qui legendum librum Martialis susceperat: non studio quidem legendi: sed ut sui quoque a Martiale legerentur: hoc cum poeta intelligat restituto libro scribit. Cornua: usque ad umbilicos: qui quidem ex cornu fiebant: ut scribit Porphirio.

Vamuis. Vltima manus ē undecimi libri ubi se plura potuisse scribere monet: si quis esset qui munera daret: & leuaret difficultatem domesticam. Lupus: usurarius. Diaria: quotidianum uictum dicunt & quidem seruorum: ut hic Martialis accipit & Horatius: Cum seruis urbana diaria rodere mauis. Diaria: item erant libri quibus res quotidianæ continebantur. Solue usuram: dandam lupo & diaria pueris: idest seruis.

Ad septitianum.

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum:
Et quasi perfectum septitiane refers.
Omnia legisti: credo: scio: gaudeo: uerum est:
Perlegi libros sic ego quinque tuos.

Ad lectorem.

Quamuis tam longo possis satur esse libello
Lector: adhuc a me disticha pauca petis.
Sed lupus usuram puerique diaria poscunt:
Lector solue: taces: dissimulasque: uale.

Cio me. Tribus ānis in ꝓuincia tacuerat: nunc prisco amico ueniente scribere incipit. primum autem causam affert silentii sui: deinde in gratiam amici se intermissum opus reuocaturum pollicetur: & additurum librum. Scio: sensus est scio me debeṙ defendere silentii mei contumaciā cuius sum reus. Quæ: desidia. Absoluenda est. excusanda. Inter urbicas occupationes: si etiam fuissem in rebus urbanis occupatus. Molesti: erga diuites quos colimus. Vbi: in q̄ ꝓuincia. Secessimus. i. uidemur secessisse. Quæro aures. i. desidero aures quibus placeant mea carmina: quasi dicat hic nullæ sunt. Alio foro: idest uideor habere causam ubi non sint mei iudices. metaphora est a litigantibus: qui nisi ad suos & præscriptos iudices citentur forū declināt: & litem intermittunt: ita Martialis tanquā apud non idoneos lectores silebat. Auditor: iudiciū auditoris subministrauit

M. Valerii Martialis liber duodecimus.

Scio me patrociniū debere contumacissimæ trienni desidiæ: quæ absoluenda non esset inter illas quoque occupationes urbicas: quibus facilius consequimur: ut molesti potius: q̄ officiosi esse uideamur: ne dū in hac prouintiali solitudine. Vbi nisi etiam intēperanter studeamus: & sine solatio & sine excusatione secessimus. Accipe ergo rationem in qua hoc maximum & primum est quod ciuitatis aures: quibus assueueram: quæro & uideor mihi in alieno foro litigare. Si quid est enim in libellis meis quod placeat: dictauit auditor illam iudiciorū subtilitatem. Illud materiarum ingenium: bibliothecas: theatra: conuentus: in quibus studere se uoluptatibus non sentiunt ad summam omnium ea quæ delicate reliquimus: desideramus quasi destituti. Accedunt his municipalium rubigo dentium & iudicii loco liuor:

materiam scribendi se. Studere omnibus sæculis: non uident se fore imortales. Ad summam omnium. i. postremo. Accedit: additur. Rubigo: ruditas. Municipium: meoꝝ

Vnus aut alter: ratio est præterea quare non scripserim: quoniã q̃uis pauci essent ĩ hoc loco qui carperent mea carmina: tamen non possent non uideri multi in loco exiguo: eo qa scilicet non minus hic unus offenderet: q̃ multi in urbe. Aut alter .i. duo. Imperabo mihi .i. præter consilium meum conferam me ad scribendũ. Refero gratiam .i. cuius meritis non uideor satisfacere. Quæ possum: cum multa plura debeam. Indulgere: relaxare animum. Sua aduentoria: epistola aduentoria dicitur: quæ amico uenienti occurrit. Periclitant̃: non sũt ĩ piculo ut deleãt̃ Seposito nitore non desiderata expolitione. Quod ẽ difficilimũ: cũ tu sis nitidissimus & debeas iure tuo exiger̃ nitorẽ Hispaniẽsis liber: q romana lĩgua ĩ hispania ẽ compositus hispaniẽsis dicit̃: hispanus q ĩ hispania lingua hispana est cõpositus. Petit igit̃ ne desideret elegãtiã: ut plane uideat̃ mittere hispanũ .i. ruditate & lĩgua hispana cõpositũ ex hispania: & nõ hispaniẽsẽ .i. lĩgua romana cõpositũ.

& unus aut alter mali: in pusillo loco multi aduersus quos difficile est habere quotidie bonum stomachũ. Ne mireris igitur abiecta ab indignante: quæ a gestiente fieri solebant: ne quid tamen & aduenienti tibi ab urbe & exigenti negarem. Cui non refero gratiam: si tãtum ea præsto quæ possim: imperabo mihi: cui indulgere consueueram & statui paucissimis diebus ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem aduentoria sua. Tu uelim ista quæ tantum apud te nõ periclitantur diligenter æstimare: & excutere non graueris: & quod tibi difficillimum est: de nugis nostris iudices liuore seposito: ne romam: si ita decreueris: non hispaniensem librum mittamus: sed hispanũ.

Ad priscum.

Retia dum cessant latratoresque molossi:
Et non inuento silua: quiescit apro.
Ocia prisce breui poteris donare libello:
Hora nec æstiua est: nec tibi tota perit.

Ad sua carmina.

Quæ modo littoreas ibatis carmina pyrgas
Ite sacra: iam non puluerulenta uia est.

Ad librum suum.

Ad populos mitti qui nuper ab urbe solebas:
Ibis tu romam nunc peregrine liber.

Etia. Prisco Terẽtio cuius gratia ad carmẽ reuersus est libellũ cõmẽdat legẽdũ: quẽ unius horæ spacio plegi posse ait: quæ quidẽ hora si minus erit plena uoluptatis: certe non tota perdetur: ut ostendat carmẽ suum non usquequaque contemnendum esse. Donare ocia ĩ impartiri tempus. Molossi: populi epiri sunt nobiles oraculo Iouis dodonæi: quod apud ipsos est: inde & uenationibus canes apti mittebantur: ut a spartha peloponnesi spartha ni & a melita melitæi qui erant in delitiis: ut scribit Callimachus: præter sparthanos & molossos tertiũ genus addit Varro ĩ re rustica pastorale. Quiescit ab indagine uenatorum. Hora: quam consumis in legendo libello. Aestiuam horam: dicimus datam relaxationi animi: & plenam uoluptatis.
Perit tibi: male collocatur: quia aliquam capies uoluptatem.

Væ modo. Librum alloquitur quem ut olim ex urbe mittere solebat: ita nunc ad urbem mittit. Pyrgi: urbs in tyrheno littore: unde ad triginta stadia frequentissimũ fuit ceretanorũ emporium: meminit Virgilius: Et pyrgi ueteres intempestæque grauiscæ. de hoc oppido ĩtelligo potius q̃ aut đ turribus ligneis: aut de turri capitonis: quæ ĩ hispania ẽ in media petra: q̃uis pyrgos significat turrim: pyrgos autẽ mitteban̄t carmina: ut inde mitterentur ad urbes pximo portu uel emporio. Modo: cum essem in urbe.

Ad populos. Idẽ argumẽtũ. cõmẽdat libꝝ hispanũ Stellæ poetæ. Nup: supioribus ãnis.

Tetrici: quoniã eius aquis ferrum tẽperatur: uel tetricos: accolas. Hospes. externus. Fratres: libellos. Domus remi: roma. Noui templi: nouum templũ palatium appellat: qđ redditum dicit esse musis fauore Neruæ imperatoris: qui poetas amplectabatur: & apte: nã poetarũ scripta in æde Phœbi palatini erant & recitabantur: eadẽ dicta ædes musarꝫ ĩ palatio: ut Horatius scribit. Reddita: fauore Neruæ. Prima suburra: prima parte suburræ.
Mei consulis: Stellæ: nam consulatũ adeptus erat: ꝑ quo supra Phœbũ sic rogat: Cãpis diues apollo sic murinis.

Auriferi de gente tagi tetricique salonis
Dat patrios manes: quæ mihi terra potens.
Non tamen hospes eris: nec iam potes aduena dici:
Cuius habet fratres tot domos alta remi.
Iure tuo ueneranda noui pete limina templi:
Reddita pierio sunt ubi templa choro.
Vel si malueris prima gradiere subura:
Atria sunt illic consulis alta mei.
Laurigeros habitat facundus stella penates
Clarus hianteæ stella petitor aquæ.
Fons ibi castalius uitreo torrente superbit:
Vnde nouem dominas sæpe bibisse ferunt.
Ille dabit populo patribusque equitique legẽdum:
Nec nimium siccis perlegit ipse genis.
Quid titulum poscis? uersus duo tresue legantur:
Clamabunt omnes te liber esse meum.

Ad priscum.

Quod flacco varioque fuit summoque maroni:
Mecænas atauis regibus ortus eques.
Gentibus & populis hoc te mihi prisce terenti
Fama fuisse loquax: chartaque dicet anus.
Tu facis ingenium: tu si quid posse uidemur
Tu das ingenuæ munera pigritiæ.

Ad Cæs.

Longior undecimi nobis decimique libelli
Artatus labor est: & breue rasit opus.
Plura legant uacui quibus ocia tuta dedisti:
Hæc lege tu cæsar: forsan & illa leges.

In commendationem neruæ.

Contigit ausoniæ procerum mitissimus aulæ

Sititor aquæ hiantheæ: hoc est qui diu optauit Hiantidẽ coniugẽ in cuius ædibus fontẽ fuisse & Papi. carmine testati sumus: & Mart. ipse ĩdicauit: simul alludit ad fontẽ parnassi: nã hiantes populi thraciæ parnasum ĩcoluerunt: Vnde fons hiantheus parnassius dici potest. Vbi apud Violantillã. Torrente uitreo. i. aquis uitreis. Siccis sine lachrymis desiderio mei. Titulũ nomen auctoris.

Vod Flacco prisco gratias agit: ꝙ tanq̃ alter Mecœnas eũ ad poeticẽ reuocauerit. Loquax: celebris fama. Charta anus: carmĩa futura antiq̃ apud posteros. Dicet: narrabit & testabiť. Atauis regibus alludit ad carmẽ Horatii: Mecœnas atauis edite regibus. Vir. & Varrus incognitũ Horatiũ mecœnati conciliauerũt: qđ ipse testatur optimus olĩ Virg. Varrius post hunc dixere qd eẽm.
Ingeniũ desidiæ. i. otii litterarii: contra illiberalis desidia est ignauia.

Ongior. Decimum qđ supra dixit & undecimũ emẽdauit: q̃uis iá eẽnt emissi: multaque detraxit rogat Cæsarẽ ut utrũque ĩ breuitatẽ noua emẽdatiõe redactũ legat: reliquatque legẽdũ ĩtegꝛꝫ his q̃bus ipse opibus suis & liberalitate ociũ dedit: sed cũ doctus sit fortasse etiá đtracta epigrãmata leget. Longior: q erat uald̃ lõgus. Artatus: noua emẽdatiõe. Vacui carẽtes negociis. Nec r̃dacta: ĩ breuitatẽ.

Ontigit. Cõgratulať poetis & uirtuti ꝙ prĩcipẽ doctũ & uirtute præditũ roma hẽat: simul assẽtãdo ait populos romanoꝝ socios optař: ut roma sẽp hẽat talẽ ducẽ & neruá: qa sẽp uiuere non põt diutissime. Contigit: diuinitus datus ẽ. Aulæ ausoniæ: ĩpio romano.

Frui helicone: libere uacare musis. Cauta: prudens & ſapiens & non temeraria: Iam redeunt: in ſæcula noſtra. Metus: hoc dicit in Domitianū: quē metuebant olim. Tuæ: quæ tibi parent. Macte animi: laus Neruæ quē optimum fore uaticinatur principem: cū ei data ſit poteſtas benefaciendi: qua olim q̄uis careret: tamen multis prodeſſe non dubitabat: etiā ſub Nerone crudeli pricipe. Macte: magis aucte & felix. Quē: qualē animū. Quos: quales mores. Hilaris: alioquin ſtoicæ frontis eſſet. Cenſus: exercere liberalitatē: nam qui liberalitatē exercēt dicunt extendere diuitias: quoniam ut ſupra dixit: Quas dederis ſolas ſemp habebis opes. Breues: cito interituros. Quæ dei. i. dare potes quæ dei rogati uix dare poſſunt. Principe duro: Nerone: in cuius aula uerſabaris. Eſſe bonus: exercere liberalitatē.

Oto. Caluā Triphilē appellauit ſupra. i. trium capillorū. hāc urbaniter Ligiæ ineſſe ſcribit. Ligia uero nomen fuit unius ex ſyrenibus: hæc alia eſt. Trima: trium annorum.

Errarū dea. Traianū laudat: cui tā longam uitā fore ait: & tantū īeſſe roboris iuuenilis & lacertorū: ut roma plane confidere poſſit omnes populos aſpectu tāti ducis p̱teritos uēturos ſponte ī deditionē. Secundū: p̱ximū ī laude. q. d. es extra omnē compationē. Computaret: aīo colligeret. Militē: robur militis. Parthorū p̱ceres hi omēs ſūt populi: q ſæpius hoſtes erant populo ro. parthi lingua ſcythica dicunt exules ut Trogus: nā ex oriētali ſcythia migrantes uenerēt ī aſſyriā: ibique locatis domiciliis Parthi dicti ſunt nobiles morte Craſſi & pugna adeo tuti: ut maximos exercitus romanos ſæpe uel eluſerint: uel deleuerint. Seres: Claudio imperante opera liberti Annii amicitiam cum populo romano iniuerunt: magnitudinem humanam non excedunt: rutilis comis: cæruleis oculis: nullum cum externis commertium linguæ habentes: arbores lanigeras habent: unde ueſtes romanis mulieribus texebant: quibus pellucebant. Ferri item & pellium præſtantia abundant: ſupra centum annos uiuere dicuntur: quemadmodum æthiopes macrobii. Seres lingua illa ſignificat ſylius nobiles: ſauromatæ a græcis dicuntur: a noſtris ſarmatæ auctore Plinio. getæ hiſtrum flumen accolentes finitimi ſunt Dacis: quorum ſermone utuntur: ſed notiores ipſi fuerūt græcis: quoniam in utramque ripam euagabantur. Poſſum oſtendere Cæſarem: ideſt habeo quem admiremini: & poſſitis uenerari: hic iuuenis mihi ſatis eſt ad totum orbem in officio continendum.

Nerua: licet toto nunc elycone frui.
Recta fides. hilaris clementia: cauta poteſtas
Iam redeunt: longi terga dedere metus.
Hoc populi genteſque tuæ pia roma precantur
Dux tibi ſit ſemper talis: & iſte diu.
Macte animi quem rarus habet morumque tuorū
Quos numa quos hilaris poſſet habere cato.
Largiri præſtare breues extendere cenſus:
Et dare quæ faciles uix tribuere dei.
Nunc licet: & fas eſt: ſed tu ſub principe duro
Temporibuſque malis auſus es eſſe bonus.

De Lygia.

Toto uertice quot gerit capillos
Annos ſi tot habet lygia trima eſt.

In commendationem traiani.

Terrarum dea gentiumque roma
Cui par eſt nihil & nihil ſecundum.
Traiani modo læta cum futuros
Tot per ſæcula computaret annos
Et fortem iuuenemque martiumque
In tanto duce militem uideret
Dixit præſide glorioſa tali
Parthorum proceres duceſque ſerum
Traces: ſauromatæ: getæ britanni
Poſſum oſtendere cæſarem: uenite.

Alma. Traianus de dacis & ſcythis triũphauit auctore Euſebio: hyberos præterea ſau romatas arabas in fidẽ accepit: agit gratias poeta ꝙ eius triũphis & uictoriis ita ſedata ſit hiſpania ut in quietiſſima uiuat pace. nã palmã accipio ꝓ uictoria q̃uis ſuſpicari liceat proprium nomen eſſe præfecti prouinciæ: quod placet intelligas. Peregrina: hiſpana. Iugo placido: imperii tui. Tuos mores: placidos: docuiſti uiuere moribus tuis.

Abet. Affricani diuitis auariciã carpit: qui cũ multa haberet: plura ſeruilibus officiis aucupabat. Nimis. i. ſupra q̃ neceſſe ſit. Satis quantũ optat: omnes plura cupiunt q̃ habeant.

Ad Cæſarem.

Palma regit noſtros mitiſſime cæſar hiberos:
Et placido fruitur pax peregrina iugo.
Ergo agimus læti tanto pro munere grates
Miſiſti mores in loca noſtra tuos.

De Affricano.

Habet affricanus millies: & tamen captat
Fortuna multis nimis dat: ſatis nulli.

Mittit librum ad Parthenium.

Parthenio dic muſa tuo noſtroque ſalutem
Nam quis ab aonio largius amne bibit:
Cuius pipleo lyra clarior exit ab antro
Quem plus pierio de grege phœbus amat.
Et ſi forte ſed hoc uix eſt ſperare: uacabit
Tradat ut ipſe duci carmina noſtra roga
Quattuor & tantum timidũque breuẽque libellum
Commendet uerbis: hunc tua roma legit.

In Poſthumum.

Omnia promittis cum tota nocte bibiſti
Mane nihil præſtas poſthume mane bibe.

Ad auctum.

Genus aucte lucri diuites habent iram
Odiſſe quam donare uilius conſtat.

Ad priſcum.

Partius utaris moneo rapiente ueredo
Priſce: nec in lepores tam uiolentus eas.
Sæpe ſatiſſecit predæ uenator & acri
Decidit excuſſus nec rediturus equo.
Inſidias & campus habet: nec foſſa nec ager

Arthenio. Parthenio præfecto cubiculario rũ quẽ ſupiore carmine ſæpe appellauit: commendat librũ reddendũ Impatori Tuo: qui te colit: nam doctus erat. Quis bibit plus. i. qs eſt doctior. De grege pyerio. i. inter poetas. Vacabit. i. uacuus erit negociis. Breuẽ: pauca continẽtem. Hũc tua roma legit uerba Parthenii ad Imperatorẽ. Deo: Imperatori. Mando cætera. i. reliqua in arbitrio Imperatoris relinquo: ut ſcilicet det aliquid: quaſi dicat quũ duo mihi optem in hoc: ideſt commendationem & munus: tibi tribuo partes commendationis munus expecto ab Imperatore.

Mnia. In Poſthumũ ebrium qui madidus uino omnia promittebat: ſobrius nihil præſtabat: optat poeta ut cum nunq̃ ſit liberalis: niſi cũ ſit ebrius bibat etiam mane. nam ſi nocte ebrius promiſit & mane ebrius dabit.

Enus aucte. Supra etiam dixit in diuites eos iraſci non iure: ſed quia id ipſos iuuabat quia ſcilicet nihil irati dabant.

Arcius. Priſcum uenatorem fuiſſe ſupra oſtendit epigrãma. Retia dum ceſſant hunc monet ne præcipiti equo imprudentius feratur cum id non fiat ſine capitis periculo. Partius: lentius & tardius. Veredi. equi a uelocitate rhedæ trahẽdæ dicti ſũt quorũ aurigæ ueredarii appellabant. Satiſſecit prædæ: caſu ſuo. Inſidias. loca parata ad mortẽ.

Fallere:uestigia equi. Leuiore:quoniam querela de te esset grauior q̃ de aliis in deos. Laxæ habenæ:equi præcipitis. Equitem:sessorem. Rumpere leporem: defatigare. Rumpere equitem:interimere sessorem.

Vicquid. Traianus ornamenta priuatæ mensæ Domitiani cum primum ad imperiũ peruenit:dicauit Ioui auctore Plinio in panagirico ad Traianum:hoc factum laudat poeta. Parrhasia:palatina. Flamas scythicas:smaragdos scythicos:quod placet potius q̃ de auro scythico quod a formicis & grypibus eruit' nã smaragdi scythici præter cæteros commendabãtur:& in gemmatis poculis erant. Stupet: cum admiratione ĩspicit. Lusus graues:hoc est preciosas lasciuias poculorum. Nuper: sub Domitiano. Iuppiter carebat ornamento & nos pauperes eramus: omibus opibus collatis in suppellectilem priuatam:nihil enĩ nobis dabat.

Ddixti. In eundem fere me sensum est quo in eum qui seruum edit. hic uendit tres agellos & totidem emit pueros. Addicere:est plus precii pollicẽti aliquid uendere: quemadmodum res sub hasta.

Vare tã. Lentini gulam accusat: qui febricitans nullo genere delitiarũ abstinebat: conquerebaturque q̃ febris nõ discederet: poeta respondet eam recte agere: cum tam opulentum & delicatum dominum habeat. Setino:uino quod iudicio Augusti tenuit principatum. Niueam: expressam ex niuibus. Circunfusa rosis idest coronis rosaceis. Nigra: uncta amomo. Purpureo:nam tori purpura tegebantur. Damma lippus erat sordidus & pauper: ut poeta alibi indicauit. Sit tam pulchræ: idest tam bene habeat.

Nec sint saxa licet fallere plana solent.
Non deerunt qui tanta tibi spectacula præstent:
Inuidia fati sed leuiore cadunt.
Si te delectant animosa pericula: tuscis
Tutior est uirtus: insidiemur apris.
Quid te frena iuuant temeraria sæpius illis
Prisce datum est equitem rumpere q̃ leporem.

Adulatorium.

Quicquid parrhasia nitebit aula:
Donatum est oculis deisque nostris.
Miratur scythicas uirentis auri
Flammas iuppiter: & stupet superbus
Regis delitias grauesque lusus.
Hæc sunt pocula quæ decent tonantem:
Hæc sunt quæ phrygium decent ministrum.
Omnes cum ioue nunc sumus beati.
At nuper pudet: at pudet fateri.
Omnes cum ioue pauperes eramus.

In Labienum.

Addixti labiene tres agellos.
Finisti labiene tres cinædos.
Pædicas labiene tres agellos

In Lentinum.

Quare tam multis a te lentine diebus
Non abeat febris quæris: & usque gemis.
Gestatur tecum sella: pariterque lauatur:
Cœnat boletos: ostrea: sumen: aprum.
Ebria setino fit sæpe & sæpe falerno:
Nec nisi post niueam cæcuba potat aquam.
Circunfusa rosis & nigra recumbit amomo:
Dormit & in pluma purpureoque toro.
Cum sit tam pulchre: tam bene uiuat apud te:
Ad dammam potius uis tua febris eat.

Vm tu. Lætus ocio in quod ab urbe diſceſſerat poſt. xxxiiii. annum ad Iuuenalem amicum ſcribit uerſantem in laboribus urbanis: uitæque ſuæ quietem commemorat in qua & ætatem agere uult & mori. Duo ut ſupra dictum eſt fuerunt Iuuenales: quorũ alter conſulatu & hiſtoria Taciti nobilis eſt: alter ſatyrarum ſcriptor ſui temporis: teſtem non habuit præter Martialem qui ad eum ſcribit. Superba: ædita abundans auro & ferro. Fecit ruſticum: uitæ ruſticanæ addixit. Clamoſa: ob clamorem uendentium res.

Ad Iuuenalem.

Dum tu forſitan inquietus erras:
Clamoſa iuuenalis in ſuburra
Aut collem dominæ teris dianæ:
Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga uentilat: uagumque
Maior celius: & minor fatigant.
Me multas repetita poſt decembres
Accepit mea ruſticumque fecit
Auro bilbilis & ſuperba ferro.
Hic pigri colimus labore dulci
Boterdum plateamque celtiberis:
Hæc ſunt nomina craſſiora terris.
Ingenti fruor improboque ſomno:
Quem nec tertia ſæpe rumpit hora:
Et totum mihi nunc repono: quicquid
Terdenos uigilaueram per annos.
Ignota eſt toga: ſed datur petenti
Rupta proxima ueſtis: & cathedra:
Surgentem focus excipit ſuperba
Vicine ſtrue cultus iliceti.
Multa uillica quem coronat olla
Venator ſequitur: ſed ille quem tu
Secreta cupias habere ſylua.
Diſpenſat pueris rogatque longos
Læuis ponere uillicus capillos.
Sic me uiuere: ſic iuuat perire.

Dianæ: cuius foribus pẽdebant cornua boum cum in aliis ceruorum eſſent: auctor Plutarchus. Maior & minor celius: ad colliculos celii refert: qui ita ſurgebant ut ad radicem freques eſſet habitatio ditiorum: nam cliuoſus erat Botrodum: oppidum cum nemore. Plateam: oppidum finitimum. Dulci labore: animi relaxatione. Tertia hora: quæ romæ data eſt cauſidicis. Totum repono: quantum ego uigilauerã romæ: tãtum hic dormio & reſartio quicquid romæ amiſi. Quidam noſtrorum temporum ſcriptor accipit hoc loco Repono pro ſcribo: heu dementiã hominis: o uerecundiam nonne hic de ſomno loqtur. nonne dicit ſe reparare ſomnum dormiendo: quem in urbe uigilando amiſerat. plura in Iuuenalem diximus. Iuuenalis: Meliora ac plura reponit Perſicus orborum lautiſſimus. Reponit: reparat: reſarcit: ut hic. Toga: ueſtis quæ præſtabat officium erga diuites. Petenti: ſcilicet cum ſurgo a cathedra: nam ibi repoſita ueſperi fuerat. & mortẽ oſtendit hominis ruſticantis: qui dum it dormitum ueſtem coniicit in cathedram ſolutus curis: & omnes delitias aſpernatus cõtemnens repoſitoria. Rupta: auget paupertatem: dum ait cathedram quoque ipſam ruptã fuiſſe. Ruptum pro lacerato ſupra dixit: Qui ſanet ruptos: alludens ad morbum & auaritiam ſuorum temporum. Vicini iliceti: proximi luci. Coronat: circundat: Sequitur me egredientem domo. Leuis: politus: nam ruſtici fiebant. Tonſi: abhorrentes a cultu urbano: ubi intonſi erant.

N Termis. Aemylius cũ coenas captaret nolebat uideri id agere: & ne apud diuitẽ coe/naret: post thermas ibidẽ sumebat tantum iẽtaculoꝝ: ut coena non idigeret. iactabat ergo sæpe se non coenare foris quod habebatur ludibrio: poeta ostẽdit cãm quare id faciat quia scilicet in thermis lautum sumat prandium. In thermis: nam captatores coenarum lauabantur prius cum diuitibus in thermis: postea sequebantur coenam paratam. Sumit gustat: ita inanem hominis iactantiam eludit.

Vare. Themison di scipulus fuit Asclo/piadis medici: alter hic ẽ q sorore utebaẽ ꝑ uxore.

Vnicipẽ. Marcellam hispanã laudat: quæ & uoce & moribus roma/na plane uidebaẽ. Tã ra/rum. i. tãtã grauitatẽ cum comitate coniũxisti. Cer tabit. grauitate & moribus Suburra regio urbis dice batur: uel quod sub muro terreo carinarũ eẽt: uel ut Iunius scribit sub antiqua urbe. Peregrini partus: sẽ sus ẽ ne filii ex te nati cito te agnoscẽt putantes te eẽ mulierẽ romanã: non hi/spanam. Risu autem filii se parentes agnoscere testa tur Virgilius: icipe parue puer risu cognoscere ma/trẽ. Peregrini partus. i. natus ex te peregrina. Du cat: putet romanã: & nõ hi spanã. Iubes esse: facis ut minus desiderẽ romã. Fa cis romã: repræsentas mihi romam: cum te audio.

Vam sit lusca. Phile nis lusca & deformis erat tanta deformitate: ut si esset cæca minus uide/retur: nam cum alterum habeat oculum: & cætera conueniant habet formã mentulæ: ut supra: Non basio te phileni lusca es.

Entibus. Lælia anus accersitis capillis & dẽtibus uolebat puella ui deri: oculi deformitatem quo carebat non poterat e mẽdare ĩ quo iocaẽ poeta.

De Aemilio.

In thermis sumit lactucas oua lacertum
Et cœnare foris se negat æmilius.

Ad Fabullum.

Quare non habeat fabullæ quæris
Vxorem themison: habet sororem.

Ad Marcellam.

Municipem rigidi quis te marcella salonis:
Et genitam nostris quis putet esse locis?
Tam rarum: tam dulce sapis: pallatia dicent
Audierint si te uel semel esse suam.
Nulla nec in media certabit nata suburra
Nec capitolini collis alumna tibi.
Nec cito ridebit peregrini gloria partus
Romanam deceat quam magis esse nurum.
Tu desiderium dominæ mihi mitius urbis
Esse iubes: romam tu mihi sola facis.

De philenide.

Quam sit lusca philenis indecenter
Vis dicam breuiter tibi fabulle.
Esset cæca decentior philenis.

In Leliam.

Dentibus atque comis: nec te pudet uteris emptis:
Quid facies oculo lelia: non emitur.

Ad iuuencum de couinno.

O iucunda couinne solitudo
Carruca magis essedoque gratum
Facundi mihi munus eliani
Hic mecum licet hic iuuence quicquid
In buccam tibi uenerit loquaris.

IOCVNDA. Couinnus currus britanicus erat qui sine auriga equis pusillis trahe batur: hunc donauit Elianus Martiali: eius laudat solitudinem. alloquiturque co/uinnum. Essedum genus currus. couinni meminit Lucanus. Et docilis rector mon strati belga couinni. Iuuante. quoniam ego ero adiutor.

Vector niger:ſeſſor maurus. Equi libyci:equi maſſylei. Succintus:uelox:contra diſcĩctus piger. Manni:equi puſilli dicuntur:quos uulgo burdos uocabant:hi ſine rectore currum regebant. Horatius:ſi per obliquum ſimilis ſagittæ terruit mannos:id eſt mánulos mannorum meminit Pompeius. Timerem tertiam aurem:id eſt non timerem ne ipſe ad alium uerba noſtra deferret. Sic: mutui ſermonis libertate.

Vm rogo te. Theleſinum fœneratorem accuſat:qui pecuniã non eius fidei: ſed pignoribus credat. Habes dicis habere. Carus:delator tempore Domitiani ut in commentariis Iuuenalis teſtimonio epiſtolæ Plinii demonſtrauimus. Adſit:defendat cauſã tuã. Exilii ſi fueris dãnatus. Agellus eat: ueniat tecum agellus: nã hic credidiſti pecuniam non mihi.

Non uector libyci niger caballi
Succinctus:nec curſor antecedit
Nuſquam eſt mulio:mannuli tacebunt.
O ſi conſcius eſſet hic auitus
Aurem non ego tertiam timerem
Totus quam bene ſic dies abiret.

In Theleſinum.

Cum rogo te nummos ſine pignore:nõ habeo inquis
Idem ſi pro me ſpondet agellus:habes.
Quid mihi non credis ueteri theleſine ſodali
Credis colliculis arboribuſque meis?
Ecce reum carus te detulit:adſit agellus
Exilii comitem quæris:agellus eat.

In ſeniam.

A latronibus eſſe te fututam.
Dicis ſenia:ſed negant latrones.

In Cinnam.

Poto ego ſextantes tu potas cinna deunces
Et quereris quod non cinna bibamus idem.

In auarum amicum.

Sexaginta teras cum limina mane ſenator
Eſſe tibi uideor deſidioſus eques.
Quod non a prima diſcurram luce per urbem
Et referam laſſus baſia mille domum.
Sed tu purpureis ut des noua nomina faſtis
Aut numidum gentes capadocum ue petas.
At mihi quem cogis medios abrumpere ſomnos
Et matutinum ferre patique lutum.
Quid petitur rupta cum pes uagus exit aluta
Et ſubitus craſſæ decidit imber aquæ.
Nec uenit ablatis clamatus uerna lacernis.

Latroĩbus. Latrones dicunƭ q latus cuſtodiũt:unde idẽ & cuſtodes ſũt qui aſſiſtũt regi:& qui obſidẽt itinera. Senia cũ nollet uideri fellatrix prædicabat ſe a latronibus fuiſſe fututã:poeta negat eos futuiſſe: & irrumaſſe: in quẽ ſenſũ ſupra dixit: Hi puto non dubie ſe futuiſſe negãt. Negãt:q irrumãt.

Oto ego. Cinnam conquerentẽ ꝗ Martialis aliud potaret uinũ: q̃ ipſe:reprimit hoc diſticho:non dabaƭ ei bonũ uinũ:quoniã nimiũ potabat Bibere idẽ ẽ bibere idẽ uinũ:Bibere idẽ ẽ tantundẽ potare:quod Martialis intelligens fateƭ ſe idem nõ potare intelligens tantundem:quibus uerbis notat ebrietatẽ Cinnæ. Deunces:uaſa.xi:ũciaꝝ ad menſuram.

Exagita. Senatorem accuſat:qui plurima diuitum limina adibat:ut ſalutaret:ſimul obiurgabat poetam: ꝗ deſidioſus eſſet:cum ipſe ſenator obiret officia ĩ diuites:& Martialis eques idem non faceret:reſpõdet poeta:& cãm docet cur idẽ mũus nõ ſubeat:qa.ſ.ille ex ſalutationibus ſuis aut cõſulatũ aſſequebaƭ:aut magiſtratus:poeta ex his laboribus uix cœnulã. des .i.cõſulatũ: Matutinũ.i.iter matutinũ. Vagus:nõ cõſtructo calceo. Aquæ craſſæ:ſudoris.

Accedit gelidam seruus ad auriculam.
Et rogat ut cœnes secum letorius inquit:
Viginti nummis non ego malo famem.
Quod sit cœna mihi: tibi sit prouincia merces:
Et faciamus idem: nec mereamur idem.

De Hermogene fure.

Hermogenes tantus mapparum pontice fur est:
Quantus nummorum uix puto massa fuit.
Tu licet obserues dextram: teneasque sinistram:
Inueniet mappam qua ratione trahat.
Ceruinus gelidum sorbet sic alitus anguem:
Casuras alte sic rapit iris aquas.
Nuper cum myrino peteretur missio læso:
Subduxit mappas quattuor hermogenes.
Cretatam prætor cum uellet mittere mappam:
Prætori mappam surripit hermogenes.
Attulerat mappam nemo: dum furta timentur:
Mantile e mensa surripit hermogenes.
Hoc quoque si deerit medios distringere lectos:
Mensarumque pedes non timet hermogenes.
Quamuis non modico caleant spectacula sole:
Vela reducuntur: cum uenit hermogenes.
Festinant trepidi substringere carbasa nautæ:
Ad portum quotiens paruit hermogenes.

Gelidam: refrigerato sudore. Non ego malo: non debeo magis uelle. Idē faciamus: id est eosdem labores. Non habeamus: idem. s. precium.

Ermogenes. Tigelius Hermogenes citharœdus fuit suauitate cantus Iulio Cæsari primum placuit: tum Cleopatræ: hic nomen fictū ē in fure appositū: nā hermogenes dicitur natus ex Mercurio: Autolycus aūt Mercurii filius furacissimus fuit: ē igitur Hermogenes alter Autolycus: sed his mappas subripiebat in quaꝝ furtis recensendis poeta risū mouet. Bebius Massa: spoliatæ prouinciæ accusatus est tēporibus Domitiani: quā accusationem peregit Pli. ut ipse multis in locis epistolarum testatur. Bebii item meminit tacitus: quē africæ prouintiæ procuratorem fuisse scribit. Massam Senetio bithinicæ ꝓuītiæ aduocatus oppugnauit uehemēter: quod nonnulli scribūt de Massa numulario: nondum comperi: cum delatorem reum uellet nominare Iuuenalis inquit: Quem Massa timet quem munere palpat Carus. Trahit: subripit

Halitus: spiritus ceruorum auctore Lucretio & Plinio serpentes etiam e cubiculo renitentes extrahit. Iris: quæ fit ex mixtura nubium: & percussione radiorum solis: ut scribit Plinius: aquas ad se trahit Lucretius: Tum color ī nigris existit nubibus arci: & cætera. Mirinus: gladiator erat: ut supra: Cum peteret pars hæc mirinum. Is uolebat missionem impetrare: amicisque parauerat conuiuium. Læso debilitato: nā debilitati gladiatores uulneribus missionem īpetrabāt. Iuuenalis Sergiolus iā radere guttur Cœperat: & reqē secto separe lacerto. Cretatā: cādidā: nā prætores ex ludis suis mappā mittebāt ī eū: hoc ē emittebāt ī eū q ī circo aurigaret. Trāquillus de Nerone aurigāte: Aliquo īquit libertoriā mittēte mappā: ūde magistratus solēt: Expone igit̄ mitteret. i. emittere uellet: Auguriāti ī circo Hermogenes subiēs clā subripuit. Distrīgere: nudare & spoliare. Pedes mensaꝝ: nā ad pedes sedebāt serui. Vela: qbus theatrū tegit̄. Substringere: colligere. Calui linigeri: sacerdotes Isiaci dicebāt: ꝗ & rasi eēnt & lineo uterent̄ habitu: Nam tertio quoque die tondebantur: ne pilorū sordibus inter sacrificandum piaculum committerent: ut Herodotus. Lineum fuisse habitum illorum testatur Tacitus: qui ubi Tranquillus dixit de Domitiano: Mane Isiaci celatus habitu inter sacrificulos uanæ superstitionis: scribit solertia liberti lineo amictu turbæ sacrificolarum immixtus. Ouidius: Nunc dea linigera collitur celeberrima turba. Fiebant potissimū ægyptiorum sacerdotum uestes ex lanugine: quæ ex frutice gosipio nascebatur ad superiorem partem ægypti: alii xilon dixerunt: unde uestes xilinæ appellabantur.

Sistrata: Isidis sacerdotes baculo: quem sistrum appellabant utebantur: & supra poeta dixit: Et pilata subit: itaque reditque cohors.

Iccus. Aper cum pauper esset: parcam habebat mensam: uolebatque uideri id agere instituto & moribus suis: poeta deridet: aitque sibi non uideri laudandum Aprum: q̄ sobrius sit: quoniā ea laus sit in seruo: hoc ait secutus sectam suam epicuream: in qua non sobrium esse: sed indulgere gēio laus erat. Non amicum: q̄a uolo amicū q̄ idulgeat gēio.

Linigeri fugiunt calui sistrataque turba
Inter adorantes cum stetit hermogenes.
Ad cœnam hermogenes mappam non attulit unq̄
A cœna semper rettulit hermogenes.

Ad aprum.

Siccus sobrius est aper: quid ad me:
Seruum sic ego laudo: non amicum.

De hortis marcelle uxoris.

Hoc nemus: hi fontes: hæc textilis umbra supini
Palmitis: hoc riguæ ductile flumen aquæ.
Prataque: nec bifero cessura rosaria pesto
Quodque uiret iani mense nec alget olus.
Quæque natat clusis anguilla domestica lymphis:
Quæque gerit similes candida turris aues.
Munera sunt dominæ: post septima lustra reuerso
Has marcella domos paruaque regna dedit.
Si mihi nausicæ patrios conecderet hortos:
Alcinoo possem dicere malo meos.

In Vacerram.

O iuliarum dedecus calendarum
Vidi uacerra sarcinas tuas uidi.
Quas non retentas pensione pro bimæ
Portabat uxor ruffa crinibus septem.
Et cum sorore cana mater ingenti.
Furias putaui nocte ditis emersas.
Has tu priores frigore & fame siccus:
Et non recenti pallidus magis buxo:
Irustuorum temporum sequebaris.

Oc nemus. Marcella cuius supra meminit irriguos hortos ei donauerat: quos hic epigāmate celebrat. Textilis: umbra dicitur: quæ ex textis & insertis inuicem ramis fit. Supini: iacentis & hærentis. Ductile: quod aliūde deriuatur. Pæstum: opp. Lucaniæ ubi rosæ uernāt bis singulis ānis: ut triferæ dicuntur in sannio. Olus de caule intelligit: cuius p̄petua uiriditate hyems: et uernat: & colliculi Apitii ī dustria pruina ad condimenta parabantur. supra: Algentem modo qui reliquit hortum. Nec alget nec ullum signū frigoris præbet. Turris: peristeriū siue columbarium. Cādida: nam calcæ ex præcepto Columellæ tectoria obstruebantur colūbaria: ne feles & meles possent irrepere. Similes aues: columbas candidas. Regna agellum. Nausicaa filia fuit Alcynoi regis phæacū quæ naufragum Vlyxem ad regiam paternam ex litore produxit: longum extat Homeri carmen. horti autem & pomaria Alcynoi inclyta sunt monumentis & græcorum & latinorum. Bifera erant: ut scribit Homerus: & Papinius: q̄d bifera alcynoi referam pomaria regis. Malo meos potius uolo quos dedit: Marcella q̄ tuos.

Iuliaꝝ. Vacerrā deridet: q̄ calēdis iuliis rus migrabat: ut diues uideret & alicuius æstiuationis: nā calēdis iuliis: ut ex Tranq. ī Tiberii uita ꝑcipi licet: senatores migrabāt rus: nec āte licebat secedere: nisi auaro & ignobili: poeta recēset Vacerræ totā supellectilem eūti rus: & eius q̄dē īopiā deridet: q̄ soleni die migrabat. Pro bina: ꝑ pēsione duoꝝ annoꝝ. Ingēti. adulta & carēte uiro. Irus: mēdicus fuit Itacēsis cui nihil erat roboris: præter liguā: erat aūt binomius: nā olī dicebat Arneus: postea Irus a loq̄citate mēdicitatis: Homerus Arneo nomē erat: q̄d ididit mater īfanti. Irū pueri oēs uocabāt: supra: Iro pauper licet fuissē

Cliuum aricinum:id est omnes pauperes:quia aricinum locum tenent. Tripes:qui tribus pedibus substentabatur. Matella:uas urinarium. Meiebat:effluebat. Suberat:supposita erat. Impudicus fedus. Geres:genus locaustarum:ut scribit Plinius:supra:Teque iuuant geres. Menæ:pisces qui colorem hyeme mutant. Casei tolosani:ex gallia caseus neumasensis optimus erat:afferrebantur inde tolosates mali saporis. Quadrima:quattuor annis seruata. Pulei manipulum seruare docet Cato in re rustica ad rustica cibaria condienda. Coronam:manipulum. Restes:appellant colligata allia. Derides:quid uideris deridere uillicos tam tenui supellectile: dum eorum paupertatem ipsis ad quos accedis repræsentas. Ponti:proseuchæ pontis: id est ista supellectile habitare inter mendicos ad pontem non cum uillicis. Gratis: sine pensione.

T pueros. locus est ex dictione Ficetum dicitur locus ubi multæ arbores ficulneæ sunt. Item ficetũ potest dici ubi multi sunt laborãtes fico morbo:cum Labienus hortos uendiderit:& emerit pueros laborantes fico morbo quem assidua subagitatio creabat. Ficum habet: id est multos ficosos: quũ poeta uideatur dicere:nihil nisi consitum ficis.

Riginta. Consiliũ est a perito:ut si uelis agere felicem uitam:nulli te facies nimium familiarem:nam neque felicitate amicorum nimium ita poteris efferri:nec calamitate nimium torqueri. siue enim nimium gaudeas: siue doleas nimium:perturbatio est uitæ quietæ. Iocunda: pars uoluptatis. Bicolor: niger & ruber. Candida turba:candidorum lapillorum. Cauere: declinare. Morsus tristem mœrorẽ animi.

Migrare cliuum crederes aricinum
Ibat tripes grabatus & bipes mensa:
Et cum lucerna corneoque cratere
Matella curto rupta latere meiebat.
Focum ferentis suberat amphoræ ceruix
Fuisse geres aut inutiles mænas
Odor impudicus urcei fatebatur.
Qualem marinæ misit aura piscinæ:
Nec quadra deerat casei tolosatis.
Quadrima nigri nec corona pulei
Caluæque restes alleoque cepisque
Nec plena turpi matris olla resina
Summiniane qua pilantur uxores.
Quid quæris edes uillicosque derides
Habitare gratis o uacerra cum possis:
Hæc sarcinarum pompa conuenit ponti.

De labieno.

Vt pueros emeret labienus uendidit hortos
Nil nisi ficetum nunc labienus habet.

Ad Iulium.

Triginta mihi quattuorque messes
Tecum si memini fuere iuli.
Quarum dulcia mixta sunt amaris:
Sed iocunda tamen fuere plura.
Et si calculus omnis huc & illuc
Diuersus bicolorque digeratur.
Vincet candida turba nigriorem.
Si uitare uelis acerba quædam:
Et tristes animi cauere morsus:
Nulli te facias nimis sodalem.
Gaudebis minus & minus dolebis.

Anq̄. Eodem argumento supra scripsit in Seniam: quæ ut fellationis crimen dissimularet dicebat se esse fututam a latronibus: nam hic Callistratus dicebat se esse præcisum: cum irrumationis crimen uellet tegere: quod poeta indicat ex coniectura. nemo enĩ scelus aliquod fatetur: nisi maius uelit dissimulare. Tanq̄ uiuas mecum: tanq̄ mihi soli omnia aperias. Tacet plura: uult dissimulare grauiora: & qui fellant: ut diximus tacent.

In Calistratum.

Tanq̄ simpliciter mecum calistrate uiuas:
Dicere præcisum te mihi sæpe soles.
Non es tam simplex q̄uis calistrate credi:
Nam quisquis narrat talia: plura tacet.

In Labullum.

Libras quattuor aut duas amico
Algentemque togam breuemque lænam
Interdum aureolos manu crepantis
Possint ducere qui duas calendas
Quod nemo nisi tu labulle donas.
Non es crede mihi: bonus quid ergo?
Vt uerum loquar optimus malorum,
Pisones senecasque memmiosque
Et crispos mihi redde: sed priores
Fies protinus ultimus bonorum.
Vis cursu pedibusque gloriari
Tigrim uince leuemque passerinum:
Nulla est gloria præterire asellos.

In nasutum.

Nasutus nimium cupis uideri:
Nasutum uolo: nolo polyposum.

Ad Candidum.

Hunc qui fœmineis noctesque diesque cathedris
Incedit tota notus in urbe nimis.
Crine nitens niger unguento perlucidus ostro
Ore tener: latus pectore: crure glaber.
Vxori qui sæpe tuæ comes improbus hæret
Non est quod timeas candide: non futuit.

Ibras. In Labullum qui paruis muéribus uolebat uideri liberalissimus: cum homines sui tẽporis auaros superaret: poeta ait eum dignum eẽ laude: facile enim est auaros liberalitate superare: ꝙ si contendet cum antiquis: erit illorum ultimus: quũ sibi uideatur suorum temporum primus. Aureoli nummismata erant. quæ præter cætera tinitum habebant: ut supra: Qui crepet aureolos forsitan unus erit. Ducere: substentare amicum duobus mensibus. Optimus: liberalissimus auarorum. Redde mihi: repræsenta liberalitate tua. Sed priores: antiquos nostri temporis. Fies ultimus: quia ultimum locum non assequeris. Tigrim: supra: Vtrũ ne currat Passerinus aut tigris: nam uelocissimi erãt: comparat Tigrim & Passerinũ antiquis: Asellos nõuis & recentioribus.

Asutus. Nasuti dicuntur qui acriter iudicant: In eos scribit: qui ut scire aliquid uiderent acriter potius q̄ perire iudicabãt: ex metaphora igitur huiusmodi homĩes appellat polyposos. polyposi sunt quorum nasus polypo morbo in fœdam magnitudinem excrescit. Nasutus nimium iudicator.

Vnc qui. Mollem designat: qui uxori Candidi amici hærebat: ut uir uideretur cũ esset cinædus. Non est ꝙ timeas: non debes timere. Glaber: crure: depilato crure. Improbus: insatiabilis. Non futuit: quia est cinædus. supra: Irrupi lupe non erat cinædus: qa scilicet ille futuebat: sed hic præcidebat.

Di te. Sabellũ deridet: qui bellus nolebat dici cũ perabsurda sit appellatio uoce ipsa:
ut dicas Sabelle belle: bellũ mutilato noïe a Sabello: Belle: iocus est in uoce. Tabe-
scas: fias tabidus. Alludit ad illud res putida: nã res putidæ tabescũt: uolo inqt potius bellũ
q̃ Sabellũ. i. mallẽ tantũ bellũ præcurto nomine q̃ sabellum bellum. Nam bis bellũ ita in
culcamus. Sabellæ bellæ: uocantis est & deridentis inculcationẽ nomĩs dicereris inepte.
Entiris. In Pontilianũ qui poetæ omne genus officii præstanti nihil dabat: sed polli
cebat̃ se daturũ post
mortem: nihil ait se uelle
Martialis nisi ut moriatur
ut ostẽdat eum stultũ qui
amico ex morte spem ꝓpo
nat: cũ ea sit cã non conci
liãdi amici: sed ut mortem
optet. Dissimulo: ostẽdo
non audiuisse. Vincor: ce
do. Gemma: latronibus.
Quã facis: pædicas. Ac
cipiam bene te. i. bonis reli
ctis bene tecum agam.
On est. In Tuccã qui &
gulosus erat: & ita uo
lebat uideri. eodẽ argumẽ
to supra in eũ qui uolebat
uideri pauper & erat.
Arbatus. Seniorũ nu
ptias celebratas iusto
ferme ritu testat̃ Iuue. Nu
bit amicus dixit: & Nero
suo Pythagoræ nupsit: qui
& Doriphorus dicebat̃: nu
per Callistratus Aphro nu
pserat celebratis nuptiis in
quo poeta urbis patiẽtiã de
testat̃: ꝙ sileat tanq̃ partũ
expectet. Rigido. i. mẽtu
lato & mutoniato: erat enĩ
draucus. Faces: tædæ ge
niales: nã ante ferebant̃ fa
ces una cũ aqua: ut ait Var
ro. Talasso nuptiarũ deo
ꝓpriũ erat carmen. supra:
Quid si me talassionẽ Iu
beas uerbis dicere nõ taliaſ
sionis. Vt pariat: ut illud
Iuue. Interea tormentũ in
gens nubentibus hæret:
Quod nequeant parere &
partu retinere maritos.

In sabellum.

Odi te quia bellus es sabelle:
Res est putida bellus & sabellus:
Bellum denique malo q̃ sabellum
Tabescas utinam sabelle belle.

In pontilianum.

Mentiris credo: recitas mala carmina laudo:
Cantas canto: bibis pontiliane bibo.
Pedis dissimulo: gemma uis ludere uincor:
Res una est sine me quam facis: & taceo.
Nil tamen omnino præstas mihi: mortuus inquis
Accipiam bene te: nil uolo sed morere.

In tuccam.

Non est tucca satis quod es gulosus:
Et dici cupis & cupis uideri.

De Calistrato & aphro.

Barbatus rigido nupsit calistratus aphro:
Hac qua lege uiro nubere uirgo solet.
Præluxere faces: uelarunt flammea uultus:
Nec tua defuerunt uerba talasse tibi.
Dos etiam dicta est: nondum tibi roma uidetur
Hoc satis: expectas nunquid & ut pariat.

In sabellum.

Facundos mihi de libidinosis
Legisti nimium sabelle uersus:
Quales nec didimi sciunt puellæ
Nec molles elephantidos libelli.

Acundos. Sabelli poetæ impudentiam carpit: qui composuerat carmen de uario
concubitus genere: aitque eum non debuisse tanti facere igenii & eloquentiæ suæ lau
dem: ut hæc scriberet puellæ Didimi: mangonis: qui Didimus dicebatur: nam Spasio & he
mus puellas quidem habebant molli carmine eruditas. Papinius: diues Spasio: quos agit
tumultus: Hunc intrant faciles hemi puellæ: sed didimus molliores habebat: nomen tali
magistro conuenit: cũ supra legerimus didimũ spadonẽ & mollem. hoc magis placet: q̃ ut
dicas didymi. i. phrygiæ a monte didymo. Elephantis scripsit uaria concubitus genera:
ex eius libris Tiberius cubiculum instruxit editis picturis: quales libri designabant: & Vir-
gilii lasciuo carmine Elephantis nobilis est: ubi Lalage tabellam unam dicat Priapo.

Illic:in libris tuis. Nouem:nouem genera concubitus. Taceant:fellationem. Quo symplegmate:id est quo amplexu:Symplegma est complicatio. Catena: serie in specie catenæ. Tanti:id est tanti non debebas facere te haberi disertũ:ut hæc scriberes: debuisses in aliis rebus eloquentiam & ingenium ostentare.

Nice cognato:Ad.M.Viricum:qui elegiacum carmen scribebat:& abstinebat heroico:ne æmulus fratri uideretur:quemadmodum supra dixit de Turno in Memorem

Sunt illic ueneris nouem figuræ
Quales perditus audiat fututor.
Præstent & taceant quid exoleti
Quo symplegmate quinque copulentur
Qua plures teneantur a catæna.
Extinctam liceat quid ad lucernam.
Tanti non erat esse te desertum.

Ad Vnicum.

Vnice cognato iunctum mihi sanguine nomen
Quique gerit studiis corda propinqua meis.
Carmina cum facias soli cedentia fratri
Pectore non minor es:sed pietate prior.
Lesbia cum tenero te posset amare catullo
Te post nasonem blanda corynna sequi.
Nec deerant zephiri:si te dare uela iuuabit
Sed tu littus amas:hoc quoque fratris habes.

Ad Phœbum.

Hædina tibi pelle contegenti
Nude tempora: uerticemque caluæ
Festiue tibi phœbe dixit ille
Qui dixit caput esse calciatum.

Ad Classicum.

Vendunt carmina:gallus & lupercus
Sanos classicæ nunc nega poetas.

In Habentem uarios mores.

Difficilis:facilis:iucundus:acerbus es idem
Nec tecum possunt uiuere:nec sine te.

In Lautum Inuitatorem.

Boletos & aprum sic tanquam uilia ponis
Et non esse putas hæc mea uota:uolo
Si fortunatum fieri me credis:& hæres

Cognato sanguine:quia erat affinis. Propinqua: qui eadẽ studia amas quæ ego. Lesbia: amica Catulli. Te posset amare: adeo eleganter scribis.

Zephyri:fauor ingenii.

Dare uela: scribere graue carmen:tractum a nauigantibus. Habes fratris:& in hoc fratris officium demonstras:quoniam non uis certare cum posses.

Aedina:Pellicea ueste utebantur olĩ quã scorteam uocabant:ut dicetur ĩ distichis: Phœbus nuper caput texerat indumento corii:quidã iocans dixit eũ habere caput calceatum: quod urbãiter & uere dictum poeta laudat

Nuda tempora: nã hic carens pilis:pellem hædi apposuerat:ut ita caluam tegeret & ostentaret pilos.

Endunt:Gallus & lupercus mali poetæ insani habebãtur: tam malorum carminum emptores inueniebant iam sanos & prudentes esse dicit qui sciant uendere mala carmina.

Ifficilis:In uarium amicum cuius moribus modo alienabatur:modo alliciebatur.

Tecum propter acerbitatem. Sine te: propter iucunditatem.

Oletos: Ex stomacho scribit epigrãma in captatorem: qui cœnam dabat ut scriberes hæres quã cœnã:& si lauta uidetur acerbissimam sibi esse scribit poeta: neque tangi a se:sed malle inuitari ad tenuem cœnam:quam possit reddere. Si tanquam uilia:si lege & non sic ut mendosi habent codices:tanquam uilia:id est tanquam paruifaciens ea. Mea uota:id est me capi iis cibis. Volo:gustabo.

&

Vale: non cœnabo tecũ. Protinus immo nihil. i. cum primum fuerimus cœnati: nihil erit: nam gulæ uoluptas statim finitur: prӕterea ea tota conuerteretur in emissionem uentris: quæ a cane lambetur: aut in lotium uersa fundeť ĩ testam proximã uiæ: quodque grauius ẽ hoc unũ in cœna lautissima manet: ut sulphureo colore simus: & podagrosi. Spongia: & ad mensas tergendas utebanť: & ad uasa demissione uentris polluta: ea dicebať spõgia dãnata: damnata enim instrumentũ dicimus turpibus misteriis dicata. Infelix spongia: dicata tã uili ministerio. Sciat: sentiat abstergendo. Damnatæ uirgæ: nã spongia uirgæ alligabatur. Nec quicunque cãis: id ẽ quid erit mihi coena: quã paulo post in stercus emissam canis lambet. Verecunde se ex ea coena nihil habituꝝ significat: dũ uult ostendere se paruifacere. Testæ: uiis proximæ erant in quas prӕtereũtes meiebant. Titius in oratione qua legẽ fãniã suasit: Dũ eunt nulla est in angiporto amphora: quam nõ impleãt quippe: qui uessicam plenã uini habẽt. Pedes carnifices: podagrosi.

Albana: epulũ in albão ĩstituerat Domitiãus. i. nõ tanti facerẽ epulũ albanũ ut uellẽ pati hæc. Nec capitolini: ĩtelligit de. vii. uiris epuloĩbus q ĩ capitolio epulabanť. Dapes pontificũ: lautiores & luxuriosæ erãt: hæ dicebãť adipales: ut alii scribũt adiiciales Festus: & Pli. auctores. uide Macrobiũ de coena Metelli pontificis q̃ lauta fuit. Ipse deus: uel Iuppiter uel iṗator. Imputet: si laudat & magnificat. Vappa: significat fæcẽ uini: ut Probo placet: ut alii scribũt uilius uinũ ẽ. Perfida. i. uenenata. Magister structor cœnarũ. Suṗba: felicia & magnifica. Capiãt: denũtiant & delectẽt. Subitas: ad ĩpatos cibos.

Vis scribi propter quinque lucrina: uale.
Lauta tamen cœna est: fateor lautissima: sed cras
Nil erit immo hodie protinus immo nihil:
Quod sciat infelix damnatæ spongia uirgæ:
Vel quicunque canis: iunctaque testa uiæ.
Mulorum leporumque & suminis exitus hic est:
Sulphureusque color: carnificesque pedes.
Non albana mihi sit comessatio tanti:
Nec capitolinæ pontificumque dapes.
Imputet ipse deus nectar mihi: fiet acetum
Et uaticani perfida uappa cadi.
Conuiuas alios cœnarum quære magister:
Quos capiant mensæ regna superba tuæ.
Me meus ad subitas inuitet amicus ofellas
Hæc mihi quam possum reddere cœna placet.

Ad Pædagogum.

Crinitæ line pædagoge turbæ:
Rerum quem dominum uocat suarum:
Et credit cui postumilla diues
Gemmas: aurea: uina: concubinas.
Sic te perpetua fide probatum
Nulli non tua præferat patrona:
Succurras misero precor furori:
Et serues aliquando negligenter
Illos: qui male cor meum perurunt:
Quos & noctibus & diebus opto
In nostro cupidus sine uidere
Formosos: niueos: pares gemellos:
Grandes: non pueros sed uniones.

Rinitæ: Linus pædagogus libertus Postumillæ tantæ erat apud patronam gratiæ: ut ei committerentur gemmæ: concubini: totum penu: poeta nunc geminos poscit cum uideatur uelle petere pueros geminos: petit uniones. Acumen poetæ ex eo est ꝙ ad exitum usque epigrammatis habet lectorem suspensum: quasi petiturus sit concubinos: quum tandem petat uniones. Turbæ crinitæ: puerorum crinitorum. Nulli non: omnibus. Pares: laus est unionibus. Non pueros: scilicet peto ut putabas: sed uniones: & ita risum mouet.

Aphnonas: Diuitis auaritiã deridet: qui locum amoenum parauerat arboribus: porticibus: balneis: riuulis aquarum: nusquã aperta coenatione amicis. locũ igitur pulchrũ habebat ad non habitandum: cum nec dormiret illic nec coenaret. Daphnones: loca lauro consita: dicuntur latine laureta. Solus habes: superas alios lauretis. uel solus habes: qa hæc non communicas cũ amicis: quos coena non accipis: ut supra: Omnia solus habes. Iuuenalis: Gentis uitio nunq̃ partitur amicũ solus habet. platani ad umbram tantũ serebãt

Cyparissos: cupressos: cyparissus cupressũ significat: nam in delitiis erat cupressus quæ uariis anialiũ figuris formabat. Nõ unius balnea: non priuata sed magnitudie ꝓpe publica. Stat: erecta est cẽtenis colũnis substẽtata. Onyx: lapis onichites: q in pauimẽtis & thermis erat preciosus. onyx pauimẽtũ ex onichite lapide. Hippodromos: spacium est quo equi cursus exercet hippos græce latine significat equum dromos cursũ: hic accipit locũ spaciosũ quo currẽs equus posset euagari. Vngula fugax. i. ungula celeris. Vbique sonat: ubique resonat. Vbique: toto domicilio. Sed nusq̃ locus cœnãtibus. i. nusq̃ ẽ cœnatio & nec locus ubi dormias: cũ ergo nõ habeas hæc nõ habes ubi habites: erat enĩ inhospitalis: & amicos non accipiebat mensa.

Am sæpe: Notat uersutiã hoium suoꝝ: inter quos uir bonus semp decipit. Fabullus igit ea de cã sæpe decipiebat. Tyro ẽ: id est semper imperitus tã quã miles nouus inter ueteranos.

Empora: Ruffus ĩ tumulo celebrat: cuius uxor rapta fuerat: sed ea deserto raptore: redierat ad maritũ: hoc totum epigrãma non tã commemorat mortem Ruffi q̃ raptũ Semproniæ. Reis: clientibus non minus q̃ poeta. Tyndaris: Helena. Ad tuos raptus. i. dum audit te raptã rediisse ad uirum. Absoluit: id est liberat odio. Loca læta. i. elysii campi. Non aliena: non alieno animo. Iste amor: Ruffi: quo arsit in te. placet ꝙ potius fuerit rapta a Ruffo q̃ ꝙ fuerit coniunx. Dominam: Proserpinam.

In Habentem amœnas edes.

Daphnonas platanos ac aereas cyparissos
Et non unius balnea solus habes.
Et tua centenis stat porticus alta calũnis:
Calcatusque tuo sub pede lucet onyx.
Puluereumque fugax hippodromõ ungula plaudit
Et pereuntis aquæ fluctus ubique sonat.
Atria longa patent: sed nec cœnantibus usquam
Nec somno locus est: quam bene non habitas.

De Fabullo.

Tam sæpe nostrum decipi fabullum
Miraris aule semper bonus homo tyro est.

Ad Semproniam.

Tempora pieria solitus redimire corona
Nec minus attonitis uox celebrata reis.
Hic situs est hic ille tuus sempronia ruffus
Cuius & ipse tui flagrat amore cinis.
Dulcis in elysio narraris fabulla campo:
Et stupet ad raptus tyndaris ipsa tuos.
Tu melior quæ deserto raptore redisti:
Illa uirum uoluit nec repetita sequi.
Ridet & iliacos audit menelaus amores.
Absoluit phrygium uestra rapina parim.
Accipient olim cum te loca læta piorum
Non erit in stygia notior umbra domo.
Non aliena uidet: sed amat proserpina raptas:
Iste tibi dominam conciliauit amor.

In Paternum.

Nummi cum tibi sint opesque tantæ:

Vmmi: In Paternũ auaꝝ iocat: q nihil amicis dabat afferens causam per iocum ꝙ ipse esset filius rapacitatis: tu inquit poeta nunq̃ fuisti filius uitii sed pater peritissimus.

Ciuis rarus.i.magni ciues. Luci scythici.i.templi Martis:nam uellus aureum .lx. stadiis a regia colchorum:ut scribit Diodorus:in templo Martis custodiebatur a dracone uigili:quem Medea ueneficiis in gratiam Iasonis necauit:unũquodque templum suũ habebat lucum:unde lucum pro templo accipimus. Scytichum autem propter Martẽ: q thrax & scytha est:& illic scythæ sunt:unde alibi geticum legimus Martem. Ecquid quæris:id ẽ cur non quæris. Illudas quibus:id est quos fallas.

Quantas ciuis habet paterne rarus
Largiris nihil incubasque gazæ
Vt magnus draco:quem canunt poetæ
Custodem scythici fuisse luci.
Sed causa ut memoras & ipse iactas
Diræ filius est rapacitatis.
Et quid tu fatuos rudesque quæris:
Illudas quibus auferasque mentem:
Huic semper uitio pater fuisti.

In zoilum.

Crine ruber: niger ore: breuis pede: lumine læsus:
Rem magnam præstas zoile si bonus es.

Rine: Fieri non potest ut Aspasius scribit:ut qui omino deformis ẽ bonus sit:ex hoc poeta in Zoilum scribit: quem ex oris deformitate malũ esse suspicatur. Lumine læsus:luscus scilicet Rem magnã facis:nã tanta deformitate hoĩes non solent esse boni:mirũ igiẽ est si es bonus.

Ad Puellas.

Gratis qui uos dare iubet puellæ
Insulsissimus improbissimusque est.
Gratis ne date:basiate gratis:
Hoc egle negat:hoc auara uendit
Sed uendat:bene basiare quantum est?
Hoc uendit quoque:nec leui rapina
Aut libram petit illa cosmiani.
Aut binos quater a noua moneta
Ne sint basia multa nec maligna:
Nec clusis aditum neget labellis:
Humane facit hoc tamen:sed unum est
Gratis quæ dare basium recusat.
Gratis lingere nec recusat egle.

Ratis: In Eglem meretricẽ quæ cũ gratis fellaret:basia postea uẽdebat humane ĩquit poeta facit: ꝙ magno precio uẽdit basia:ne sæpius basieẽ: cum sit fellatrix. fellatricis enĩ osculũ impurissimum est Hoc:basiatores. Bene uendat:id est magno precio. Libram cosmiani: id est foliati unguenti. Quater binos a noua moneta:id est octo flauios Basia non muta.i.non sine lingua inserta. Facit hoc humane: Nã si daret gratis multi basiarent: & oris fœtore offenderẽtur. Lingere.i.fellare.alibi: Lingas non mihi.

In Polycarmum.

Aegrotas uno decies aut sæpius anno:
Nec tibi sed nobis hoc polycarme nocet.
Nam quotiens surgis soteria poscis amicos
Sit pudor ægrota iam polycarme semel.

Egrotas: In Policarmum:qui ut munera ab amicis exigeret sæpius simulabat se ægrotare. Nam conualescẽtes dona ab amicis poscebant quæ diis uouerãt pro salute ea dicebantur soteria. Nam σωζω significat seruare:unde soteria dona data amico seruato: & reduci. Papinius carmen quod pro Rutili gallici salute cecinit: Soteria appellauit:hoc qđ diximus argumento. Nocet nobis:qa mittimus soteria. Aegrota semel.i. morere & absolue uitam una ægrotatione:hoc autem dixit ambigue:cum dicere uideatur opto ut in unam tantum ægrotationem incidas:nec sæpius ægrotes:intelligit moriaris.

Vr. Strepitus urbanos & dormientibus & medicantibus aliquid moleſtos fuiſſe Iuue. teſtaẽ ex Vmbritii pſona: eodẽ argumento Mart. hoc ſcribit afferẽs cãm q̃re ſecedat in nomẽtanũ ſuũ: nã prædiũ illic habuiſſe ipſe ſæpe ſupra teſtatus ẽ. Cur petã. i. accedã. Sicci: aridi & laborãtis inopia aquarum. Magiſtri ludi: nã uicinos habebat magiſtros: ut alibi indicat. Aerarii: dicunẽ milites facientes ſtipendiũ: ærarii itẽ qui æs cudunt ut hic. Marculi: malleoli. Nummularius: trapezita. latine nummularius trapezita græce. Ocioſus: qa in ocio ẽ.

Ad Sparſum.

Cur ſæpe ſicci parua rura nomenti:
Laremque uillæ ſordidum petam quæris?
Nec cogitandi ſpatium nec quieſcendi
In urbe locus eſt pauperi: negant uitam
Ludi magiſtri mane: nocte piſtores:
Aerariorum marculi die toto:
Hinc ocioſus ſordidam quatit menſam
Neroniana nummularius maſſa.
Illinc paludis maleator hiſpanæ:
Tritum nitenti fuſte uerberat ſaxum.
Nec turba ceſſat entheata bellonæ:
Nec faſciato naufragus loquax trunco.
A matre doctus nec rogare iudæus
Nec ſulphuratæ lippus inſtitor mercis.
Numerare pigri damna quis poteſt ſomni?
Dicet quot æra uerberent manus urbis.
Cum ſecta colcho luna uapulat rombo:
Tu ſparſe neſcis iſta: nec potes ſcire.
Petilianis delicatus in regnis
Cui plana ſummos deſpicit domus montes:
Et rus in urbe eſt: uinitorque romanus.

Maſſa neroniana: neronianũ argẽtum intelligit puriſſimũ: ut arbitror. nã ut Trãquillus ſcribit ĩ Nerone. Exegit ingenti faſtidio & acerbitate nummũ aſperũ: argentum puſtulatũ: nã argentũ puſtulatũ: qđ alii codices habẽt puſulatũ erat puriſſimũ: & puſulla ſiue puſtula erat bractea argẽti puriſſimi: ut ſupra legimus Felix puſulla ſiue puſtula. De phiala id argentũ puriſſimum inſequẽtia uerba Trãquilli demonſtrat: q ſcribit Neronẽ exigiſſe præter argẽtũ puſulatũ auꝝ obrizon qđ eſt puriſſimũ ſæpius excoctũ in ſimilẽ igni colorẽ. Vel menſa neroniana qđ placet intelligit menſam Claudii fœneratoris alludens ad uetus cognomen. nã Claudii Nerones dicebanẽ. Mẽſa neroniana. i. mẽſa Claudii: de q̃ ante ẽ locutus: Oppignerauit inquit annulũ modo ad mẽſam Claudii. Hiſpanæ: auꝝ ex Hiſpania allatum rude in urbe conflabatur cudebaturque malleis ad ramẽta excutiẽda. In hiſpania tantũ ĩ balneis q̃ appellabãt chryſoplyſia lauabaẽ. Malleator: percuſſor. Paludis hiberæ. ramẽti aurei qđ ex tago hiſpaniæ mittebaẽ. Turba entheata bellonæ: cybelis in furorẽ actæ. i. coribãtes qui non ceſſãt a clamorẽ dũ ſacra faciũt. Trunco faſciato. i. tabella: nam naufragi ſolebant mendicare alligata collo tabella naufraga. Rogare: mendicare. Iudæi nemus egeriæ incolẽtes mẽdicabãt. Inſtitor: negociator. Mercis ſulphuratæ. i. lignoꝝ ſulphuratoꝝ. Lippus: ob opus ſulphureũ: Dãna. i. qs poſſet numerare q̃tũ ſomnus amittit de ſuo. Rombus carmĩe magico luna de cælo trahi dicebaẽ ut deſpumaret herbas paratas ad ĩcantationẽ. Lucanus: Phæbeque ſerena non aliter diris uerborum obſeſſa uenenis palluit: præterea: donec ſuppoſitas ꝓprior deſpumet ĩ herbas: eo tpe ut mulieres laborãti lunæ ſuccurrerẽt æra uerberabãt: ſic. n. incãtationẽ ĩpediri poſſe putabãt. Iuue. đ loq̃ci mulierẽ: una laborãti poſſit ſuccurrerẽ lunæ. Rõbus inſtrm̃ magicũ erat quo deducta litia rẽ magicã adiuuabant. ut ſupra ex Theocriti deſcriptiõe & poetaꝝ noſtroꝝ uerbis recitauĩus. Colcho: magico: ꝓpter Medeã quæ magicã exercuit. Quot mãus urbis. i. mulieꝝ romanaꝝ. Petilianis regnis: uel đ petilia lucanoꝝ metropoli qa illic agꝝ habuit petiliã: Philocretes a Melibœa ꝓfugus ædificauit: ſamnites muniuerẽt. In regnis petiliãis ĩ agro petilião: uel de domo Petilii ĩtelligit: quæ in ſũmo ianiculo erat.

Nec maior autumnus.i.nec ē maior uindemia:nec plures fructus. Cursus essedo.i. spatium currendo:id est tu habes gestationē:nam gestatio erat locus ubi gestabantur ob ualitudinem:uel de hippodromo ut supra dixit:Puluereumque fugax hippodromon ungula plaudit. Somnus in profundo:id est altus somnus. Nec dies admissus.i. non tibi est lux nisi quando uolueris aperire molestias urbis:quas ne in cubiculo quidē licuit euitare.

Ncillariorum. Ancillariolus dicitur & qui ancillas sectatur :& qui ancillare officium præstat. Vxor obiurgans Alaudam maritum: ꝙ ancillare officium subiret : uel quod ancillas sectaretur appellabat eū ancillariorum: ipsa rem habebat cum lecticariis nam & ancillariolus & lecticariolus nomina sunt seruilia. Alaudæ : alludit ad nomen:cum utrunque sit seruile. Alauda : hic proprium nomen: alibi est auis nomen : quæ nomē dedit legioni. legionis alaudæ meminit Suet. & Cicero ī Antonium :& ad Atticum:& Pli.

Nec in falerno monte maior autumnus
Intraque limem clausus essedo cursus:
Et in profundo somnus: & quies nullis
Offenssa linguis:nec dies nisi admissus.
Nos transeuntis risus excitat turbæ:
Et ad cubile est roma tedio fessis:
Dormire quotiens libuit:imus ad uillam

Ad Alaudam:

Ancillariolum tua te uocat uxor:& ipsa
Lecticariola est:estis alauda pares.

De Importunis basiatoribus.

Tantum dat tibi roma basiorum
Post annos modo quindecim reuerso:
Quantum lesbia non dedit catullo.
Te uicinia tota te pilosus
Hircoso premit osculo colonus.
Hinc instat tibi textor inde fullo:
Hinc sutor modo pelle basiata:
Hinc menti dominus periculosi:
Hinc defioculus & inde lippus
Fellatorque: recensque cunnilingus.
Iam tanti tibi non fuit redire.

Antum. Basia sæpe detestatus est basiatores: idem facit nunc cum amicus reuersus a basiatoribus dissuauietur. Vicina :tribules. Osculo hircoso:fœtido. Defioculus:cui deest oculus dicit ita habet codex antiquus: alii codices habent dexioculum:hoc est qui dextrū tātum habet oculum:placet prior scriptura. Lippus utroque oculo stillante. Recens: qui nuper fuit in opere. Non tanti : hoc est non debeo tanti facere reditum : ut hæc uelis pati.

Ad Suum natalem,

Martis alūne dies roseam quo lampada primum:
Magnaque sydereì uidimus ora dei.
Si te rure coli uiridesque pigebit ad aras:
Qui fueras latia cultus in urbe mihi:
Da ueniam seruire tuis quod nolo calendis:
Et qua sum genitus uiuere luce uolo.

Artis. Natalem in agro celebrat : quem ī urbe solebat colere lautius:causam affert quare non sit in urbe hoc die:quia scilicet uelit esse eo die liber:quod in urbe non dabatur. Alumne martis:calendæ martiæ. Roseam:phœbeam & solarem. Dei sydereì:id est huius diuinæ machinæ:id est cælum. Virides aras:ad cespites icultos & uirides. Cultus meis calendis:id est die mearum calendarum. Viuere : relaxare animum:ut sæpe est dictum.

Atali. Eodem argumento deridet eum qui celebret natalem suum lautis & laboriosis mensis & sponte tantum laboris suscipiat in accipiendis amicis: q̃tum nollet ferre si dominus imperaret. Pallere: anxios esse. Sabello: amico inuitato. Saccus niuarius: dicebatur pannus lineus quo niues attenuabant unde refrigerabant uina. Ita loquitur i distichis: Attenuare niues norunt & lintea nostra: Frigidior collo non salit unda tuo. attenuabat item uinum ut purum esset & frigidum: de eo hic intelligit. Liquidum: purũ. Surgere tota cœna: id ẽ usque ad finẽ cœnæ: marmorea erant pauimenta in cœnationibus.

De Sabello.

Natali pallere suo ne calda sabello
Desit: & ut liquidum potet alauda merum.
Turbida sollicito transmittere cecuba sacco
Atque inter mensas ire redire suas.
Excipere hos illos: & tota surgere cœna
Marmora calcantem frigidiora gelu.
Quæ ratio est: hæc sponte tua perferre patique:
Quæ te si iubeat rex dominusque neges.

De Ligurra.

Versus & breue uiuidumque carmen
In te ne faciam times ligurra:
Et dignus cupis hoc metu uideri:
Sed frustra metuis: cupisque frustra:
In tauros libyci ruunt leones:
Non sunt papilionibus molesti.
Quæras censeo si legi laboras:
Nigri fornicis ebriumque poetam:
Qui carbone rudi putrique creta
Scribit carmina: quæ legunt cacantes:
Frons hæc stygmate non meo notanda est.

Ad Saturnum.

Antiqui rex magne poli mondique prioris:
Sub quo pigra quies nec labor ullus erat.
Nec regale nimis fulmen nec fulmine digna:
Scissa nec ad manes: sed sita diues humus.
Lætus ad hæc facilisque ueni solennia prisci
Gaudia: cum sacris te decet esse tuis.
Tu reducem patriæ sexta pater optime bruma
Pacifici latia reddis ab urbe numæ.
Cernis ut ausonio similis tibi pompa macello
Pendeat: & quantus luxurietur honos.
Quã non parca manus: largæque numismata mẽsæ:

Ersus. Ligurra ut aliquis cuius precii uideretur solebat iactarẽ se uereri ne Martialis aliquid i se scriberet: cui poeta respondet risu & contemptu. Viuidum: q̃ sit immortale. Dignus hoc metu: scilicet ut scribam in te. Papilionibus: prouerbiũ est apud phalaridẽ: Elephas indus culices negligit. Si laboras legi si cupis fieri ꝑpetuus. Rudi carbone: uaticinatur illius carmen cito interiturum: nam quæ carbone aut creta designãtur cito euanescũt. Frõs hæc: notat eum esse seruilis conditionis. Notãda: id est non es dignus ut de te scribam.

Ntiqui. Saturnum inuocat ad saturnale epulum: quod parabatur luxuriosissime ob reditũ Prisci Terentii: Cuius supra meminit. Prioris mundi: id est prioris sæculi. Rex: Saturne. Sub quo pigra quies: idem carmen est apud Ouidium. Regale: nimis terribile. Digna: q̃a non committebantur scelera. Scissa: euiscerata usque ad inferos aratione & effossionibus. Erat diues: producebat omnia. Prisci: nomẽ proprium. Reddis: restituis. Pacifici: qui pacem coluit. Similis pompa: id est apparatus obsoniorum. Macello: scilicet romano. Luxurietur: late expolita sit.

Tibi: in tuum honorem Precium: ut maiora merita referantur. Illi: prisco. Sic: ob secrantis est.

Ncto corduba. In cordubensem poetam qui poetæ carmina recitabat: quod dolet cũ sua recitet & nihil de se scribat: quod Martialis pro suo uelit ostentare: in quo par pari referre possit. nã erat malus poeta: rogatque cordubã illius patriã ut eũ moneat ne recitet. Venafrũ: cãpaniæ regio oleo nobilissima. tenet enĩ in eo principatũ: proximũ est litianũ non procul: Tertio loco bæthicũ Hispaniæ: cũ quo de palma certat histrum. Blandiés poeta cordubæ eius oleum & uenafrano & histro anteponit.

Vncto: ferente oleas.

Testa histra: id est testa olei histri. Galesi albi: flu. tarentini qui reddit oues candida lana. Non mendax: quia lanæ bæthicæ non tingebantur. Viuo: natiuo. Nostro: hispano. Ferre: scilicet æquo animo. Mutuos honores: id est uersus: & ego pro meis recitarẽ. Securus: quia non timet ut recitentur carmina sua: cum non scribat.

Incẽtem. Coci olĩ conducebanf ex macello. Inualescente aũt luxuria inter seruos habebantur: nuper cinna puerꝝ emptũ pulcherrimũ cocum fecit in quo poeta iocatur: ait enim eum hoc fecisse: quia sit gulosus: & cũ uideatur intelligere de cibis conditis intelligit eum tales pueros amare. Gulosus homo est: hoc est uult elegantes pueros solus.

Atutine. Excludit cliẽtẽ q mane accesserat & somnũ ĩterpellabat: nã & ipse ait ex urbe hac una dcã exierat ut dormiret. interpellatũ fuisse somnũ ĩ urbe ipse dixit. Ambitiosa quæ delectãt isto honore.

Litibus amaris. i. molestiis: & ꝓpriũ epitheton ẽ litis. Negauit: non ꝓmisit mihi: etiam hic ut ĩ urbe faciebam.

Quæ saturne tibi pernumerentur opes.
Vt sit his pretium meritis & gratia maior:
Et pater & frugi sic tua sacra colit.
At tu sancte tuo sic semper amere decembri:
Hos illi iubeas sæpe redire dies.

Ad Cordubam.

Vncto corduba letior uenafro:
Histra nec minus absoluta testa:
Albi quæ superas oues galesi:
Nullo murice nec cruore mendax:
Sed tinctis gregibus colore uiuo,
Dic uestro rogo sit pudor poetæ:
Ne gratis recitet meos libellos:
Ferrem si faceret bonuspoeta:
Cui possem dare mutuos honores.
Corrumpit sine talione celebs:
Cæcus perdere non potest: quod aufert.
Nil est deterius latrone nudo:
Nil securius est malo poeta.

De Cinna.

Vincentem roseo facieque comaque ministros
Cinna cocum fecit: cinna gulosus homo est.

Ad Clientes.

Matutine cliens urbis mihi causa relicte
Atria si sapias ambitiosa colas.
Non sum ego causidicus nec amaris litibus aptus:
Sed piger & senior pieridumque comes.
Otia me somnusque iuuant: quæ magna negauit
Roma mihi: rideo si uigilatur & hic.

De Phillide.

Formosa phillis nocte cum mihi tota:

Ormosa. In ebrietatem mulieris quæ pluris faciebat uinum q̃ ullum genus precii: eiusque amphoram petiit a poeta: cum prius ipse esset anxius an librã unguenti: an lanas bæthicas pro coitu daret.

Largam omnibus modis: liberalem omni genere concubitus. Vtrum ne cosmi taber/
næ: unguentariæ ut Cosmus. De moneta Cæsaris: id est Domitiani: id est flauios. Am
phoram uini: non propter utilitatem precii hoc deridet potius quā propter genus premii:
quod ebria poposcerat.
Is quīquagenis. Amœnus domū centū milibus emerat: quā minore etiā precio uolebat
uendere: sed ut emptorē fall eret ingenti ornauerat apparatu: in hunc poeta iocatur.

Se præstitisset omnibus modis largam:
Et cogitarem mane quod darem munus.
Vtrum ne cosmi nicerotis an libram:
An baeticarum pondus acre lanarum:
An de moneta cæsaris decem flauos
Amplexa collum basioque tam longo
Blandita quam sunt nuptiæ columbarum:
Rogare cœpit phillis amphoram uini.

Ad Amænum.

Bisquinquagenis domus est tibi milibus empta:
Vendere quam summa uel breuiore cupis.
Arte sed emptorem uafra corrumpis amæne:
Et casa diuitiis ambitiosa latet.
Gemmantes prima fulgent testudine lecti:
Et maurisiaci pondera rara citri.
Argentum atque aurū non simplex delphica portat:
Stant pueri dominosquos precer esse meos.
Deinde ducenta sonas & ais non esse minoris:
Instructam uili uendis amæne domum.

De Idibus maronis.

Maiæ mercurium creastis idus:
Augustis redit idibus diana.
Octobres maro consecrauit idus:
Idus sæpe colas & has & illas:
Qui magni celebras maronis idus.

Ad Paulum.

Sic tanquam tabulas scyphosque paule:
Omnes archetypos habes amicos.

Breuiore precio.i.mino
re. Corrūpis: alliiciēdo
eū. Vafra: callida ambi/
tiosa luxurians apparata.
Diuitiis: magnificentia
apparatus. Gēmantes.ar
gento quia incrustabātur
argēto: qđ Seruilius prius
instituit: uel qa erāt pauo
nini ut in distichis dicēus.
Citrū: arbor in atlante
monte maritaniæ: unde
citreæ mensæ maximæ lu
xuriæ apud romanos: Vt
supra dictū est. Rara pō
dera.i.ingētia ligna & pre
ciosa. Delphica: potest ac
cipi pro noīe ancillæ quæ
ex delphis uenerit: ut ali/
bi legimus delphicū pue/
rū ut ītelligas delphicam
ancillā exposuisse uenien
tibus argentū & aurū. Nā
& apud Homerū ancillæ
penu custodiūt: parātque
mensam hospiti uenienti
quod cū multis in locis po
eta ostēdat Eurycliā præ/
sertim celebrat custodien
tē penu Vlyxis: placet ma
gis ut intelligas de corty/
na quæ epulantibus & tē/
plo delphico cōmunis ē.
Tripodes enim siue corty
næ cum Apollini ī primis
gratæ sint: delphicæ sunt
appellatæ: ut Plinius scri/
bit. Non esse minoris:
non posse uendi uilius.
Instructam: apparatam
tantis diuitiis.
Aiæ mercu. Idus octo
bres natalem Virgilii
celebrant. Natus enim est
poeta Pompeio & Crasso consulibus: ut scribit Eusebius: Idibus octobris celebratione nu/
minū idus maiæ sacræ sunt propter Mercuriū: cui eo die sacrificant mercatores: ut scribit
Macrobius. nam tunc natus dicit: & idus Augusti propter Dianā quæ colebat in auentino
ubi erat eius templū. Creastis mercuriū.i.idibus maiis natus est mercurius. Redit: ce
lebrat. Consecrauit: nascens. Idus: diem natalem Virgilii.
lc tāq. Paulū auaꝝ carpit: q nihil dabat ueteribus amicis: sed eos inter sua bona connu/
merabat tanq archetypa: quæ domino nihil sumptus afferunt: sed plurimum laudis.

Intea. In Aprum: qui quãdiu pauper fuit solebat eos carpere: qui in thermis potabãt: factus diues luxuriosius ipse bibebat. Nuper: superiori tempore. Vanus: parui precii. ut supra: Et uani triplices. Lintea: quibus abstergeret se lotum. Sederet: custodiens uestem in apodyterio qui lotus erat: ubi ponebant uestes loturi. Entherocellici: dicũtur qui entherocellas curant. Hic morbus est cum intestina defluunt. Vnctor: medicus. Nudorum: eorum qui se lauabant. Stillam: id est guttam e uase quod guttum appellabant: & eo in balneis utebantur Iuuenalis: Et pleno cõponit lintea gutto. Venere propter hæreditatẽ. Sobrius: qui prius potauerit.

Diatheca dicunt tabulæ testamentariæ: uerbum ẽ græcũ: quo illi in ea significatione utuntur. Diatheca: bona r̃licta testamẽto. Quinque comati: qnque pueri relicti testamento.

IL non. Qui nil negat dicitur fellare: ut ipse exponet infra: nunc ĩ Lygdum scribit: quem difficiliorem supra conquestus est: nam fefellerat poetam sæpe expectantem: hũc tamẽ oli fuisse fellatorẽ ĩdicat uerecunde: ut miretur quare nunc sit tam difficilis. Iccirco superiorem locum in Gallam: Nil mihi Galle nega: ita ĩterpretor ut poscat fellationem.

Nil negabas: id ẽ dabas mihi fellationem.

Vgera. Pannicũ causidicũ deridet: q relicto foro agellũ emerat ad busta Gallica: locus erat ad cloacã maximam: ubi coaceruata fuerunt ossa gallorum: qui urbem possederant: idẽ dicebatur ad Doliola: quoniam in nonnullis doliolis gallorum cineres inesse putarentur. putabãt tamen alii quædã mystica Numæ Pompilii illic condita eẽ.

Busta: præterea erãt in æsquiliis: quoniã illic sepeliebant cadauera: quod primus Mecœnas prohibuit ob aeris salubritatem: auctores sunt Varro Plutarchus & Porphyrio. Prope busta: in æsquiliis: uel ad cloacam maximã. Male compactæ: ruentis. Vrbanas lites: forum romanum ubi agebas causas. Parua: quia paruus erat agellus. qui uersabantur in ocio utebantur tunica. Pragmatici: dicebantur qui suppeditabant iura causidicis: auctor Quintilianus. Vendere: quoniã mittebãt tibi cliẽtes. Ptysana inuentũ est græcorum: conficitur ex ordeo. Horatius. ptysanarium orizæ. Emis: quia non mittuntur amplius: nec ager suppeditat. Agricola: nam agrum emisti & colis.

Aeredem. Catullus hæredem scripserat poetam: urbane eius mortem optat: cum ait se non credere hoc nisi legerit. id enim legendum erat post mortem. Nisi legero: nisi fueris mortuus.

De Apro.

Lintea ferret apro uacuus cum uernula nuper:
  Et supra togulam lusca sederet anus.
Atque olei stillam donaret opelicus unctor:
  Nudorum tetricus censor & asper erat.
Frangendos calices effundendumque falernum:
  Clamabat biberet qui modo lotus eques.
A sene sed postquam nummi uenere trecenti:
  Sobrius a thermis nescit abire domum.
O quantum diathetra ualent & quinque comati
  Tunc cum pauper erat: non sitiebat aper.

Ad Lygdum.

Nil non lygde mihi negas roganti:
At quondam mihi lygde nil negabas.

Ad Panicum.

Iugera mercatus prope busta latentis agelli:
  Et male compactæ culmina fulta casæ.
Deseris urbanas: tua prædia: pannice lites:
  Paruaque sed tritæ præmia certa togæ.
Frumentum milium ptisanamque fabãque solebas
  Vendere: pragmaticus nunc uendis agricola.

Ad Catullum.

Hæredem tibi me catulle dicis:
Non credam: nisi legero catulle.

Vm tibi. Erant nonnulli calices: qui audaces dicebanť insertis gemmis ex lapide obsi diano uitreo: nam usque eo processerunt officinæ uitri: ut pocula formarent: & pari prope artificio & toreumate quo argentea. Erant tamen exigui precii: nam & lapilli obsi- diani inserti erãt ex specie uitri: ex qua dicauit Augustus quattuor elephantos. distichon de his calicibus extat: Non sumus audacis plebeia toreumata uitri: Nostra neque ardenti gemma feritur aqua. poeta hæc pocula mittit Flacco addito epigrammate. Circo flami- nio: ubi fiebãt calices. Ca taplus: nauigatio. Nilia- cus: nã ex ægypto crystalla afferebantur. Talia mu nera: scilicet tam uilia.

Ad Flaccum.

Cum tibi niliacus portet cristalla cataplus:
Accipe de circo pocula flammineo.
Hi magis audaces an sunt qui talia mittunt
Munera: sed gemmis utilis usus inest.
Nullum sollicitant hæc flacce thoreumata furem:
Et nimium calidis non uitiantur aquis.
Quid quod securo potat conuiua ministro:
Et casum tremulæ non timuere manus.
Hoc quoque non nihil est: quod propinabis in istis:
Frangendus fuerit si tibi flacce calix.

De Pueris.

Festinat polithimus ad puellas:
Inuitus puerum fatetur himnus:
Pastas glande nates habet secundus:
Mollis dindimus est: sed esse non uult
Amphion potuit puella nasci:
Horum delitias superbiamque:
Et fastus quærulos amice malo:
Quam dotis mihi quinquies ducena.

De caritate uini.

Amphora uigẽsis: modius datur ære quaterno:
Ebrius & crudus nil habet agricola.

De Ethonte.

Multis dum precibus iouem salutat:
Stans summos resupinus usque in ungues:
Ethon in capitolio pepedit:
Riserunt comites: sed ipse diuum

Sollicitant: alliiciunt ad furtum aquis nimium ca- lidis: ut ĩ distichis: Nostra neque ardenti gemma fe- ritur aqua. Securo: non obseruante: nam in mani bus conuiuarũ posita po- cula preciosa custodieban tur a ministris. Iuuen. Cu stos affixus ibidẽ Qui nu meret gemmas: ungues ob seruet acutos. Non timu ere. s. si frãgatur: præterea inquit: si male olẽti uoles propinare: poteris faciles hos frãgere post ꝓpinatio nẽ: & leuis erit iactura.

Estinat. Politymus cogitabat de ducen da uxore: quod cũ ageret ex auaritia: ut hr̃et dotẽ: iactabat id a se fieri quoniã affectus eẽt tedio puerorũ: neque aliquẽ re periret q sibi placeret. poe ta ostẽdens eum quærere dotẽ: ait se eos malle pue ros q̃ dotẽ. Inuitus: uer ba Politymi. Hymnus: no men pueri. Pastas: pigues tractũ a suibus: q pingue scunt glãdibus. Nasci pu ella: uel qđ mollis: uel qa negat. Hoꝝ: uerba Mar. respondentis Politymo.

Mphora: Agricola cœ nã captabat: & q̃uis sũ ma esset annonæ charitas & uini: tamen aliena men sa ebrius semper erat & repleto stomacho. Crudi: dicunť qui nimium edunt: quod deco quere non possunt. Ebrius: aliena mensa: nam captator est.

Vltis. Aethon nomen equi solis est ab ætho quod significat ardeo. Aethon item no men proprium hic uiri: qui pedendi uitio ita laborabat: ut nuper in tẽplo capitoli no non poterit eo abstinere: sed affectus hoc supplicio ut triduo cœnauerit domi: didicit cõprimere nates: ne eadẽ pœna iterũ afficereť: nã aliena mensa uictitabat. Vsque ĩ sum mos ungues: mos erat precantiũ ut cælũ respiciẽtes resupini sũmis pedũ digitis insisterẽt.

Offensus:affectus iniuria. Clientē:sequentē diuites. Domicœnio: ut tribus noctibus domi cœnaret. Patroclus:tēporibus Neronis ad consulatū usque ex infimo genere puectus iuxta capitoliū inambulationē struxit cū latrinis:quas Martialis appellat sedes patroclianas a conditore. Cauerit sibi:prouiderit sibi crepando pædendo:unde uentris crepitū dixerunt antiqui:& edictū Claudii extat ne quis comprimeret crepitum in senatu : cū deprehendisset senatorem ea de causa extinctum.

Offensus genitor trinoctiali
Affecit domicœnio clientem.
Post hoc flagitium misellus æthon:
Cum uult in capitolium uenire.
Sellas ante petit patroclianas:
Et pædit deciesque uiciesque:
Sed quamuis sibi cauerit crepando:
Compressis natibus iouem salutat.

Ad Bithinnicum.

Nil in te scripsi bithinnice: credere non uis:
Et iuuare iubes:malo satisfacere.

Ad Acticillam.

Donaui tibi multa quæ rogasti:
Donaui tibi plura quam rogasti:
Non cessas tamen usque me rogare.
Quisquis nihil negat atticillam fellat.

De Calistrato.

Ne laudet dignos laudet calistratus omnes:
Cui malus est nemo quis bonus esse potest?

De Vmbro.

Brumæ diebus feriisque saturni
Mittebat umber aliculam mihi pauper:
Nunc mittit alicam factus est enim diues.

De Menogene.

Effugere in thermis & circa balnea non est:
Menogenem omni tu licet arte uelis.

IL in te. In Bithinnicum :qui conquerebatur ꝙ poeta in se carmē emisisset:& iusiurandum exigebat a Martiale negante. mos ī foro est ut qui iurare non uult soluat: Ex hoc urbane poeta dicit se scripturū in Bithinnicū. uult enim satisfacere potius q̄ iurare. Malo satisfacere:malo scribere in te: Argute dictum:nam qui a debitore poscit iusiurandum mallet eum soluere. aduersus se igitur carmen uidetur malle Bithinnicus:cum poscat iusiurandum a Martiale.

Onaui. Nil negare ē promittere omnia: nil item negare apud poetam est fellare. supra: Nil mihi galla nega: præterea At quondam mihi lygde nil negabas. ex hac elocutionis ambiguitate iocatur in Aticillam : nam quāuis plura ab eo accepisset: plura tamē poscebat:notans īprudentiā eorū qui nil negant. eiusmodi enī homines ut Augustus dicere solebat uitā male instituerīt.

Qui nil negat fellat. q. d. adeo tupe ē nil negare: ut idē ēt fellare significet.

E laudet. Nouam Calistrati uersutiam notat:qui ne quempiam laudaret:omnis laudabat. Is enim non uidetur laudare:qui neminem uituperat. Dignos:eos qui digni sunt laude. Ab eo cui nemo est malus:id est qui neminem uituperat. q. d. nulla est :laus laudari ab eo qui omnes laudat.

Rumæ. locatur in auaritiam Vmbri:qui olim cum pauper esset in saturnalibus poetæ munus mittere solebat aliculam:nunc factus diues mittit alicam. Alicula est maioris precii q̄ alica:sed ex noīe iocat poeta:nā alicula diminutiuum esse uidetur minus alica:cum tamen maioris sit precii. Alicula alicæ genus:alterum dicebatur secundarium:tertium apherema:quod grande erat & uilius.

Ffugere. In Menogenem:qui cœnam ex thermis captabat:neque antea desistebat minima quæque officia præstare q̄ inuitaretur.

Trigoné:genus pilæ. Dextra & leua:nã in pila trigonali exercẽda robur manus sinistræ commendabat. Iccirco supra dixit:Nec laudet polii magis sinistras. Et in distichis ita loquitur:Si me nobilibus scis expulsare sinistris:Sum tua. mẽdose in multis codicibus fenestris pro sinistris. Imputet:adscribat laboré suũ in exercendis pilis. Plenũ:lana. Lintea:quibus utebantur in balneis. supra:Lintea ferret apro. Sinus:infantis semper sordidus.
Dente:pectine. Achilleas:quales habuit Achilles:ut scribit Homerus pulcherrimas.

Captabit tepidum dextra leuaque trigonem:
Imputet exceptas ut tibi sæpe pilas.
Colliget & referet lapsum de puluere follem:
Et si iam lotus iam soleatus erit.
Lintea si sumas::niue candidiora loquetur:
Sint licet infantis sordidiora sinu.
Exiguos secto comentem dente capillos
Dicit achilleas disposuisse comas.
Fumosæ feret ipse propin de fece lagœnæ
Frontis & humorem colliget usque tuæ.
Omnia laudabit mirabitur omnia:donec
Perpessus dicas tædia mille ueni.

De Fabiano.

Derisor fabianus herniarum:
Omnes quem modo colei timebant
Dicentem tumidas in hygrocelas:
Quantum nec duo dicerent catulli
In thermis subito neronianis:
Vidit se miser & tacere cœpit.

Ad Politinum.

Nolueram politine tuos uiolare capillos:
Sed iuuat hoc precibus me tribuisse tuis.
Talis eras modo tonse pelops:positisque nitebas
Crinibus:ut totum sponsa uideret ebur.

In Fabullum.

Pædiconibus os olere dicis:
Hoc si sic ut ais fabulle uerum est:
Quid tu credis olere cunnilingis?

In non Arrigentem.

Triginta tibi sunt pueri totidemque puellæ:
Vna est nec surgit mentula:quid facies?

Tropin: bibebant post balnea ut ad uomitionem incitarentur:quod in mulieribus notauit Iuuenalis id uinũ apte appellat tropin:Nam inuersionem significat: qua stomachum agitat. De fæce uini:massyliani:quod fumosum erat. Veni:cœnatum mecum.

Erisor:In Fabianum qui alienas hernias: solebat deridere:sed cum suas paulo ante ĩspexisset: siluit. Subito:repente præter opinionem. Omnes colei timebãt: scilicet ne deriderentur. Hydrocellæ morbus erat ex genere entherocellarũ: ut scribit Celsus:Cum intestina defluunt colliguntur que

Duo catulli: Catullus uirilium mensuram hyperbolice solet dicere. Catullus: Mentulam habet instar.xxx.iugera prati.

Olueram:Politymus tonsus factus est cum cogitaret de ducenda uxore:ut supra est dictum. poeta dicit noluisse ut tonderetur: uerebatur eni ne deformis uideretur:sed iã lætatur hoc permisisse cũ totus sit eburneus & uideatur formosior. Pelops dicitur humerum eburneũ habuisse a Cerere: quem imprudens comederat. Iccirco alludit ad fabulam. Totum ebur:totũ candorem tuum.

Aediconibus: In Fabullum cunnilingũ qui animam pædiconum male olere dicebat. Olelere:scilicet male.

Riginta:Vaticinatur hunc fore cunnilingum & fellatorem cum mentula uti non possit & habeat pueros & puellas. Surgit:arrigit. Quid facies? quasi.d.linges.

Is Cotta:Soleas ad conuiuium geſtabant:quas deponebant coenaturi : ne pauimenta contaminarent:ſeruabanturque a ſeruis. Cotta pauperrimus iactabat ſe bis amiſiſſe ſoleas:& propterea ſe incedere pedibus nudis. Deridet hominis inopiam & iactantiā : Nā ibat excalciatus ob inopiam:non ꝙ ſoleas amiſiſſet:aut ſurreptum iri timeret. Turbā: facit comitatum. Sagax:ironice. Facere damnum:eſt pati damnum. Excalciati dicū tur qui depoſuerunt calceos. Idem uerbum uenit in iocum aduerſus ſeruum Luctatii : q dū omni tempore & loco furaret. ſubreptāque nu/mulario pecuniā :indidiſ ſet calceis : coactus ē calce os deponere : ubi repta pe cunia in eū dictum eſt nu mularius te excalciauit: hoc eſt pecuniam abſtulit nā calceus ſignificat æs un de deduxit uerbū excalci are auferre æs & pecuniā.

Ongilianus : Habet naſum :q iudicat a/criter . Habet itē naſum q nares habet. Tongilianus cenſor acerrimus in extre mā deuenerat inopiam in hūc poeta iocaſ. Nil præ ter naſum : Hic accipit ha bere naſū ſimpliciter : nā erat pauperrimus: in ſupe riore uero pro cenſura : & mordacitate. Habet na ſum.i.cenſurā. Nil præ ter naſum:nā eſt pauperri mus : & ex hac ambiguita te iocatur.

Vod lana :Focale de quo ſupra eſt dictū: recitaturi oratores ſume bāt:ut inter ſtrepitus audi rent nihil:ita.n.erat com poſitū:ut aures tegeret de miſſū a uertice . Carinus caluus ut caluitii deformi tatem tegeret induerat fo cale . Vrbane ait poeta eū non tueri aures : ſed capil los. Non aures.i.non ſū pſiſti focale ꝑpter clamo rem ſed propter caluitium. Sed capil lis:nam propter caluitium id ſumpſiſti.

De Cotta.

Bis cotta ſoleas perdidiſſe quæſtus:
Dum negligentem ducet ad pedes uernam:
Qui ſolus inopi præſtat & facit turbam.
Excogitauit homo ſagax & aſtutus
Ne facere poſſet tale ſæpius damnum
Excalceatus ire cœpit ad cænam.

De Tongiliano.

Tongilianus habet naſum ſcio:non ego ſed iam
Nil præter naſum tongilianus habet.

Ad Charinum.

Quod lana caput alligas charine
Non aures tibi: ſed dolent capilli.

De Marone.

Pro ſene ſed caro uotum maro fecit amico
Cui grauis & feruens hemitritheos erat.
Si ſtygias æger non eſſet miſſus ad undas
Vt caderet magno uictima grata ioui.
Cœperunt certam medici ſpondere ſalutem
Ne uotum ſoluat nunc maro uota facit.

In Magulam.

Communis tibi cum uiro magulla
Cum ſit lectulus & ſit exoletus
Quare dic mihi non ſit & miniſter?
Suſpiras:ratio eſt times lagœnam.

Ro ſene:Maro captator laborante aduerſa ualitudine amico ſene & diuite:uotum ſuſcepit ꝓ illius ſalute:ut ſcilicet ſcriberetur hæres. Hac amoris ſignificatione ſcri ptus hæres:& poſt uotum medicis ſpondētibus illius ſalutem :contraria uota facie bat ut ſcilicet moreretur: ne ſi conualeſceret :& promiſſam uictimam perſolueret:& hæ/reditatem amitteret. Hemitriteos:genus febris tertianæ:ut ſcribit Celſus. Ne ſoluat uotum:quia uellet eum mori.

Ommunis:Magula uiro nupſerat:q exoletū hēbat:quo & ipſe & uxor utebaſ: ſed cū uir eēt ueneficus:ac puero contētus uxorē negligeret:timebat uxor ne ueneno extingue reſ:ꝑpterea eodē miniſtro menſæ non utebaſ. hoc poeta īdicat. Times lagœnā.i.ueneficiū:nā lagœna miſtra eſt ueneficii. ſupra:Diceris hac cælebs factus quater eſſe lagœna.

Aepe rogare:Priſcum deridet qui ſæpe rogabat quales mores induceret ſi eſſet diues id enim nemo poteſt prædicere:niſi illud unum diuitem diuitis moribus uſurum. Qualis ſim futurus:quales mores ſim habiturus.

Va mœchum:Fabullæ uerſutiam ita commemorat:ut mariti ſimplicitatem accuſet nam hæc ut mœchum baſiaret:puerum Morionem ſuis oſculis madidum ei remittebat.idem faciebat mœchus:maritus ſtupidus hoc non animaduertebat. Quanto ẽ maior morio: q̃ ſtolidior eſt maritus:qui hoc non aĩaduertit.

Ad Priſcum.

Sæpe rogare ſoles qualis ſim priſce futurus
Si fiam locuples:ſimque repente potens.
Quemquam poſſe putas mores narrare futuros:
Dic mihi ſi fias tu leo:qualis eris?

De Fabulla.

Qua mœchum ratione baſiaret
Coram coniuge repperit fabulla:
Paruum baſiat uſque morionẽ.
Hunc multis oſculis rapit madentem
Mœchus protinus:& ſuis repletum
Ridenti dominæ ſtatim remittit:
Quanto morio eſt magis maritus.

In Tuccam.

Scribamus epos:cœpiſti ſcribere:ceſſi:
Aemula ne ſtarent carmina noſtra tuis.
Tranſtulit ad tragicos ſe noſtra thalia cothurnos:
Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi.
Fila lyræ moui doctis exculta camænis:
Plectra rapis nobis ambitione noua.
Audemus ſatyras:lucilius eſſe laboras?
Ludo leues elegos:tu quoque ludis idem.
Quid minus eſſe poteſt:epigrammata figere cœpi:
Hinc etiam petitur iam mea fama tibi.
Elige quid nolis:quis enim pudor omnia uelle?
Et ſi quid non uis tucca relinque mihi.

Ad Ruffum.

Muſei pathiciſſimos libellos:
Qui certant ſybariticis libellis:
Et tinctas ſale pruriente chartas

Cribamus: Epos carmẽ trimetrum: ſignificat iambicũ cui dimetrum ſuccedit pfecta clauſula. Horatius: Pede ter percuſſo forte epos acer: ut nemo uarius dicit.eo qui utuntur epici poetæ ſunt appellati. Accuſat Tuccam: qui omne genus carminis attigebat ĩ quo uerſaretur Martialis. Ceſſi tibi:ſcilicet ſcribẽti:nam deſtiti. Syrma. ueſtem tragicã ſignificat. Ita locus Iuuenalis:Syrma uel antigones:id ẽ tragœdiam Antigones:quã ſcripſit Accius poeta: Nec placet eorum ſententia:q ſyrma tractum orationis exponunt. Valerius: Quid hic cum tragicis uerſibus: & ſyrmate facis.ſyrma a ſyro quod eſt traho dicitur: id eſt & tu tragœdiam cepiſti ſcribere. Fila lyræ:carmen lyricum. Ambitioſe:nimiũ cupide laudis. Noua:quia paulo ante accepimus. Lucillius primus ſatyrarũ ſcriptor. tanta fuit laude & æſtimatione: ut non modo eius carminis poetis ſed etiam aliis anteponeretur Fabio teſte.Hunc carpit Horatius nimium ambitioſe quẽ ait lutulentum fluere. Ludere dicuntur poetæ cum uerſantur leuiori carmĩe Petitur: id eſt inuadit a te:ut ſuperes:uel ſis par famæ meæ.

Vſei:Muſeus laude lyræ ꝑpe par Orpheo:alter hic ſcripſerat molliſſimos libros:q nõ ſine pruritu legi poterãt:hoꝝ laſciuiam ſignificat poeta Inſtãtio ruffo. Sibaritici libri molliſſimi fuerũt compoſiti tẽporibus Ouidii dicti:uel a Sibari poeta:uel a Sibari urbe:

quæ in ingentem luxum aucta se suis delitiis perdidit:.deleta enim est a crotoniatis intra lxx. dies. horum memit Ouidius: Nec qui composuit nuper sibaritida fugit. Nec quæ con cubitus non tacuere suos: quo uersu Elephantidem meretricem notat: quæ genera concu bitus carmine est complexa. supra: Nec molles elephantidos libelli: & in priapeia Lalage uouet tabellam pictam exemplo horum librorum. Pathicissimos: mollissimos.

Vm tibi: Vxorem accusat: quæ conquerebatur poetam habere quosdam cinædos: q ut ipse ostendit plus uxori præstabant quã marito faciat. Sollicitos toros: non afficit te ulla cura. Sola: quia non accedo ad alias. Ficus chia: saporem salis habet: Ficus marisca nullius est saporis: auctor est Varro: inde uxorem dicit esse mariscã in cinædis chiam: quæ placet. ut supra: Hæc mihi quæ nouit: pungere chia sapit.

Xor cum: Bassum accusat: q ex dote uxoris multos emerat comatos: in quibus officiũ uxori non præstabat: cum tamen mentulam uendiderit uxori pro dote: eũ igitur in ius uocat: aut certe monet ut eam seruet uxori emptrici.

Aethis: Instantium ruffum euntem in Hispaniam prouintiam & succedentem Macro qui eã administrabat. ut supra indicauit: Ibis littoreas Macer salonas: hoc prosequitur epigrammate. Bæthim alloquitur: rogatque: ut lætis auspiciis uenientem magistratum suscipiat. Corona oliuifera: hoc propter ubertatẽ olearum dicit. Aurea: coloris auri: quia lanæ bæthicæ coloris sunt ruffi. Bromius: Bacchus: copia uini. Pallas: propter copiam olearũ. Rector: id est dominus. Cui: in cuius gratia. Iter nauigerum: nauigationem.

Instanti lege ruffe: sed puella
Sic tecum tua. ne talassionem
Indicas manibus libidinosis.
Et fias sine fœmina maritus.

In Zelotypam.

Cum tibi nota tui sit uita fidesque mariti:
 Nec premat ulla tuos sollicitetque toros.
Quid quasi pellicibus torqueris inepta ministris
 In quibus & breuis est: & fugitiua uenus.
Plus tibi quam domino pueros præstare probabo:
 Hi faciunt ut scis fœmina sola uiro.
Hi dant quod non uis uxor dare: do tamen inquis
 Ne uagus a thalamis coniugis erret amor.
Non eadem res est chiam uolo: nolo mariscam
 Ne dubites quæ sit chia: marisca tua est.
Scire suos fines matrona & fœmina debet
 Cede sua pueris utere parte tua.

In Bassum.

Vxor cum tibi sit puella: qualem
Votis uix petat improbus maritus
Diues: nobilis: erudita: casta.
Rumpis basse latus: sed incomatis
Vxoris tibi dote quos parasti:
Et sic ad dominam reuersa languet
Multis mentula milibus redempta.
Sed nec uocibus excitata blandis
Molli pollice nec rogata surgit.
Sit tandem pudor: aut eamus in ius
Non est hæc tua basse uendidisti.

Ad Bætim.

Bæthis oliuifera crimen redimite corona
 Aurea qui nitidis uellera tingis aquis.
Quem bromius: quẽ pallas amat: cui rector aquarũ
 Albula nauigerum per freta pandit iter.

Oras nostras: hispaniam. Vt: ea felicitate. Onus: difficultatem: difficultas est succedere ei qui se bona gesserit.

E toga cordilis ne penula desit ouilis. In saturnalibus duo munerum genera mittebant̃ xenia primũ: & hi quibus data erant mittebant apophoreta. Xenia autem dicuntur munera hospitalia. i. amicorũ: nã xenos significat hospitem. Apophoreta dicunt̃ ab apophorin. i. referre: hæc Vespasianum & alios Imperatores dedisse legimus. Nã ipsi donati a populo xeniis remittebãt munera. Hi duo libri cõtinebũt singulis distichis utrũque muneris genus priore sunt xenia: posteriore leguntur apophoreta. Quod autem nonnulli putarũt apophoreta inscribi etiam lẽmata falsi sunt. nã lẽma non solum distichis sed cuiuscunque epigrãmatis breuiter præscriptũ argumentũ dici potest: licet Cicero philosophiæ præceptis seruiens Lemma aliter sit interpretatus hoc est comprehẽsionem. Lẽma præterea est genus argumẽtationis stoicæ quod in zenone scribit Diogenes. Primo epigrammate lusurus carmine poeta i saturnalibus ait se malle uti hoc gener̃ ludi: q̃ aut nucibus aut alea. nã nuces pueris in saturnalibus permittebantur: alea uiris.

Omnibus lætis nostras instantius oras
Intret: & hic populis ut prior annus eat.
Non ignorat: onus quid sit succedere macro
Qui sua metitur pondera: ferre potest.

M. Valerii Martialis Xenia.

E toga cordilis & penulæ desit oliuis
Aut inopem metuat sordida blatta famem.
Perdite niliacas musæ mea damna papyros.
Postulat ecce nouos ebria bruma sales.
Non mea magnanimo depugnat tessera talo:

Cordilla: est genus piscis ex tynno ut supra est declaratum. Cucullis: papyraceis salsamenta uendebantur. Papyrus: papyrum ostendit primus Alexander in ægypto condita Alexandria: nam antea palmarum foliis: postea quibusdam arborum libris: tum publica monumenta in plumbeis: priuata in linteis scribebantur. Nascitur autem papyrus in ægypto non excedens altitudinem duorum cubitorum: ut Plinius scribit: eius flore dii coronabantur. inde etiam chartæ fiebant uariis nominibus. Perdite: dando rebus uenalibus. Penula: uestis seruorum. Ponit togam & penulam pro cucullis. Blattæ: uermes una cũ tineis corrodentes papyros. Metuat famem: idest ut blatta poscit pasci. Ebria bruma: idest dies hyemalis saturnalitius quo uino indulgetur. Non mea: puer nucibus: uiri alea ludebant. In alea hæc erant: talus: tessara: alueolus: senio: canis: uenus. Tessara erat talus quattuor laterum. Talus sex: ut infra dicetur. Talus autẽ dictus a talo pedis: nam talus in pede auctore Aristotele in secundo de animalibus tres habet partes exteriorem quam antiqui chias dixerunt: Interiorẽ quã colias: Superiorẽ quã antennas. Inde sæculum eruditius talum dolauit in sex latera: & imitatione pristinorũ nominum: uno quoque in latere sua nomina dederunt punctis. In quibus canis afferebat iacturam. Erat enim unius puncti: ut Pollux scribit. Senio & uenus uictoriam & lucrum. Persius: Quid dexter senio ferat Scire erat in uoto damnosa canicula quantum Raderet. Augustus præterea ita scribit: Talis iactatis ut quisque canẽ: aut senionẽ miserat: in singulos talos singulos denarios conferebat in medium quos tollebat uniuersos qui uenerem iecerat: nam uenus in talo colias dicebatur opposita cani: ut scribit Pollux. Colias Venus dicitur auctore Strabone a promontorio atticæ in quo colitur. Idem punctus dicebatur coris: & canis alio uerbo dicebatur chius. Iuxta Venerem coliadem in attica erat templum Panos: quo per Aristonem spolia delata sunt oraculo ita prædicto: Coliades mulieres remos timebunt. Mea tessara: meus ludus minor. Non depugnat talo: qui habet sex latera: & numero superat tesseram.

Ebur:quia tali fiebant ex ebore. Fritillus alueolus & fimũ dicit tabula qua alea exercet Porphyrio putat dici fritillũ a ſonitu ut puto quo alea mouet. Seneca in Claudiũ: Iam quo tiens miſſurus erat reſonante fritillo: Vtraque ſubducto fugiebat teſſara talo. Antiqui præ terea appellarunt pultem fritillam: qua natalium ſacra celebrabantur. Iſta alea: carmi nis. Nec facit damnum: ideſt non patitur damnum.

Aſutus. Lectorem monet ne ſua carmina r̃prehendat: quoniam ipſe ſatis ea deriſerit epigrãmate ſupiore.

Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur.
Hæc mihi charta nuces: hæc eſt mihi charta fritillus:
Alea nec damnum: nec facit iſta lucrum.

In Detractorem.

Naſutus ſis uſque licet: ſis denique naſus.
Quantum noluerit ferre rogatus atlas.
Et poſſis ipſum tu deridere latinum:
Non potes in nugas dicere plura meas.
Ipſe ego q̃ dixi: quid dentem dente iuuabit
Rodere? carne opus eſt: ſi ſatur eſſe uelis.
Ne perdas operam: qui ſe mirantur in illos:
Virus habe: nos hæc nouimus eſſe nihil.
Non tamen hoc nimium nihil eſt: ſi candidus aure:
Nec matutina ſi mihi fronte uenis.

Ad Lectorem.

Om nis in hoc gracili xeniorum turba libello
Conſtabit nummis quattuor empta tibi.
Quattuor eſt nimium: poterit conſtare duobus.
Et faciet lucrum bibliopolla tryphon.
Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas:
Si tibi tam rarus: q̃ mihi nummus erit.
Addita per titulos ſua nomina rebus habebis:
Prætereas ſi quid non facit ad ſtomachum.

Tus.

Serus ut ætherea germanicus imperet aula:
Vtque diu terris: da pia tura ioui.

Naſutus: Naſuti dicunt qui grauiore cenſura ſubſannant aliena: & Horatius a Perſio dicit ſuſpendere populum naſo: hoc eſt deridere. Plura: q̃ ego dixerim. Licet: eſſet tibi tãtus naſus. i. tanta cenſura. Latinum: mimum Domitiani q alios deridet. Eſt opus carne: dicit eos haberẽ carnẽ qui poſſũt derideri. Habe uirus: morde & exerce maledicentia. Qui ſe mirat: qui ſibi placet. Hoc nimiũ nihil: non tamẽ hoc ẽ oĩo nihil. Candidus aure. i. ſine ĩuidia ad legẽda epigrãmata. Fronte non matutina. i. exhilarata: nã matutina frons triſtior eſt: contra poſt cœnã exhilarata.

Mnis. Xenoriũ eodẽ uerbo uſus eſt Pli. ad Corneliũ ſcribẽs: Xenia in qt dedi. Xenia aũt ſũt munera: quæ amicis mittunt. Gracili libello: paruo. Turba xeniorum. i. diſticha Duobus: alludit ad diſticha quæ duorũ carminum ſũt. Triphon: bibliopolla Titulos: lẽmata. Non facit ad ſtomachũ ideſt non placet: & ſimul alludit ad eſculẽta quæ ſũt ĩ diſtichis

Erus. Saturnalitia carmina ſunt addita muneribus: quæ amicis mittebantur. duo autem erant genera: ut ſupra eſt dictum: alia enim dicebantur xenia: alia apophoreta. hæc xenia ſunt in quibus initium habet tus: cum ſacris dicatum ſit. id colligitur in Arabia in Sabota monte excelſo regione Saba: Saba uero myſterium ſignificat ut græci interpretantur. Mineum dicitur a Mineis populis per quos primum uehitur: Carphiatũ: Dactiacum: Maſculum a Virgilio a rotunditate guttæ: cum iu ture fœmininum non reperiatur. olim in maxima penuria poſtea in abundantiam exceſſit armis Alexandri: qui ſubegit arabiam. Serus: alloquitur amicum. Germanicus: Traianum potes intelligere: qui Germaniam ſubegit: ut ſcribit Euſebius: ſed magis placet de Domitiano intelligas. hoc diſtichon Domitiani temporibus inter ſaturnalia compoſitum eſſe. Pia tura: quæ mitto: Ita alibi ait deos cito Herculi cælum dediſſe: ſed ſero daturos Domitiano. idẽ ſæpe optat.

Acrea Ficedula. Ficedula a fico cuius cibo delectat̃ dicit̃: pinguescit etiam uuis. Inter
aues optimi saporis a Celso numerat̃. Saporis fatui est: condit̃ autem sinapi aut pipe-
re. Piper addere cibariis primus gloriat̃ se inuenisse Catius apud Horatiũ. Primus & in-
uenio piper album cum sale nigro: Incretum puris circũposuisse catillis. Piper quod albũ
dicit̃ in precio est. Lucet: præ pĩguedine. Cærea: pinguis. Cũ dat̃: cũ tibi obuenit forte.
Os Alicam. Alica ab alendo dicit̃: ut Pompeius scribit: inuenta est a Romanis: nã ton
sa fiebat triplici genere: ut
supra est dictum: minimo
secundario apheremate:
ætate Pompeii magni non
reperiebat̃: utilis tamẽ ha-
bita ẽ: & saluberrima: siue
potanda daret̃ in modum
ptysanæ: siue aqua mulsa.
In tãto precio erat: ut Var
ro scribat morbum regiũ
dictum esse: ꝙ mulsa pre-
ciosissimo remedio cura-
batur: licet aliter supra sit
dictum ex sententia Cor-
nelii. Mulsum: uinũ mul
sum quo elota alica utaris.
Eme: mulsum: nã omĩno
indiges si uolueris uti alica
Diues: nã mulsum diui-
tis est.
I spumet. F. conchis.
Conchis fabatiæ uiri
des dicebantur: conditæ li
quamine coriandro cimi-
no porro conciso & oleo:
quod nisi plurimũ inesset
nullus erat conchis sapor.
Iccirco supra dixit in male
cœnantem: Et bene si cœ-
nas conchis inuncta tibi ẽ.

Piper.

Cærea quæ patulo lucet ficedula lumbo:
Cum tibi forte datur: si sapis: adde piper.

Alica.

Nos alicam: mulsum poterit tibi mittere diues:
Si tibi noluerit mittere diues: eme.

Conchis faba.

Si spumet rubra conchis tibi pallida testa:
Lautorum cœnis sæpe negare potes.

Far.

Imbue plebeias clusinis pultibus ollas:
Vt satur in uacuis dulcia musta bibas.

Lens.

Accipe niliacam pelusia munera lentem:
Vilior est aliaca: carior illa faba.

Simula.

Nec poteris similem dotes numerare nec usus:
Pistori totiens cum sit & apta coquo.

hæc igitur si fuerit bene uncta poteris bene cœnare sine mensa diuitum. Spumet: multo
oleo. Rubra testa: fictili uase rubro. Potes negare: subtrahere te. Mensis lautorum:
nam domi conche bene cœnabis: Iuuenalis: Cuius conchæ tumes.
Mbue: Far. Far diu in precio fuit: quod in usum mensæ docuit Numa: id autem cum
sit salubre si igne torreat̃: primus persuasit romanis id non esse purum nisi torreat̃:
Iu sacris igitur bis erat tostum: & patiebat̃ ignẽ: quoniã & olim fuerat igne purgatum: &
tunc inurebatur: auctores sunt Pli. & Dionysius: inde farina dicitur. ccc. annis e frumento
factũ est clusinũ ut Pli. Varro & columella scribũt: candore & magnitudine reliquũ supe
rauit. Pulte diu romani uictitarunt: ut docet Ennius: cũ scribit in obsidione offam infanti
bus fuisse ereptã. plus ex farre clusino dulcẽ relinquit uasis saporẽ. docet igitur uinũ eius-
modi uase posse dulcescere: in quo puls farrea cocta fuerit. Imbuere: est primum saporẽ
dare. Plebeias: quibus utuntur pauperes. Dulcia musta: idest uinum æque dulce ac est
mustum. Satur: quum inde ederis pultem. Vacuis: exhaustis pulte.
Ccipe: Lens. Lens in ægypto peruenit duplici genere altero rotundiore & nigro: alte-
ro suæ figuræ. putauit antiquitas æqui animi fieri homines qui lente uterẽtur: unde
lenti dicti sunt homines qui non mouentur ullo affectu. Pelusia: ægyptia. Vilior alica:
.i. minoris precii q̃ alica. nã iã de ea dixerat. Carior fabã. s. uiridi conchæ de q̃ paulo ante.
Ec poteris: Simila. Simila ex tritico fiebat minutim conciso. huius panis in maximo
erat precio. Condimentis item plurimis seruiebat: ut scribit Apitius. Non nume-
rare poteris: quia est minutim concisa. Pistores: qui faciebant farinam & panem coque-
bant. Pistori: qui inde panem faciet. Coquo: qui inde plurima parabit cibaria.

Vlio:Ordeum.Ordeũ olim panem dedit qui damnatus eſt: poſtea deſtinatum fuit reficiendis quadrupedibus:demũ excogitatum facere ptyſanã ex eo:quæ ualidiſſima erat & ſaluberrima:ut Hyppocrates uno uolumine teſtatus eſt. Copo: uini uẽditor dicit̃ & potus.Monet igit̃ amicũ ſe mittere ordeũ:qđ non dandũ ſit quadrupedibus: cũ nup inuentũ ſit facere ex eo ptyſanã. Mulis tacituris:quos uelit tacere:nã hinniũt pĩgues ordeo. Cauponi:q ex eo faciat ptyſanã. Non det mulis:qa.ſ.ſublatus ſit uſus ordei dandi quadrupedibus:ut ſcribit Pli.

Ordeum.

Mulio quod non det tacituris accipe mulis
Hæc ego coponi:non tibi dona dedi.

Frumentum triticeum.

Tercentum libyci modios de meſſe coloni
Summe:ſuburbanus ne moriatur ager.

Betæ.

Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ:
O q̃ ſæpe petet uina piperque coquus.

Lactuca.

Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum:
Dic mihi:cur noſtras inchoat illa dapes?

Ligna acapua.

Si uicina tibi nomento rura coluntur:
Ad uillam moneo ruſtice ligna feras.

Rapa.

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus:in cælo romulus eſſe ſolet.

Non tibi:ut.ſ.& facias ex eo panẽ: qđ itẽ damnatũ ẽ auctore Pli. Coponi:ut.ſ. ex eo faciat ptyſanã.nullus enĩ maior ex ordeo fructus pcipi poteſt: q̃ ut inde fiat ptyſana qđ poſtremo eſt inuentũ auctore Pli. Varro tamẽ canes pane ordeaceo alendos ſcribit.

Ercẽtũ: Frumẽtũ triticeũ.Frumentũ triticeũ qđ ſũma ubertate ꝓueniebat: agri ſæpius ſati ſterileſcũt:mittit ergo copiã frumẽti libyci ne frequẽti ſatione agrũ ſuburbanum ſterilẽ reddat: q compatus ẽ ad uoluptatẽ. Moriat̃: ſterileſcat frequẽti ſatione

T ſapiãt:Betæ.Betæ diſtĩguunt̃ ĩ duo genera ab aliis ĩ nigrã & cãdidã:ab aliis ĩ uernã & autũnalẽ.leuiſſimæ ſũt oĩum herbarũ hortẽſiũ.Sed condiũt̃ acrimonia ſynapi:ut pli.docet ut Mar.uino & pipe. Ita cõditæ dicũt̃ prãdia fabrorꝝ.ab aliis dicũt̃ dapes ruſticanæ. Fatuæ:ſaporis ſalſi expres. Prãdia:iẽtacula fabrorꝝ.Columella:Quæque fabis hilis fabrilia miſcet: đ faba fabrorꝝ loquẽs.

Laudere:Lactucæ.Lactucæ poſt cœnã olim ſumebant̃:ut Horati.docet:nunc prima mẽſa dicũt̃ a lacte quo miconiũ unũ ĩter eas genus abũdat.Solũ oli cognitũ.In tria diſtĩguũt̃ genera:purpureas:criſpas:cappadocas. Clauder̃:finir̃. Inchoat.i.ſũit̃ pria mẽſa.

I uicina:Ligna acapana.Ligna acapna dicunt̃ quæ ardent ſine fumo:a enim ſine: capnos ſignificat fumũ:Ea quo modo fiãt docet Cato in re ruſtica. Conſperguntur enĩ amurca & exponuntur ad ſolem ut eum inbibant liquorem. Nomenti uillã habebat poeta:loca uicina erant paluſtria & ſaliceta:unde Plutarchus ſcribit Cæſarem ſtatuiſſe ſiccare nomentanas & pontinas paludes.monet igitur ut ſi ad loca nomento uicina uelit accedere ferat ſecum ligna acapna:quoniam illic ſunt uiridia & paluſtria. Nomento: quod erat ad.x.lapidem.De quo alibi multa diximus.

Aec tibi: Rapũ.Rapum & rapa dicit̃ ſimplici antiquitati cibus gratiſſimus: adeo ut legati afferentes aurum Curio:quo eum corrumpere cogitabant:hominem repperérint rapa uoluentem.Græci rapam plumbeam in templo Delphici Apollinis dicarũt eius fatuitatẽ indicantes:ſed ut Pli.ſcribit non erant romæ ubi Curius rapis contentus aurum contempſit.In tantã excreſcunt magnitudinẽ ut.xl.librarũ aliquando fuerint conſpectæ. Nurſinæ palmã obtinent. Romulus:per Romulũ ſimplicẽ antiquitatẽ intelligit Romæ: quæ ut ꝓpoſuimus rapis utebat̃.Fuit præterea alter Pollio Romulus qui ſupra centeſimũ uixit annum mulſi potu & olei unguento. Gaudentia frigore:quia in uſu ſunt brumali tempore. Eſſe:comedere:quia non nouit̃ aliũ cibum q̃ rapam. Vult oſtendere fuiſſe in precio ſæculo Romuli:adeo ut meliorem in cælo non optet cibum.

E tibi. Nitrum salis genus est quod circa Acathin & Mephim ægypti prouenit. eo ægy
ptii utuntur ad ea quæ nolunt inueterascere. Cucumeres eo seruant recentes: & bras-
sicæ ea aqua conspersæ. quia & Plinius de caule ita scribit. Nitrum etiam in coquendo uiri
ditatem custodit. Caulis multis a Catone laudibus celebratur: singulisque remediis adhi
betur: eo dum imperite uteretur uxorem necauit. Brassica autem dicitur quasi passica:
uel a præsecando ut Festo placet: quoniam præsecatur: hoc est præciditur ex thyrso. Brassi

Coliculi.

Ne tibi pallentes moueant fastidia caules:
Nitrata uiridis brassica fiat aqua.

Porri sectiui.

Fila tarentini grauiter redolentia porri
Edisti quotiens: oscula clausa dato.

Porri capitati.

Mittit præcipuos nemoralis aritia porros:
In niueo uirides stipite cerne comas.

Napi.

Nos amiternus ager felicibus educat hortis
Nursinas poteris parcius esse pilas.

Asparagi.

Mollis in æquorea quæ creuit spina rauenna:
Non erit incultis gratior asparagis.

Vua duracina.

Non habilis cyathis: & inutilis uua lyeo:
Sed non potanri me tibi nectar ero.

Chia ficus.

Chia seni similis baccho quam setia misit.
Ipsa merum secum portat: & ipsa salem.

ca interior pars caulis. Pal
lentes: quia dum inuetera
scunt pallescunt. Fiat ui
ridis: renouetur.

Ila: Porri sectiui. Se-
ctiuo porro usus ē Ne
ro quotidie: siue alio cibo
æstiuo tempore ad uocem
seruandam. Acrius est q̄ ca
pitatum. Tarenti optime
prouenit. Sectiuum dictū
quoniam in multas incisu
ras secatur. Idem sectile di
citur. Iuuenalis: Quis tecū
sectile porrum. Oscula
clausa: nolito aperire os ob
fœtorem.

Ittit. Porrum capita-
tum Hostiæ & Aritiæ
optime ꝓuenit. Columel-
la Et mater aritia porri. Ca
pitatū fiebat supposita te-
gula aut silice aut alio trās
latum ī caput excresceret:
mitius est sectiuo. Nemo
ralis: a nemore uicino.

Præcipuos: peculiares.

Virides comas: idest fo-
lia uiridia.

Os: Napi. Napi ī tria
distinguuntur gene-
ra: aliī enim sunt Amiter-
nini ubi principatum obti
nent nursini: demum no-
strates præstantiores sunt rapis. Amiternum patria Salustii non procul ab Aquila. Pilas:
rapas a rotunditate: idest cum rapas habueris poteris napis abstinere.

Ollis: Asparagus. Asparagus ab asperitate dicit̄: uel potius ꝙ asparagus externa lin
gua significat uirgultum: olim tantum reperiebatur incultus passim: postea luxu-
ria mortalium cæpit eos colere & educare: adeo ut Rauenna trium librarum aspa-
ragum aliquando produxisse dicatur: nunc mittuntur asparagi inculti non hortenses: &
altiles. Plinius de asparagis: Nullum gratius iis solum q̄ rauennatium hortorum indicaui
mus: corrudam hunc intelligimus siluestrem asparagum: quem græci omnium aut mya-
canthum uocant: aliisue nominibus. Mollis: molli cultu. Spina: idest asparagus: nam
ut Plinius scribit: asparagus in totum spina est. Aequorea: quia ad mare est. Incultis:
sponte sua natis quos nunc mitto: quasi dicat rauenna ubi altiles spectantur asparagi: non
habet meliores: q̄ hi sint inculti quos mitto.

Hia: Ficus chia. Ficus chia gratissima poetæ est: ut sæpe dixit. Ita a Macrobio nomina
tur. Pungit palatum: grato sapore & uini ueteris & salis. Aridis ficis ut auctore Cato
ne excogitatum est: loco salis & casei: sed hic de sapore chiæ intelligit. Baccho seni: idest
ueteri uino. Portat secum merum & salem: quia habet saporem salis & meri.

I tibi: Poma cydonia. Poma cydonia ex creta afferebantur ubi prouenſunt tanta ubertate ut incuruatis ramis prohibeant parentem creſcere: ea melle ſeruari docet Columella & Cato. fiunt enim prope melimella: quæ mellitum ſaporem habent ſua ſponte: & dicuntur muſtea a celeritate miteſcendi & maturitatis.

Oma: Nuces pineæ. Nuces pineæ in tarentinas: arpinas: pthias diſtinguuntur ipſæ dicatæ Cybeli ob copiam quæ in ida eſt ei ſacra: ſed arbor in tutela Siluani: poma loquũtur. Noſtra ruina: ne nos ruentes cadamus in caput tuum.

Orba: Sorba noto extant nomine. In quattuor diuiduntur genera: Arida aluum ſiſtunt: Recẽtia ſtomacho proſunt: docet Cato ea condiri melle. Durantia: quæ ſiſtimus & ſiccamus. Ventres molles. i. fluxos. Puero: cuius uenter ſæpe mollis eſt & laxus.

Vrea: Cariota. Cariotarũ petaliũ foliũ ſignificat arboris. hic accipitur ꝑ ramuſculo palmæ. Cariota fructus ẽ inter cætera genera cibo & ſucco uberrimus: inde uina fiebãt noxia capiti: ex quo nomẽ datũ ẽ fructui: nã cara ſignificat caput: unde cariota eadẽ cariotis dicta eſt a Papinio: Et latẽte palma prægrãdes cariotides cadebãt: & a Martiale ſupra: Et notæ cariotides theatris: auctores ſũt Pli. & Strabo ĩ ultio. Tegebaƭ aũt leni bractea auri calẽdis Ianuariis: mittebaƭque a paupibus. ſupra: Hoc liniƭ ſputo iani cariota calendis: Quam fert cum paruo ſordidus aſſe cliens. In omen futuræ ſuauitatis in ſequentis anni: ut Ouidius ex Iano in faſtis: Quid uult palma ſibi: rugoſaque carica dixi: ſed tamen q̃uis aurata ſit ſolet mitti a paupere: qui auro caret. Potes accipere petalion pro bractea illa ſubtiliſſima qua tegebaƭ cariota. Tamen hoc munus: q̃uis auratum ſit.

Aec: Vas coctanorum. Syria quoſdam fructus habet peculiares inter quos ſunt coctana de genere ficorum: ſed minora ſunt. horum meminit Iuuenalis: Quo pruna & coctana uento. hæc mittebantur coronata menta: ut recentia ſeruarentur. Condita menta torta. i. corona mentæ. Si forent maiora: nam ſunt minora ficis. ut ſcribit Plinius.

Runa: uas damaſcenorum. Damaſcena pruna erant peculiaria Syriæ: quæ uetuſtate fiunt rugoſa: citantque uentrem. mittebanƭ in ſaturnalibus: ut indicat Papinius: Quæ ramis pia germinat damaſcos. Damaſcena dicta a damaſco urbe & monte in quo naſcunƭ ſupra etiam ea rugoſa dixit. Carie: uetuſtate. Peregrinæ ſenectæ: qa ex Syria mittunƭ.

Aſcus: Caſeus lunẽſis. Barbaræ gẽtes diu caſeũ ignorarũt: & ſi lacte uictitabãt: Roma hoc bonũ italiæ oſtẽdit: inter cætera caſeos genera mittebanƭ a Luna urbe inter ætruriam & liguriã nobili portu & marmore candidiſſimo. hic magnitudine admirãdus erat: nam ſingulæ maſſæ ad millena pondo nonnunq̃ premebaƭ: auctor Pli. Aptæ igiƭ erãt ad puerorũ turbã nũeroſã alendã. Mille prãdia: multas iẽtationes. Luna: oppidũ ætruriæ.

Cydonia.

Si tibi cecropio ſaturata cydonia melle
Ponentur: dicas hæc melimella licet.

Nuces pineæ.

Poma ſumus cybeles: procul hinc diſcede uiator:
Ne cadat in miſerum noſtra ruina caput.

Sorba.

Sorba ſumus molles nimium durantia uentres:
Aptius hæc puero q̃ tibi poma dabis.

Petalion cariotarum.

Aurea porrigitur iani cariota calendis:
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.

Coctana.

Hæc tibi quæ torta uenerunt condita menta:
Si maiora forent coctana ficus erat.

Pruna damaſcena.

Pruna peregrinæ carie rugoſa ſenectæ
Sume: ſolent duri ſoluere uentris onus.

Caſeus Lunenſis.

Caſeus ætruſcæ ſignatus imagine lunæ
Præſtabit pueris prandia mille tuis.

I:Caſeus ueſtinus. Caſeus ueſtinus in precio erat teſtimonio plinii & Apitii:adeo ut
uicē carniū poſſet præſtare. Hæc maſſa:hic caſeus. De grege ueſtio.i.ex ouibus ueſtiis
On:Caſeus fumoſus. Caſeo caprio ſuā ē gratia & laus:ut pli.ſcribit recenti maxīe:con
ditur præſertī fumo:qualis in urbe conficiebatur cunctis præferendus. Velabrum &
maius & minus:ut Varro ſcribit in urbe erat:ubi ganeatæ epulæ parabantur.cū ergo uelit
ſignificare caſeū urbanum appellat eum uelabrenſem:quia in eo urbis loco condiebatur

Caſeus ueſtinus.

Si ſine carne uoles ientacula ſumere frugi:
Hæc tibi ueſtino de grege maſſa uenit.

Caſeus uelabrenſis.

Non quemcūque focum:nec fumum caſeus omnē:
Sed uelabrenſem qui bibit ipſe ſapit.

Caſei trebulani.

Trebula nos genuit:commendat gratia duplex:
Siue leui flamma:ſiue domamur aqua.

Bulbi.

Cum ſit anus coniunx:& ſint tibi mortua membra:
Nil aliud bulbis:quam ſatur eſſe potes.

Lucanicæ.

Filia picenæ uenio lucanica porcæ:
Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Oliuæ.

Hæc quæ picenis uenit ſubducta trapetis:
Inchoat atque eadem finit oliua dapes.

Mala Citrea.

Aut corcyrei ſunt hæc de frondibus horti:
Aut hæc maſſili poma draconis erant.

fumo:non quia fumus ue-
labrenſis aptior eēt ad con
diendū alio quocūque fu-
mo. Qui bibit fumū uela
brenſē.i.q fit ī urbe:nā ut
Pli.ſcribit:caſeus q ī urbe
fiebat præferebaꝛ cæteris.
Rebula:Caſei trebu-
lani. Trebula oppidū
erat ī agro reatino:ut Var-
ro ſcribit ī originibus.erat
præterea iuxta cruſtumiū
colonia romanoꝝ eodē no
mine. Cruſtumini aūt ca-
ſei laudatiſſimi erant præ-
ſertī ex cāpo Cediciæ:au-
ctoꝛ Pli. Trebulæ ſiue igne
parentur ſiue aqua calida.
Gratia duplex.i.duo uſus
ſiue igne ſiue aq̄ paraꝛ hē
mus gratū ſaporē Colūella
Vm:Bulbi. Bulbi ſunt
miores aſcaloniæ mul
tis generibus. Cato megari
cos laudat:inter eos eſt epi
menidū:ut Theophraſtus
ſcribit:qđ laudatiſſimū p-
uenit ī libya. legitimis nu-
ptiis apponunꝛ ſponſis:ut
Varro & Apitius ſcribunt:
cū nucleis pineis aut cū eru
cæ ſucco & pipe ad uſū ue-
neris. Mēbra mortua:ita
ut non poſſis arrigeꝛ.i.illo
medicamīe.q.d.iis tantū ꝓſūt bulbi:q ī uſū libidinis poſſūt recreari:iis uero qbus mēbra
mortua ſūt:& coniūx anus nihil afferūt:præter ſaturitatē:quū pruritū excitare nequeāt.
Ilia:Lucanicæ. Lucanica dicta eſt a Lucania prouincia:in qua milites id farciminis ge
nus inuenerūt.has fieri docet Apitius:pipere:cimino:ſatureia:conciſis carnibus. Botel
lus eiuſdem generis eſt:unde pultes coronatæ menſis apponebanꝛ.ſupra: Et pultē niueam
premens botellus. Pultes aūt fiebant uario & nomine & condimentorum genere:ut Iulia-
næ:præterea cum iure œnogari cocti. Grata corona:appoſita & condita.
Aec:Oliuæ picenæ. Oliuæ picenæ menſis ſeruabantur in cibum:nam his tota duceba
tur cœna ſumptis ab initio ad finem. Trapetum:torcular oliuariū a trapo quod eſt
uerto. Subducta:ablata:quia non torquebatur. Inchoat:ſumitur in principio.
Vt:Mala citria. Mala citria eadem mala medica dicuntur:quæ Oppius antiquæ au-
ctoritatis:Macrobius Pli.eadē eſſe demonſtrant:quæ a Virgilio in Georgicis deſcri-
buntur:Media fert triſtes ſuccos.hæc interiecta ueſtibus tineas arcent:unde ueſtis citroſa
dicta eſt his ſeruata:ut Neuius appellat. Quid uelit Feſtus non intelligo:qui ſcribit ueſtē
citroſam dictā a ſimilitudine citri. Duo in terris pomaria commendabātur Alcynoi & he
ſperidum. Iuuenalis:Qualia perpetuus phæacum autumnus habebat:Credere quæ poſſis
ſurrepta ſororibus afris. Draconis maſſyli.i.a dracone maſſyliæ in hortis heſperidum.

Vrripuit: Colostrum. Colostrum significat lac: quod exprimitur ex uberibus armentorum anteq̄ nati pulli os admouere possint: cogiturque in speciem pumicis: si aqua non adhibetur. Aristoteles trophalida appellat. Hædis nondum stantibus: id est non erigentibus se ad ubera. Pli. Est autem colostrum prima a partu spongiosa densitas lactis Stomacho accommodatissimum caprinum: quoniam fronde magis q̄ herba uescuntur.

Asciuum: Hædus. Hirci mactantur Baccho: cum uites lædant. Pecus lasciuū. i. hædus ut illud: Lasciua capella. Dat pœnas: mactatur. Deo: Baccho: q̄a corrosit uites. ostēdit eū fore īutilē mēsis postea q̄ cœpit corroderē uites nā q̄diu sugit lac: mensis est aptus.

Andida: Oua. Fractis ouis adhibebaṫ garū scombro℞. Scombros autē aptos ad garū mittūt mauritania: bæthica: carteia: & insula Herculis ī hispania dicta scombria a multitudie scōbro℞: q illic capiūṫ ad ga℞. Liquor hesperius .i. liquamē scombrorū: q capiūṫ ī hispania. Salsamēto supra oua condita legimus: Diuisis cibiū latebit ouis. Vnda cādida: ouo℞. Vitellos croceos: a colorē.

Acte. Porcellus lacteus dr̄ qui nondū aliud cibi gēus attigit q̄ lac: hic hēbaṫ gratissimi saporis. Ponat. i. apponat mihi: nā porcellū: lacteū pluris facio q̄ aprū Edat diues d̄ sue ætolo. i. ipse diues sibi hēat ingētē aprū: quātus fuit ætolus īterfectus a Meleagro: modo ego edā porcellū lacteū. q. d. hūc pluris facio.

On Tuberes. Tuberes & Apiria: Sextus Papi. nouissimis Augusti tēporibus attulit ī Italia zizipha ex syria: tuberes ex africa: q̄ utraque sūt similiora bacis: q̄ pomis & malis. Tuberes erāt ī precio duplici genere cādido & serico. Apirinon aba sine: pirinon. i. nucleus: genus mali granati est quod nucleo lignoso caret: mitiorisque est saporis. hoc quoque ex affrica translatum est nam illic circa carthaginem benignissime nascitur: Plinius auctor. nunc hi fructus ferebantur. poeta habebat uillam in nomentano: quod supra dixit. Arboribus nomentanis: idest uillæ meæ nomentanæ. Non de libycis: unde. s. olim petenda erant.

Ecta: Idem. Tuberes uernæ: domi nati. Quid tibi cum libycis: quid quæris libycos cum habeas domesticos. i. natos in agro romano.

Sse: Sumen. Sumen ex papillis porcæ lactantis fit quo plus lactis continebat: eo plus commendabatur. Putes: putare possis. Nondum: scilicet esse sumen: sed papillam. Largo ubere: nam ex ubere fiebat. Papillla: nam uidebaṫ papilla lacte tumens.

I Libycæ. Pulli gallinacei. Aues libycæ dicuntur gallinæ numidicæ: de quibus satis supra est dictum. Phasidos aues: id est phasiani. Aues cortis: pullos gallinaceos. Acciperes: id est tibi mitterem. Aues cortis: id est gallinas quas solas habeo.

Colostrum.

Surripuit pastor: quæ nondum stantibus hædis
De primo matrum lacte colostra damus.

Hædi.

Lasciuum pecus & uiridi non utile baccho
Dat penas: nocuit iam tener ille deo.

Oua.

Candida si croceos circumfluit nuda uitellos:
Hesperius scombri temperet oua liquor.

Porcellus lacteus.

Lacte mero pastum pigræ mihi matris alumnum
Ponat: & ætolo de sue diues edat.

Apyrina & Tuberes.

Non tibi de libycis tuberes & apyrina ramis:
De nomentanis sed damus arboribus.

Idem.

Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis:
Et uernæ tuberes: quid tibi cum libycis.

Sumen.

Esse putes nondum sumē: sic ubere largo
Effluit: & uiuo lacte papilla tumet.

Pulli gallinacei.

Si libycæ nobis uolucres: & phasides essent:
Acciperes: at nunc accipe: cortis aues.

Ilia:Præcoqua perſica.Præcoqua perſica dicuntur quæ æſtate matureſcunt cū cætera miteſcant poſt autūnum. Id genus excogitatum eſt.xxx.annis āte imperium Veſpaſiani tanta æſtimatione:ut ſingula ſingulis denariis uenirent. Plinius auctor: hoc fiebat noua inſitione. Vilia:id eſt parui precii. Ramis maternis.i.noſtræ matris in quibus eramus anteq̄ inſita eſſemus. Adoptiuis:in quibus inſita ſumus. Cara.i.magni precii.

Perſica nuciperſica.

Vilia maternis fueram us præcoqua ramis:
Nunc in adoptiuis perſica cara ſumus.

Panes picentini.

Picentina ceres niueo ſic nectare creſcit:
Vt leuis accepta ſpongia turget aqua.

Boleti.

Argentum atque aurū facile eſt:lænāque togāque
Mittere:boletos mittere difficile eſt.

Ficedula.

Cum me ficus alat:cum paſcar dulcibus uuis:
Cur potius nomen non dedit uua mihi?

Tubera.

Rumpimus altricem tenero de uertice terram:
Tubera boletis poma ſecunda ſumus.

Turdorum corona.

Texta roſis fortaſſe tibi uel diuite nardo:
At mihi de turdis facta corona placet.

Anas.

Tota quidem ponatur an as:ſed pectore tantum
Et ceruice ſapit:cætera redde coquo.

Turtur.

Dum pinguis mihi turtur erit:lactuca ualebit:
Et cocleas tibi habe:perdere nolo famem.

Icentina:Panes picentini.Picētes pane excogitato laudantur:quem conficiebāt ex alicæ materia macerata.nouem diebus ea ſubigebaẗ una paſſa:torrebaturque ī furno īpoſita ollis quoad frāgerēẗ.hi ob duriciē frāgi non poterant:niſi lacte mulſo ue molliti:ut docet Pli.Ceres picētia.i.panes picentini. Creſcit: tumeſcit. Niueo nectare.i.lacte:quo auctore Pli.mollienbaẗ.aliter enim frangi non poterant.

Rgētū.Boleti ī maximo erāt precio nobiles ueneficio Claudii. Boletos: qa unuſqſque uult ueſci potius q̄ mitteř amico

Vmpius:Tubera.Tubera ī lautis mēſis fuiſſe Iuuēalis carmē teſtaẗ: Radēẗ tubera:ſi uer Tunc erit. Magnitudīe liberali nōnūq̄ uiſa ſūt. Africana præſtāt:ut ſcribit Pli.idē Iuue.illud: Tibi habe frumētū Attilius īqt O libya diſiūge boues: dū tubera mittas. Imbres autūnales: eodē auctoř & crebra præſerti tōitrua ea gēerāt: Idē Iuue.Et faciāt optatas tonitrua cœnas maiores. Sunt tenerrīa uerno tpe. Iuue. ſi uer tūc erit.Id ī ānalibus ē de tubeř: Laertio licinio prætori mordēti tuber denariū ꝺeprehēſū dētes primos īflexiſſe.mīoris tamē precii ſēẗ ut poetæ pla.q̄ boleti.Rūpius terrā:qa rūpiẗ ubi naſcūẗ

Exta.Corona turdoꝝ.In coronā pendētes turdi mittūẗ:qui inter aues primū obtinēt saporē iudice poeta:nobiles ſunt loquacitate turdi Arippinæ: qui ſermonē humanū effingebat:hyeme ī germania apparēt.Coronæ ſutiles ī ſolēnibus conuiuiis dabāẗ: primū ex roſis:poſtea Plinio teſte datæ ſunt ex foliis nardi. Nardo diuite.i.precioſo. Texta roſis.i.ſutilis corona. Vel nardo diuite.i.luxurioſa:nam ex foliis nardi data eſt.

Ota:Anates.Anates a nādo dictæ ſūt:ut placet Ciceroni.haꝝ pectus tātū & ceruix gulæ dabaẗ:reliqua īutilia. Sapit ceruice.i.& ceruix grata ē. Redde coco:ſūt.n.uilia.

Vm:Turtures.Turtures condiuntur ab Apitio qui ſaginatis animalibus non eſt contetus.poeta tanti facit:ut nihil ante guſtandum erit:cum ponetur turtur.Lactucæ:cocleæ excitando ſtomacho prægustabantur.ſupra:Non dederunt tibi ſi ſoles ꝓpinin.i.prægustare. Valēbis lactuca.i.non guſtabo te. Perdere nolo famem.i.nolo conſumere eſuritionem hanc rebus uilioribus:cum habeam turturem & rem delicatam.

Petaſo.

Muſteus eſt: propera caros nec differ amicos:
Nam mihi cum uetulo ſit petaſone nihil.

Perna.

Ceretana mihi fiet: uel maſſa licebit:
De menapis: lanti de petaſone uorent.

Vulua.

Te fortaſſe magis capiet de uirgine porca:
Me materna graui de ſue uulua capit.

Colocaſia.

Niliacum ridebis olus: lanaſque ſequaces
Improba cum morſu fila manuque trahe.

Iecur anſeris.

Aſpice quam tumeat magno iecur anſere maius:
Miratus dices: hoc rogo creuit ubi.

Glires.

Tota mihi dormitur hyems: & pinguior illo
Tempore ſum: quo me nil niſi ſomnus alit.

Cuniculus.

Gaudet in effoſis habitare cuniculus antris:
Monſtrauit tacitas hoſtibus ille uias.

Vſteus. petaſo. Saliendum petaſonẽ monet Cato in re ruſtica. Id uerbũ apud alios auctores rarius præcipue commendatur: cum Muſteus. i. recens: quo uerbo plinius in hac ſignificatione ſæpe uſus ẽ: & Apitius condit petaſonem ex muſteis cũ bilibri ordei: & caricis. Propera: cito ede. Sit mihi nihil. i. non apponatur uetulus petaſo.

Eretana: perna. pernam antiqui dixerunt ĩ ſue partẽ cruribus ꝓpinquiorẽ: nã ſuẽ ita diuidebant ĩ pernã: petaſonem: & lardũ. Pli. pro cruribus accepit: nam caſtrandũ ſuẽ prioribus pnis ſuſpẽdi iubet. Ex gallia a populis Mẽapiis & ex ætruria a ceretanis optĩe pnæ mittebã tur. Mẽapii: galliæ populi utrãque rheni ripã ĩcolentes p paludes: & nẽora: his fĩitimi ſũt ſycãbri. Lauti: delicatioris mẽſæ homĩes Maſſa ceræ: pna ceretana: uel d mẽapiis. i. de mẽapia

E Fortaſſe. Vulua ſumen ex papillis porcaꝶ fit. ex hiſdẽ abſcindiẽ pars quã uuluã appellabãt quæ præſertĩ commẽdabatur: ſi porca nondũ pepiſſet: ũde uuluã ſterilẽ dixit Apitius: quæ nondũ fœtu patuiſſet: & eã uariis condimẽtoꝶ generibus aptã gulæ: nũc mittitur uulua ex porca: quæ pepit. Vulua de uirgine porca. i. ſterili. Capit: delectat me.

Iliacũ. Colocaſiã nõnulli cyamũ dixerũt peculiaris ẽ ægypti: ũde eã ĩ italia ſerere didicerunt. Caulẽ hẽt arenoſũ cũ coctus ẽ: Fila itẽ ſtamẽ lanæ imitantia cũ comediẽ. ſupra: Tenui colocaſia filo: Ait q̃uis ĩ precio ſit colocaſia: tamen ob hoc eſſe parui facienda: ꝗ dum editur filis moleſta eſt. Olus niliacum. i. colocaſiam peculiarem ægypto. Lanas: tenuiſſima fila. Improba: nimia

Spice. Iecur ãſerinũ. Iecur ãſerũ in amplitudinẽ creſcit: præſertĩ ſi fartilia anſeri obiiciuntur. idẽ cũ ita creuit exemptũ e uentre anſeris lacte mulſo ue augeẽ: habebaturque olim inter lautiſſima cibaria. Incertũ Scipio ne Metellus uir conſularis: an. M. Seſeius eadem ætate eques romanus id docuerit. Tumeat: tumidũ ſit. Vbi. q. d. in tam anguſto uentre creſcere adeo non potuit: ſed lacte mulſo ue ut dixi exemptum tumeſcit.

Ota: Glires. Glires inter ſaginata animalia & dapes gãeatas habebãtur: adeo ut. Qu. Scaurus: & Marcus legem ſumptuariã ferẽtes prohibuerunt ne glires apponerentur. hyberno ſomno pingueſcunt. his Fuluius Lupinus uinatia in doliis excogitauit ad ſaginã hyeme iuueneſcunt. Quo. ſ. tempore hyberno.

Audet. Cuniculi uerbũ hiſpanum ẽ: ex genere leporũ habentur: tãta multitudĩe meſſes balearicas olim populebantur: ut ĩcolæ opẽ petierint ab Auguſto aduerſus cuniculos. horum foetus laurices dicũtur: qui ablati uberibus non purgatis interaneis ĩter lautas dapes apponebantur. ab his cuniculi uiæ ſubterraneæ picti ſunt: nam milites terram ita fodere ĩde didicerunt: ut Catoni placet de re mi. Antris effoſis: uiis ſubterraneis. Hoſtibus qui urbem obeſſam uiis ſubterraneis inde ingredi didicerunt.

Atagenæ.

Inter ſapores fertur alitum primus
Ionicarum guſtus atagenarum.

Gallina altilis.

Paſcitur & dulci facilis gallina farina
Paſcitur & tenebris: ingenioſa gula eſt.

Capo.

Ne nimis exhauſto macreſceret inguine gallus:
Amiſit teſtes: nunc mihi gallus erit:

Idem.

Succumbit ſterili fruſtra gallina marito:
Hanc matris cybiles eſſe dicebat auem.

Perdix.

Ponitur auſoniis auis hæc rariſſima menſis:
Hanc in lautorum mandere ſæpe ſol es.

Columbæ.

Ne uioles teneras pro duro dente columbas:
Tradita ſic gnidiæ ſunt tibi ſacra deæ.

Palumbus torquatus.

Inguina torquati tardant hebetantque palumbi:
Non edat hanc uolucrem qui cupit eſſe ſalax.

Galbula.

Galbula decipitur calamis & retibus ales
Turget adhuc uiridi cum rudis uua mero.

Nter: Attagenæ. Auis ĩter raras epulas olim: ſed poſtea gallia & hiſpania his ueſci didicerant: in Ionia præſertim optimi ẽ ſaporis: teſtis ẽ plinius: & Horatius: Non afra auis: non attagen ionicus: uocem quidem habet: ſed cum capitur obmuteſcit. Alitũ auium.

Aſcitur: Gallinæ altiles. Saginare gallinas deliaci primi inuenerunt. Id quo modo fiat columella & Varro docent tantæ olim gulæ: ut. C. Fannius ueteri interdicto ꝓhibuerit aliquid uolucrum apponi menſis: præter unam gallinam: quæ non eſſet altilis. Si altiles aũt apponebant ars culiaꝝ erat: ut ab uno pedẽ laceratæ tota repoſitoria occuparẽt. ĩde exit illud ſatyricũ: Quo geſtu lepores uel quo gallia ſecet. Eligebãt ad ſaginã: quaꝝ cutis ĩ ceruice fartilibus capiẽdis apta uidebat. Dulci farĩa .i. elota mulſo lacte ue adhibito: & farĩa mihi. Tenebris breui tegicule: ut docet Columella. reconditæ & luminibus cluſis altiles fiũt. Ingenioſa: quæ ſciuerit hæc excogitare.

E Nimis: Cappones. ĩterdcĩs gallinis lege cẽſoria ĩuẽtũ ẽ diuerticulũ legi: nã cœperũt gallos ſaginare adhibito lacte: & conuulſis teſtibus: tamẽ caſtrabãt apud ãtiquos lũbis aduſtis cãdẽte ferro: aut ĩmis cruribus mox illito uulnere creta. Gallus: galliaceus. Exhauſto ĩguie .i. ſãguine ĩ coitu. Amiſit teſtes: caſtratus ẽ. Nũc mihi erit .i. nũc mihi uẽ gallus: .i. caſtratus, gallũ ĩqt nũc appellabo non ĩtelligẽs de aue: ſed caſtratũ ut galli ſacerdotes Cybeles idẽ. Steri li caſtrato: nam Cybeles ſacerdotes caſtrati erant.

Onit. Perdices inter heſternas aues hẽnt: & lautiſſias: tãti precii: ut ĩ paupis mẽſã non uẽirẽt. Rariſſia precioſiſſia. In lautoꝝ .ſ. mẽſis.

E Violes. Colũbæ dĩatæ ſũt Veneri: eique mactãt. Proptius: Sed cape torquate uẽus o regĩa colũbæ: ob meritũ ãte tuos guttura ſecta focos. Virgilius mẽnas agnouit aues: monet amicũ: cui mittit colũbinos: ut ſi ſecerdos fuerit Veneris: his abſtineat: debet .n. deæ mactare non ueſci. Tãti olĩ precii colũbæ erãt ut largius eques romanus quadrigẽtis dẽariis uẽdiderit ãte bellũ pompeianũ. Gnidiæ deæ: Veneri cui ſacra ẽ gnidos: nã debes eas mactare & non ueſci: uel certe non uiolare: cũ ſint deæ ſacræ: cuius es ſacerdos: ꝙ placet.

Nguina. Palumbi & palumbes dicuntur: a columbis differunt: nam columbi aſſignatas in altis ædificiis aut turribus celas frequẽtant: conueniuntque: agreſtiores euagãt Torquati dicuntur a ſigno torquis: quod collo præferunt. Propertius: Torquate uenus o regina columba: ſalacitatem retardant. Salax: fortis in libidinem.

Albula. Galbula raro uiſit ĩ italia: nã cũ foetũ eduxit euolat: a colore dicta eſt galbula. Viridibus adhuc uiuis: capit uiſco & retibus calamis uiſcatis. Rudis: ĩmatura.

Annonicas. Catta auis ē pānoniæ pecularis: Raro alibi ī italia q̄ ī ūbria capit̄. Aulus pudens poetæ amicissimus: ut supra sæpius est lectum ī umbria municipium habebat: & agrum: cum cattas caperet illic: non nisi ditioribus mittebat: quos coleret. Vmbria: ubi præcipua est catta. Domino: diuiti quem colit: nam dominum dicimus quem colimus. Mendosi codices habent. Dominæ: sed antiqui Domino: quod placet.

Cattæ.

Pannonicas nobis nunquam dedit umbria cattas:
Mauult hæc domino mittere dona pudens.

Pauo.

Miraris quotiens gemmantes explicat alas:
Et potes hunc sæuo tradere duro coquo.

Phenicopterus.

Dat mihi penna rubens nomen: sed lingua gulosis
Nostra sapit: quid si garrula lingua foret.

Phasianus.

Argiua primum sum transportata carina:
Ante mihi notum nil nisi phasis erat.

Numidicæ.

Ansere romano quamuis satur hannibal esset:
Ipse suas nunquam barbarus edit aues.

Anser.

Hæc seruauit auis tarpæi templa tonantis:
Miraris: nondum fecerat illa deus.

Iraris. Pauo in trimatu explicat caudam: quam ostentat aduerso sole ut irradiet̄. hāc auē īter epulas posuit primus Hortēsius ī cœna adipali sacerdotii sui. mēdose scriptū ē apud pliniū adialitii cœna sacerdotii: cū scribi oporteat adipali cœna sacerdotii: quā adialitii dixerūt mēdose legētes hāc dictionem: eadem uerba sūt apud Varronē ī re rustica. Explicat: pandit. Gēmantes: imitātes gēmas. Sæuo: eā laniaturo. Coquo. q. d. cū pauo edat tam pulchra spectacula non deberet laniari.

At mihi: Phœnicopterus. Phœīcopterus a rubētibus alis nomen accepit: nā phœnix purpureum significat. & ptera alæ Inter mediocres aues recēset̄ a Celso: sed quo maior ē eo ē gratior. Iuuēalis: Et phœīcopterus īgēs. huius linguā priūs Apitius nepotū grues altissimus: ut Pli. scribit optimi esse saporis docuit: ūde Vitellius ī patinā illā delitiaꝶ luxu nobilē habere noluit linguā phoenicopteri. Dat mihi: dicor phoenicopterus uocor a colore. Quid si. q. d. q̄to magis expectaretur līgua si accederet sermo & sciret exprimere uerba: quū aliaꝶ inquit auiū linguæ ꝓpter garrulitatē tātum expectantur: ut lusciniæ & cætera. ego non expector nisi propter saporem.

Rgiua: Phasiani. Ex ponto primū allatæ sunt hæ aues. Argute igitur ab argonautis se ex ponto allatas fuisse aiunt: illic tamen auriculas subrigunt inter plumas: quod alibi non faciunt. A phasi fluuio colchoꝶ phasiani sunt dicti. Columella docet eos saginari a uariis in insulis italiæ adiacentibus. Argoa carmina: ab argonautis: q primi in ponto fuerunt. Nil nisi phasis. i. in ponto tantum eram. Phasis: ponti flu. de quo alibi.

Nsere. Gallinæ numidicæ africæ ēt dicūt̄ & meleagrides: ut Pli. placet. Columella distīguīt crista quā africæ ut ipse scribit habēt rubrā: meleagrides cæruleā. In genere gallinaꝶ sūt: conspsis plumis uariis notis. de his Papi. Quas udo numidæ legūt sub austro. Vltīæ pegrinaꝶ auiū sūt receptæ ī mēsas ꝓpter īgratū succū: ait igit̄ Mart. āserē prius ī mēsis fuisse. Suas aues: gallinas numidicas qa nondū erāt datæ mensis eis temporibus.

Aec. Anseres. Anser ob excitatas excubias capitolias tantū fauoris meruit: ut publice āseres alerētur cēsoribus locātibus cibaria singulis ānis: Solēni præterea pompa singulis ānis īter ædē iuuētutis & summani canes uiui affixi cruci sābuceæ circūferebant̄: āsere puluino insidente: nā canes q ī capitolio erant supati sunt uigilia anseꝶ: hoc a paucissimis tradit̄. Plutarchus ī libello de fortuna romanoꝶ & Pli. auctores iuniores anseres gancæ dicūt̄. Seruauit ī clāgore suo: quia excitauit excubias. Deus Domitianus. placet. n. potius de hoc: q̄ de Traiano: nā illa instaurauit. q. d. si fuissent tā minuta capitolia q̄ quæ instaurauit Domitianus: non irrepsisset hostis: quia olim ab ansere est proditus.

Vrbabis. Grues. Et grues ĩ saturnalibus Papinii cadunt. Papinius in saturnalibus: Casuræque uagis grues rapinis. nobiles carmine Homeri de eaꝝ pugna aduersus pigmeos. In mensas receptæ sunt: non tamen tanta gula: quanta ueniebãt tẽporibus Vespasiani: nam Cornelius Nepos scribit diui Augusti tẽporibus magis placuisse cinonias q̃ grues: sed grues manserunt inter primas aues: quibus dixi tẽporibus ciconiis omnino repudiatis. Cũ uolãt. y. litterã faciunt agmine disposito. Aues Palamedis dicuntur: quoniã ut Philostratus ĩ eo libello scribit q heroica ĩscribit: glorianti palamedi se tres lĩas copisse qbus carebãt græci. ph. ch. th. Vlyxes repẽte obiecit eã laudẽ eẽ gruũ quæ. y litterã faciũt: lussitque eas suspici: nã præteruolabãt. Versus: ordines. Vnam auẽ. i. tã cõposite uolãt: ut si una sit aĩssa turbet̃ ordo Vstica. Rusticulæ. Male ĩterpretãt̃ q rusticã gallinã hoc loco accipiunt cuius mẽtionẽ factã a columella non negauerĩ: eã enĩ scribit ĩ seruitute nõ parer̃ & alẽdã cibo ad saturitatẽ sed ĩter gallinas ẽ. hic autẽ de aue quæ sit e gener̃ pdicũ ĩtelligẽdũ ẽ: qlis ẽ rusticula quã priuatũ hr̃e icessũ: scrbit Pli. Eiusdẽ prope ẽ saporis: cuius est pdix: sed minus grata: quoniam ut ipsa conquerit̃ minore emitur precio: & Horatius pauonẽ hac una de causa mensis gratum scribit: ꝙ multo ueneat auro. Quid refert: quid utilitatis affert. Si ẽ idẽ sapor: cum perdice. q. d. non propterea expector. Carior: uenditur maiore precio. Sic maiore precio empta.

Grues.

Turbabis uersus: nec littora tota uolabit:
Vnam perdideris si palamedis auem.

Rusticula.

Rustica sum perdix: quid refert si sapor idem est?
Carior est perdix: si sapit illa magis.

Cygnus.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Porphyriones.

Nomen habet magni uolucris tam parua gigantis:
Et nomen prasini porphyrionis habet.

Mulus.

Spirat in aduecto sed iam piger æquore mulus
Languescit: uiuum da mare: fortis erit.

Murena.

Quæ natat in siculo grandis murena profundo

Vlcia. Cygni latine olores ob plumã unde lecti struebãt̃ in precio erant. morituri flebilem emittunt cantum: ut credidit antiquitas id falsũ eẽ aliquãdo nonnulli deprehenderunt. mutua carne uescuntur. Ipse sui: hac de causa dicatus est Apollini: qa prædicit sua fata cantu. Lingua defecta. i. uitali motu pene destituta.

Omẽ. Porphyriones prælonga hẽnt crura rubentia & rostra: præter aliaꝝ auiũ naturã morsu bibũt: tigũtque cibũ sæpe aqua: & pede pinde ac mãu ori admouẽt. Inter gigãtes ut apd̃ Lycophronis ĩterpretẽ ãtiqssimũ repio duo prĩcipatũ tenuerũt: porphyrio & Alcyoneus. Prassinus item auriga: cuius Tranquillus in Nerone meminit Prassinus purpurio dicebatur. laus est porphyrionis auis: ꝙ & gigantis & nobilissimi agitatoris appellationem habeat. Prassini: aurigæ.

Pirat. Mulli uiui. Mullus piscis a color̃ mollioꝝ calciamẽtoꝝ nomẽ accepit: ut scribit Fenestella: cũ expirat uersicolori squãmaꝝ mutatione nitescit. olĩ non reperiebat̃ ferme supra duas libras. Asinius Celer tẽporibus Claudii mullũ octo milibus nũmũ emit: ne fabulosũ uideat̃ qd̃ scribit Iuue. Mullũ sex milibus emit: nũc mittit̃ uiuus ĩ aqua marina ad amicum: inde poeta scribit. In æquore aducto: aqua marina: quæ una cum piscẽ aduecta est. Da mare uiuum. i. restitue eum mari uiuo. Fortis: ad fugiendum

Væ. Murenæ. Murẽa ĩ tãtis delitiis olĩ fuit: ut & nomẽ Licinioꝝ faliæ dederit Varrone teste: & mortua ĩ piscia defleta sit a crasso pullato: habueritque ĩ aures baulis ab Antonia drusi. In sicilia obtiet prĩcipatũ: ubi præ piguedĩe ĩ sũmũ pelagus erũpit & sole torrefacta neqt se curuar̃ ut mãu capiat ut Var. scribit ĩ libro: q̃ scribit gallus: tũc dicut̃ græce plotæ latĩe flutæ a fluitãdo: nã p sũmũ æquor fluitant. Profundo mari siculo ꝓpe rhegiũ.

Exustam: quam est sole torrefacta.

Vauis lata gerat: Rombi. Rombus ē istrumētū magicū: d quo supra: Rombus piscis no to ad ætatē nr̄am noīe: rauēnæ reliquos alibi superat magnitudo: nouā nōnūq̄ exigit patiam: qđ satyrice ī Domitianū scriptū legimus: ad hoc alludēs poeta scribit. Patella mē sariū uas ē diminutiuū a patia. ē itē uas dicatū sacris ligneū resinatū: ī quā accipit significa tionē apud Liuiū: cū scribit nihil relictū patribus præter patellā sacro℞ causa.

Non ualet exustam mergere sole cutem.

Rombus.

Quamuis lata gerat patella rombum:
Rombus latior est tamen patella.

Ostrea.

Ebria baiano ueni modo concha lucrino:
Nobile nunc sitio luxuriosa garum.

Scillæ.

Cæruleus nos liris amat: quem silua matrice
Protegit: hinc scillæ maxima turba sumus.

Scarus.

Hic scarus æquoreis qui uenit obesus ab undis:
Visceribus bonus est: cætera uile sapit.

Coracinus.

Princeps niliacis raperis coracine macellis:
Pellæ prior est gloria nulla gulæ.

Echinnus.

Iste licet digitos testudine pungat acuta:
Cortice deposito mollis echinus erit.

Bria: Ostrea. Sergius Orata prius deprehē dit optimū eē saporē ostre is lucris: q̄obrē excogitatū ē ut aliūđ aduecta ē lucrio compascerēt̄ sapor̄ digno scebāt̄ an eēnt nata circeis an aduecta ex briānia quæ nouissima italica suparūt designata a Iuuenale: Rutupino ue edita fūdo. Lucria condiūt̄ ab Apitio pipere & liq̄mie. Ebria: cōpasta alibi: ostrea tu sumis stagno saturato lucrio. Lucrino baiano: ad baias. Nobile ga℞: condit̄ ab Apitio pipere & liquamie: qui ēt docuit eadē ut mullos necari ī garo socio℞ qa fierēt melioris saporis. Sitio ga℞ .i. uellē garo condiri. Luxuriosa ī maiores delitias.

Aeruleus. Sillæ piscu li sūt miturnenses: q gregatī degūt. loca ubi capiūt̄ cicero ī orōne ꝓ lege agraria sileta appelat: q̄uis nonnulli codices saliceta hēant. Lyris: fluuius ortus ī apēnino: præterlabit̄ mi turnas: Mirica: uxor olī Fauni: littoris miturnēsis dea ē. Maxia turba: qa gregatī natamus.

Ic. Scarus olī principatū tenuit: inter piscessolus rumiat: ut scribit Pli. herbis uescitur non aliis piscibus: noīe latino caret: ī mari carpatio freques ē: Ignotus olī italiæ: sed op tanus: ut Pli. & Macr. scribūt: multos aliūđ de aduectos dissemiauit iter hostiā & campaniæ orā: edicto ut si intra. v. annos caperētur remitterentur icolumes. Ex piscinis non est aptus: nec si aliunde q̄ ex mari capitur gratus ē. Iecinora lautissimæ gulæ sunt: quibus non caru patina illa Vitelii: cuius meminit Tranquillus. Obesus: pinguis. Visceribus: iecinore. Cætera: in cæteris partibus. Vile sapit: uilis est saporis.

Rinceps niliaci. Coracinus principatū ī ægypto optinet iter pisces: quēadmodū zeus si ue faber gadibus: salpa circa ebusū: salmo in Aquitania. Peculiares autē ægypti pisces sunt alabetæ: coracini: siluri: ut Pli. & Strabo scribūt. Alexandria urbs condita est ab Alexandro ī ægypto Dynocrate architecto: ut Vetruuius scribit Alexander Pellæus dicit̄ a pella macedoniæ urbe. Dicit̄ igitur ab eo ī ægypto condita Alexandria pellæa. Macellū: locus obsoniorum. Pelleæ. i. alexandrinæ. Nulla gloria. i. nullius cibi laus. Est prior: potior gullæ pelleæ. i. alexandrinæ.

Ste. Echinnus spinas habet: quibus utitur pro pellibus: uoluitur in orbem cum moue tur: incitatus naues dicitur retinere si hæserit: quod a Plinio recitatum. Lucanus car mine inseruit syllaba prima producta usus cum alibi corripiatur: In mediis echinus aquis. Miseni oriuntur grati saporis: Horatius. Ostrea circeis: miseni oriuntur echinni. Acuta testudine. i. spinosa: ut in castaneis est.

Anguine de nostro. Murices inter conchilia numerantur: unde purpura tigitur: quæ in mediis eorum faucibus latet eorum testæ unguentis gestandis destinatæ sunt: unde supra legimus muricem unguenti. Esca sumus: capiuntur in cibum etiam.

N Venetis. Gobius & gobio dicit̃. Iuuenalis: Cũ sit tibi gobio tantũ. hic piscis captus ĩ regione ponti ex glacie mæotidis non ostendit motũ uitalẽ: nisi calore patinæ. Romæ exigui erat precii: in stagnis uenetis & frequẽtissimus capit̃ & lautissimis mensis olĩ adhibebat̃: illic mutilatũ seruat nomen. Licet sit lau. hoc ẽ ueneti lautis me adhibent mensis.

Murices.

Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas
Induis: & non est hoc satis: esca sumus.

Gobius.

In uenetis sint lauta licet conuiuia terris:
Principium cœnæ gobius esse solet.

Lupus.

Laneus euganei lupus excipit ora timaui:
Aequoreo dulces cum sale pastus aquas.

Aurata.

Non omnis laudem pretiumque aurata meretur:
Sed cui solus erit concha lucrina cibus.

Acipensis.

Ad palatinas acipensera mittite mensas:
Ambrosias ornent munera rara dapes.

Lepus.

Inter aues turdus: si quis me iudice certet:
Inter quadrupes gloria prima lepus.

Aper.

Qui diomedeis metuendus seteger agris
Aetola cecidit cuspide talis erat.

Aneus. Lupus ẽ piscis a uoracitate lupia dictus: ut Varroni placet celebris ẽ præserti q capit̃ inter duos pontes ĩ tyberi: nã q tãtũ degũt ĩ flumĩe nullius hẽnt saporis necesse ẽ siqdẽ cõmẽdari culinis a marinis aqs enãtẽ ĩ fluuiatiles: q̃les sũt q in liburnis ad ostia. Timaui alũt̃: nã & marĩas cõbibũt aquas & ꝓxio Timaui flumĩe abluunt̃. Lanei dicũt̃ a cãdore carinũ. Recte ĩterpretatus ẽ Porhyrio: licet ambigens hoc dixerit piscẽ ĩter duos pontes apd Horatiũ accipi ꝓ lupo. Ora timaui eugãei: in populis eugãeis: ex hoc foro iulienses suum garum faciunt.

On. Aurata a colore dicta: ũde sergius orata dictus familiæ dedit nomẽ: ea maxĩe appetit̃ a gulosis: quæ conchis educata fuerit ĩ Lucrĩo. Tales commẽdabat mulos Apitius: q & conchis & limo uescũt̃.

D palatĩas: Accipẽsis squãmas ad os uersas hẽt: & contra aquã natãdo meat. In precio olĩ maxĩo fuit: ut ex parasyto apud plautũ ĩ Baccharia ꝑcipit̃: cuius hæc sunt uerba: q mihi ĩ mari accipẽser latuit: cuius ego latus ĩ latebras dedã meis dẽtibus: Idẽ docet Cicero ĩ libello de fato apud quẽ dicit̃ Scipioni numãtino Accipẽserẽ eẽ paucoꝝ hominũ. Idẽ disti chon poetæ ĩdicat: q̃obrẽ miror Pli. scribere: q eodẽ tpe uixit Accipenserẽ tũc non fuisse in precio simul diligẽtiã desidero ĩ Macrobio: q scribit opus plinianũ confectũ eẽ tpibus Traiani: cũ & multo ante compositũ fuerit: & dicatũ Tito Vespasiano. Palatinas: ĩpatorias. Accipensem. i. accipenserem, dicitur etiam accipensis. Munera rara: qualis ẽ accipẽser. Ornent dapes ambrosias. q. d. debeatur lautis & diuinis mensis.

Nter aues. Lepus. Et tẽporibus Augusti turdos fuisse sagiatos Cornelius scribit: & ætate sua: in lepore idem fieri auctor ẽ Varro in tertio de re rustica. Iudice poeta & turdus inter aues & lepos inter quadrupedes est primus: & sapit melius.

Vi. Aper mittit̃: ex quo ut supra octoginta sapores Apitius excogitauit. Rutilius primus integꝛ apposuit mensis tam luxuriosa imitatione: ut & terni aliquando postea poneret̃. fuit aũt illius Rulli Rutili: ĩ quẽ Cicero scripsit ꝓ lege agraria. Magnitudo ĩ hoc animali in precio erat: a qua nũc commendatur. Cuspide ætola: Meleagri. Diomedis. i. ætolis: quia ætolus erat Diomedes. i. hic aper ætolo illi prope par est.

Ente timetur:Dāmæ.Dāmæ non manſueſcunt:quod Plinius ſcribit:ſed iure feræ di-ci non poſſunt:quemadmodum hirundines nec ſilueſtres ſunt:nec plane familiares.
Conqueruntur nūc ſibi arma deeſſe aduerſus canes:cum cornibus careant & ualidis den-tibus.Cornua:aduerſus cāes.Imbelles:ſie armis.Niſi præda:capiur:nec reluctari poſſūus.
Atutinarum:Erix.De iſtrice neceſſe eſt intelligas:qui ex genere erimacei:ī india præ-ſertim &africa habentur cute ſpinis contecta. Cum intendit cutem ſpinæ emittū-tur e propinquo:cum pugnat aduerſus canes ut ualidius iaculetur. ſub primam lucem hæ capiūtur. Orix autem inter capreas numeratur: quas nonnulli ſolos dixerunt contrario pilo ueſtitas ad capud uerſo. Matutinarū quæ mane capiuntur: qa ſepæ mortuis canibus capitur. Morte canum: nam canes iaculatione ſpinarū necantur.

Dammæ.

Dente timetur aper:defendunt cornua ceruum
Imbelles dammæ quid niſi præda ſumus?

Orix.

Matutinarum non ultima præda ferarum
Sæuus erix:conſtat quod mihi morte canum.

Ceruus.

Hic erat ille tuis dominus cypariſſe capiſtris
An magis iſte tuus ſiluia ceruus erat.

Laliſio.

Dum tener eſt onager:ſolaque laliſio matre
Paſcitur:hoc infans ſed breue nomen habet.

Caprea.

Pendentem ſumma capream de rupe uidebis
Caſuram ſperes:decipit illa canes.

Dorcas.

Delicium paruo donabis dorcada nato
Iactatis ſolet hanc mittere turba togis.

Ic: Ceruus in precio erat: uel hac una de cauſa:ꝙ carnes tutum præſtant a febribus:ſi mane edantur. Affirmat Pli.prīcipem fœmīam uſam diu ſine febribus uixiſſe quod uerum maxime putant ſi ex uulnere perierit ceruus ætas longiſſima eſt: cum nonnulli cerui commemorentur torquibus obducta carne contectis:qui Alexādri fuiſſe dicuntur. Cerua præterea Sertorii fatidica nobilitatem huic feræ dedit:ſeorſum celebrata eſt cerua cāpana a Sillio. Antiquiores non fuerunt ceruo Cyparaſſi:& altero Siluiæ uirgilianæ. Cipariſſus puer a phœbo amatus ceruā habuit:quā eques regebat. Ouidius:Nnnc eques ī tergo reſidēs huc lætus & illuc Mollia purpureis frenabas ora capiſtris. Ceruus hic commendatur ātiquate. Cypariſſus uerſus in arborem ſui nominis dolore ꝙ eum interemerit ꝑ īprudentiā. Domitus:māſuefactus. Tuo capiſtro:ut illud Ouidii:Mollea purpureis frenabas ora capiſtris.

Vm.Laliſio.Onager cū paruus ē dicit̄ laliſio:cuius ſapore tūc africa gloriat̄: nā illic onagri hēntur in phrygia quoque & lycaonia circa montes frigidos:ut Strabo ſcribit. Laliſio igit̄ uerbū punicū ē:ut ex Pli.diſcius. Quā diu ſola mr̄e.i.ſolo mr̄is lacte paſcitur dicitur laliſio:quod Iſiodorus quidā addit laliſionē paſci ī locis ſemotis uix ſola mr̄e præſente:nec Ariſtoteles tradidit:nec Pli.ſed ipſe confinxit. Sed breue:nā cito adoleſcit:& in onagrum tranſit:ut feræ omnes beluæ grandiores. Sola ma.ſolo lacte matris paſcitur.

Endenté. Capreæ in uaria diſtinguūtur genera:nam ſunt pigargi:ſterpſicerotes:Ibices:ſoli. Capreæ:quæ extremas rupes ſumma leuitate adeūt:canes ſub rupibus collocati caſurā expectāt:ut excipiant:ſed ipſæ ſūma agilitate ꝑ rupes omnes euadūt:falluntque canes. De ſūma rupæ.i.ex rupe fragoſa. Decipit canes:qui eam ſectantur.

Elitium.Dorcades a Pli.dicunt̄:hæ non trāſeūt montes ſyris uicinos:ī delitiis potius habēdæ q̄ menſis:Imprudenter igit̄ faciūt:qui eas mittūt nobilioribus:ut edāt:nam mittēdæ ſūt:ut dēt filiis delitias. Iactatis togis:nobilioribus.Iactatis togis:potes & ſic ītelligere:ut dicat uile eē munus:& quod mitti ſoleat uilioribus pſonis quales ſunt miniſtri togati: Iactatis togis:hoc eſt feſſis & fatigatis togatis. Turba:ſcilicet diuitum.

Vlcher adest. Onager qua prouincia sit: supra est dictum. hoc distichon est tanq̃ e me dia ueneratione offerente se onagro uenationi: dum uenator indagaret elephantes. A laboriosa igitur uenatione elephantorum reuocat uenatorem ad onagrum: qui se obtu lit ut ostẽdat maiorẽ eiusmodi uenatione uoluptatẽ inesse: cũ sine ullo periculo peragat. Dentis erithræi: elephanti q indicus dicitur. Sunt.n.& indici elephanti auctore Pli. Si nus: retia qbus non indigemus ad onagrum. Is.n. facilius & maiori uoluptate capit. Iuue. Impleuitque sinus.i.retia.

Onager.

Pulcher adest: onager mitti uenatio debet:
Dentis erycthrei: iam remouete sinus.

Oleum uenafrum.

Hoc tibi campani sudauit bacca uenafri:
Vnguentum quotiens sumus: & istud olet.

Garum Sociorum.

Expirantis adhuc scombri de sanguine primo:
Accipe fastorum munera cara garum.

Muria.

Antipolitani fateor sum filia thynni:
Essem si scombri: non tibi missa forem.

Mel atticum.

Hoc tibi thesei populatrix misit hymetti:
Pallados a siluis nobile nectar apis.

Faui Siculi.

Cum dederis siculos mediis de collibus hiblæ:
Cecropios dicas tu licet esse fauos.

Oc tibi. Oleum uenefranum in campania nobilissimum duabus de causis: q & optimi esset sa poris: & odorẽ unguẽti haberet: secunda palma erat oleo liciano ex proximo a gro: de tertia palma contẽ debat hist ria & bætica: no bilitas ex carmĩe Iuue. eti am indicat: Ipse uenafra no piscem pfundit oliuo. Bacca: oliua. Sudauit: emisit per sudorẽ: non au tẽ ad fæcem expressistis. Sumis unguẽtũ.i. olfacis unguentũ. Olet: ut Pli. scribit: unguẽto adhibet: un de id unguẽtum olet.

Xpirantis: Garũ soci orũ: garũ erat liquamen sal sum: quod olĩ ex garo pisce fiebat: unde no men accepit didicit luxus e scombris piscibus facere tanta æstimatione ut sin gulis milibus nummũ uix singuli cõgii emerẽt: nõ ta mẽ oẽs scõbri ad hoc erãt apti: sed q ex hispania mittebãt ab ĩsula Herculis q̃ scombria ap pellabat: aut a clazomenis asiæ palmã obtinuert: aut a Põpeiis italiæ: aut a lepti africæ. Fo roiuliẽses uero ex lupo pisce garũ conficiebãt. Præstantissimũ cognomẽ garũ socio℞ garo mẽdose ẽ apd Pli. ubi de mullis ait eos necari ĩ socio℞ garo: nã ea res cognomẽ inuenit: de prauatũ ẽ p socio℞ insecto℞: quẽ errorẽ ĩdicat. xxxi. libro. ubi garo socio℞ apte noiat. Ex pirãtis: uiuẽtis. Fæcosũ: nã q multã hẽbat fæcẽ cõmendabat: & ga℞ nihil aliud ẽ q̃ fæx li quore dẽso. Fæcosũ: ita habet codex antiquus. Si fasto℞ legis hoc refert ad epulas lautio res uel ad cerimoĩas ĩ qbus garo utebãt auctore Pli. cõfectione piscibus squãma carẽtibus.

Ntipolitani: Amphora muriæ. Liquamia tres habebãt gradus: garũ primũ e scombris: alterum muria e thĩnis: tertiũ e minutioribus piscibus alec qui nihil uidebatur: q̃ fæx colata. Antipolis: opp. tribus ĩ locis: ut supra in asia in primis ubi capiebant thinni: unde muria ãtipolitana: e dalmatia itẽ mittebat & ex ætruria. mittit ãtipolitana nũc hoc disti cho. Si essẽ scõbri.i. si essẽ ga℞ ex scõbro: qđ preciosissimũ ẽ. Non tibi missa forẽ: sed sũ missa: quia non sum tam preciosa. sum enim muria ex thinno non garum ex scombro.

Oc tibi. Mel atticũ toto orbe celeberrimũ ẽ magnis laudibus: ut Pli. tradit præsertĩ ad hymettũ montẽ: ũde marmora ẽt effodiũt: quæ hymettia dicũt: ut Strabo scribit. Po pulatrix: quæ populat flores. Hoc nectar.i. mel qđ ẽ pĩde ac si eẽt nectar. Hymetti the sei.i. hymetti attici a Theseo rge. A siluis pallados.i.a siluis atticis: nã athenæ sũt Palladis:

Vm: Faui siculi. Hyblæum mel tã notæ gloriæ fuit: ut eius causa hybla ab Hyblone re ge dicta auctore Thucydide pristinũ seruauerit nomen: cũ a megaren sibus esset secun do condita: & megara dici deberet. Hybla mons: & oppidũ. Cecropios: dices eundẽ sapo rẽ hyblæi meilis & attici. q.d. hyblæũ nõ ẽ ĩferius attico. Licet dicas: poteris iur appellare.

b



Nosia: Passum uinũ post græcũ: ciliciũ: & africũ probatur, fit ex uua quã græci sticam
nos apianam dicimus ex scirpula: præterea diutius adustis sole uuis: aut feruenti oleo
donec paulo amplius dimidium supersit tunsas leniter exprimunt: inde fit passum dulce
tũ addita aqua uinaceis fit secundariũ. huius uini memĩt Plautus in pseudulo: passũ mir
rinam dulce quidẽ sed minoris precii: ut Varro morbum regium dictum putet: quod eo
remedio curet̃ auctore Varrone: & pli. supra: Nos alicam: mulsum poterit tibi mittere di
ues. Ait igit̃ hoc disticho
passũ a paupere hr̃i loco
mulsi. Solet eẽ mulsum
pauperis: id est loco mulsi
apud pauperem.

Passum.

Gnosia minoæ genuit uindemia cretæ:
Hoc tibi: quod mulsum pauperis esse solet.

Picatum uinum.

Hæc de uitifera uenisse picata uienna:
Ne dubites: misit romulus ipse mihi.

Mulsum.

Attica nectareum turbatis mella falernum:
Misceri decet hoc a ganymede merum.

Albanum.

Hoc de cæsareis mitis uindemia cellis:
Misit iuleo quæ sibi monte placet.

Surrentinum.

Surrentina bibis: nec myrrhina picta nec aurum
Sume: dabunt calices hæc tibi uina suos.

Falernum.

De sinuesanis uenerunt massica prelis.
Condita quo quæris consule: nullus erat.

Setinum.

Pendula pontinos quæ spectat setia campos:
Exigua uetulos misit ab urbe cados.

Aec de uitifera. Vinũ
picatũ: hoc ẽ picis odo
re excogitatũ est a Viennẽ
sibus auctore Pli. tũ eodẽ
teste uites quæ eius odoris
uuas hẽbant in italia spon
te nasci cœperunt. Mittit̃
ergo nunc uinũ: pica non
medicatũ a Viẽnensibus:
sed natũ in solo romano:
id. n. erat gratius. Ipse ro
mulus misit mihi. i. natũ
est in agro romano.

Ttica. Mulsũ uinũ de
quo paulo ante dictũ
ẽ magno ĩpendio fiebat at
tico melle tẽperatũ. huius
confecturam docet Col. &
Pli. Misceri: ꝓpinari a ga
nymede ĩ cælo. supra: Am
brosias ornent munera ra
ra dapes.

Oc. Albanũ cũ bona ui
na bonas ferme uuas e-
sui hr̃e non soleant: uinũ
albanũ habebat uuas præ-
dulces: id oriebat̃ ĩ uicinis
collibus albæ: q̃ ab Iulo Ae
neæ filio condita ẽ. Mi
tis uidemia: qa sunt uuæ prædulces. Quæ sibi placet: gloriat̃. Monte iuleo: albano ab
Iulo æneæ conditore. Cellis cesa. nam Do. Cæsar secessu albano oblectabatur.

Vrrẽtina. Surrẽtinũ uinũ a patria nomẽ accepit ubi orit̃. In cãpania olĩ in precio fuit
ob salubritatẽ: sed Tiberius Cæsar dicere solebat medicos hoc iactare: ut ei auctorita-
tẽ afferrent alioqn eẽ generosũ acetũ. Caligula idẽ appellabat nobilẽ uappã: eodẽ ex loco
afferebat̃ terra: unde nobiles calices fictiles fiebãt. Picta: maculis distincta. Hæc uina
surrentina. Suos calices: populares: nam surrentinos etiam hãbebis calices.

E sinuessanis. Falernũ. Falernũ in secũda palma fuit ĩ agro oriebat̃: q a ponte cãpano
ĩcipit: nomen sortitũ a falerno agricola: q primus eas uites coluisse dr̃: si fabulosis Silii
carmibus credimus imis collibus nascebat̃: mediis faustianũ: sũmis gauranũ. Centũ faler
ni ãphoris triũphalis cœnas Cæsar ornauit: eiusdẽ uini memĩt Anaxipolis comicus eadẽ
massica dicebantur. Sinuessa iuxta falernum. Consule: nam consulum nomina ampho
ris addebantur. Horatius: O nata mecum consule manlio. Nullus erat: antequam con
sules essent diffusum fuit. ostendit uetustatem.

Endula. Setinũ diuus Augu. primus: postea reliq prĩcipes illius iudiciũ secuti prĩo loco
statuer̃t: nomẽ a setia urbe non ꝑcul a uelitris celebre ẽ testĩoniis. Pli. Strab. Silius: Ipsi
us mẽsis seposta lyæi setia. Pẽdula: ĩ colle sita. Pãpĩcos: uitiferos. Vetulos ca. uinũ uetus.

Aec. Fundanum uinum a fundis oppido Campaniæ ubi nascebatur: commendatur hoc disticho a uetustate: & a præcipua cæli temperie: quæ fuit. L. Opimio consule sexcentesimo & tricesimo quarto anno ab urbe condita: ea dicta est coctura: qua omnia uina eius anni solis opera præcipuum habuerunt saporem: nataque sunt magna copia: ut in ducentesimum annum fuerit seruata: deuenerintque in speciem mellis. unde uinum opimianum supra legimus: & expositum est. Cicero aniciana uina eadem uetustate celebrat ab Anicio consule. Opimi: consulis Opimii. Mulsum: uinum opimianum appellat: quoniam in speciem mellis erat. laus uini est ꝙ eo anno quo expressum esset iam mulsum: hoc est mulsum uideretur.

Fundanum.

Hæc fundana tulit felix autumnus opimi:
Expressit mulsum consul: & ipse bibet.

Trifolinum.

Non sum de primo fateor trifolina lyæo:
Inter uina tamen septima uitis ero.

Cecubum.

Cecuba fundanis generosa coquuntur amyclis:
Vitis & in media nata palude uiret.

Signinum.

Potabis liquidum signina morantia uentrem:
Ne nimium sitias: sit tibi parca sitis.

Mamertinum.

Amphora nestorea tibi mamertina senecta:
Si detur quod uis nomen habere potest.

Tarraconense.

Tarraco campano tantum cessura lyæo:
Hæc genuit tuscis æmula uina cadis.

On sum. Tripholinum: an triphilinũ sit legẽdum non satis habeo compertum. Triphilam urbem fuisse multis in locis docet Strabo. sed in Italia Tripholinũ agrum legimus nõ triphilinum. Iuuenalis: Te tripholinus ager: fœcundis uitibus implet. Hoc uinũ inter plebeia numerabat. De primo lyæo: de primo uino. Septima uitis: id est septimo loco. Nam septem genera uini iã numerauit poeta.

Ecuba. Cecubum uinum principatũ uendicauit. nascebatur ĩ Campania ĩ locis palustribus: sed interiit negligentia colonorum: & fossa præsertim Neronis: quam inchoauerat nauigabilem a baiano lacu hostiam usque. Amyclæ: urbs laconiæ patria Castoris: & Pollucis: eiusdem nominis iuxta Teracinam: quæ sunt deletæ a serpentibus ut historiæ credimus: quamuis ex uersu Lucilii ob silentium periisse appareat: nam ait mihi loqui necesse est: nam scio amcyclas tacendo periisse. Coquuntur: sole perueniunt ad maturitatem.

Otabis. Signinum a signia patria: cuius meminit Strabo Inter medicamenta numeratur: nam fluxum aluum sistit. Morantia sistentia. Ne nimium sistant: ne nimium morentur: ita habet codex antiquus: Sit sitis idest parce bibas & sitias.

Mphora: Mamertinum. Messana urbs siciliæ a græcis condita: ut meminerunt. Thucidides: & Strabo habitata olim a mamertinis Populis campaniæ: ut Polibius refert: uinum optimum ferebat: quod cum italicis & præstantissimis: ut Strabo ait certaret: nam de siculo ĩtelligo omnino: neque aliqua est mihi suspicio de campano. messanense dictum est mamertinum a mamertinis qui tenuerunt messanam: Immo messanense non dicimus: sed mamertinum: ut Strabo tradit. Quod uis: idest potest & cecubum & falernum dici: ut supra: Et quicquid uoluit testa uocatur anus.

Arraco: Tarraconense. Tarraco oppidum hispaniæ nobile emporio & portu conditum a phocensibus uinũ mittebat nobilissimum: sed lusitania maiore copia cum in tarraconensi sit maior elegantia. Silius in tertio: Phocaicæ dant emporiæ dat tarraco pubem Vitifero & latio tantum cessura lyæo. Tuscis cadis: uino tusco.

Omentana. Nomentanum uinum a nométo patria ad. x. lapidem ubi ager olim erat sterilis: sed cura colonum optima uina cœpit ferrre: ibi Palæmon grámaticus habuit & Martialis ut ipse dixit: & Quintus Mar. amicus: qui uina diligentius illic colebat: & habebat meliora: unde in eum dixit in tertio. Centenis ꝙ emis pueros & sæpe ducenis: quod sub rege Numa condita uina bibis. Meum bacchum: ex agro nomentano mitto tibi uinũ Bibes commodiora: quia ipse potest dare meliora.

Nomentanum.

Nomentana meum tibi dat uindemia bacchum:
Si te quintus amat commodiora bibes.

E spoletinis. Spoletinũ sola uetustate cõditur: ut antiquissimũ possit optimo musto falerno comparari. Cariosa: antiquissima.

Spoletinum.

De spoletinis quæ sunt cariosa lagenis:
Malueris: quasi musta falerna bibas.

Assica. Peligni pessimum mittebant uinũ: ut supra ĩdicauit non hæc pelignis agitur uinde mia prælis. Tuus libertus: cui peius uinum dandum est.

Pelignum.

Massica peligni mittunt turbata coloni:
Non tu: libertus sed bibat illa tuus.

Mphora. Acetũ in ægypto ex uino mareotico & ex uilioribus uini fiebat maiorᷓ precio q̃ ipsũ uinũ eẽt. Vilis significat contẽnẽdus & parui precii. Nõ sit uilis: non contẽnatur a te. Vilior. i. mioris precii.

Acetum:

Amphora niliaci non sit tibi uilis aceti:
Esset cum uinum uilior illa fuit.

Vm. Massilianũ uinũ a massilia urbe Galliæ cõditũ fumo ut supra: aut cocta fumis musta massilianis: præterea: ĩproba massiliæ qcqd fumaria cogũt docuerᷓt massiliẽses medicari uinis non solũ fumo: sed aloe: ut Pli. tradit. Expugnet: gregatĩ pascit. Cũ multos habeat clientes potes dicere massiliense.

Massilitanum.

Cum tua centenos expugnet sportula ciues:
Fumea massiliæ ponere uina potes.

Eretana. Nepos agꝛꝫ ceretanum habuit: ut supra memĩt: ubi uinũ colẽdo optimũ seruabat: quo paucis cũ amicis exhilarabaᷓ. Cũ tribus: allusit ad triclinium: quod a triplici ordine dictum est.

Ceretanum.

Ceretana nepos ponat: setina putabis:
Non ponit turbæ: cum tribus illa bibet.

Tarentinum.

Nobilis & lanis & felix uitibus aulon
Det preciosa tibi uellera: uina mihi.

Obilis. Tarẽtinũ uinũ. Aulon: iuxta tarẽtũ opus achiuorũ nobile uino: & lanis tarẽtinis. Habeas preciosas lanas. q. d. sola uĩa mihi placẽt. Loqᷓ ex sẽtẽtia & secta Epicuri.

Vnguentum.

Vnguentum hæredi nunquam nec uina relinquas:
Ille habeat nummos: hæc tibi tota dato.

Nguentum hæredi. Vnguentum mittit: cuius luxum multis uersibus carpit Plinius: nam hæredi non relinquitur cum omnis alia suppellex preciosa ad hæredem perueniat: est enim comparatum ad luxum: & præsentem uoluptatem ex secta epicurea. Igitur Martialis hortatur amicum ad unguentum: & uinum: ut supra etiam dixit: Et potius plenos ære relinque cados. Hæc scilicet uina.

Corona Rosea.

Dat festinatas cæsar tibi bruma coronas:

At. Coronæ roseæ in solennibus cœnis sumebanᷓ: sed cum non essẽt hyeme: ramẽtis argẽteis effigebáᷓ demũ diligẽti satione ĩ Cæsaris gratiã excogitatæ hyeme pueniebáᷓ: ũde illud supra: Mitte tuas messes: accipe nile rosas. Festinatas: ãte legitimũ tẽpus.

Veris: quia uere proueniebant. Nunc facta tua est: nam mensis october Domitianus dictus est auctore Tranquillo. Referatur igitur hoc ad nomen mensis quod placet: nã dicebatur Domitianus. Facta tua: id est tuo mense prouenit o Domitiane.

Ynthesibus. Vltimus est qui inscribitur Apophoreta: ut superioris initio dictum est. Tranquillus hoc uerbum usurpauit pro muneribus: quæ ab imperatore ciuibus remittebantur: ait enim Caligulam agitatori Cythico in apophoretis uicies sextertium contulisse: & Vespasianum dedisse apophoreta uiris in saturnalibus: mulieribus calendis martiis: addit hunc: cum nihil aliud habeat agẽdũ.

Quondam ueris erant: nunc tua facta rosa est:

M. Val. Martialis. Apophoreta.

Synthesibus describit dies saturnales: quibus senatores & equites synthesibus utebantur: depositis togis: aliis diebus uti synthesi luxuriosum habebatur. Vnde illud notatur ĩ Neronem: quod synthesinam uestem idutus discalciatus aliquando in publicum prodierit. Sumebanť præterea pilea a seruis ĩ libertatis indicium: quæ illis diebus permittebãtur. In monumentis tamẽ Cesii est seruos pileatos uenales fuisse in toga: quemadmodum in libello coronati uendebãtur: ut Cato docet: & uersus Aristophonis in Plutone. Nec timet spectarẽ ædilem: nec timet ædilem uenientem cũ ludit. Cum uideat uerna: id est cum uideat oĩa uernantia prope dies saturnales: quibus omnia uernabant. Gelidos lacus: describit in urbe: Etsi hyems erat: non placet legas. Verna: id est seruus est: nam nullus est sensus nisi ita exponas: ꝙ uerna non timet ludere: quum uideat gelidos lacus: id est quũ uideat esse decembrẽ mẽsem: & saturnalia: quo tempore ludus aleæ permittebatur. Alternas sortes: mutua munera. Nostrum iouem: conueniunt clementiæ nostri imperatoris. Aedilem: ædiles præficiebantur aleæ prohibendæ in saturnalibus. Apinæ: nã res leuiores solebant mitti in apophoretis. Apinæ: ab apino fructu fragilis corticis. Tricæ impedimenta dicuntur: unde extricari expedire quasi tricæ: ut placet Marcello hoc est capilli: quibus gallinarũ incessus impeditur. Cicero hoc uerbo usus est: Tricas scilicet domesticas loquens de uxore. Quid agam potius: quã scribam tale carmen. Pro cælo: unde olim te deiecit. Troiam: bellum troianum. Micenas: id est classem miceneã. Nucibus: pueri nucibus ludebant in saturnalibus.

Ynthesibus dum gaudet
eques dominusq; senatus?
Dumque decent nostrum
pillea sumpta iouem:
Nec timet ædilem moto
spectare fritillo:
Cum uideat gelidos iam
prope uerna lacus.
Diuitis alternas & pauperis accipe sortes:
Præmia conuiuæ det sua quisque suo.
Sunt apinæ tricheæque: & si quid uilius istis:
Quis nescit: uel quis tam manifesta negat?
Sed quid agam potius madidis saturne diebus:
Quos tibi pro cælo filius ipse dedit?
Vis scribam thebas: troiamque malasque mycenas?
Lude inquis nucibus: perdere nolo nuces.
Quouiscunque loco potes hunc finire libellum:
Versibus explicitum est omne duobus opus.

Apophoreta..

Lemmata si quæris cur sint ascripta docebo:
Vt si malueris lemmata sola legas.

Pugillares Citrei.

Secta nisi in tenues essemus ligna tabellas:
Essemus libyci nobile dentis onus.

Quincuplices.

Cæde iuuencorum domini calet area felix:
Quincuplici cæra cum datur altus honor.

Pugillares Eborei.

Languida ne tristes obscurent lumina cæræ:
Nigra tibi niueum littera pingat ebur.

Triplices.

Nunc triplices nostros non uilia dona putabis:
Cum se uenturam scribet amica tibi.

Pugillares membranei.

Esse puta cæras: licet hæc membrana uocetur:
Delebis: quotiens scripta nouare uoles.

Vitelliani.

Non dum legerit hos licet puella:
Nouit quid cupiant uitelliani.

Chartæ epistolares.

Seu leuiter noto: seu caro missa sodali:
Omnes ista solet charta uocare suos.

Emmata: Vt supra bis est expositum inscriptiones dicuntur quæ argumenta continet quales sunt in distichis. Explosus est error eorũ qui putarunt hunc librum lemmata inscribi: cum id non magis huic libro q̃ superiori conueniat: supra pro argumẽto accepit. Si malueris scilicet legere solas inscriptiones: ꝙ pigeat legere disticha.

Ecta. Pugillares: tabellæ sunt in quibus scribere licet: has ex ligno formauit Homeri carmen in causa Bellerophontis: quando ad litiorũ regẽ missus est: ut ante epistolas pugillares fuisse demonstrenť. hi mittebanť in saturnalibus: qa cultus hũani elegãtioris auctor habitus ẽ Saturnus. Primus luxus citreos cœpit componeř: cum ex citro ligno solæ mẽsæ magna æstimatione dolari solerẽt: ut supra est recitatũ. quæ a dentibus elephãtinis sustinebanť. Mẽdosa dictio ĩ plerisque codicibus inualuit. nã cum onus scribi oporteat. uide etiã ueteris scripturæ opus est inuersum. In tenues tabellas: pugillares. Nobile onus: quia mẽsæ fuissemus & substẽtatæ a dente elephantino Dentis libyci. i. dẽtis elephãtini: quo mẽsæ citreæ sustinebantur.

Aede. Quincuplices tabellæ dicebãť a numero quĩque foliorũ: cũ alii pugillares leuioribus rebus eẽnt dicati: his triumphus decretus nunciabať ĩperatori uel consuli. hũc morẽ distichõ d̃mõstrat. Cæra quĩcuplici: tabellis quĩcuplicibus. Calet cæde iuuencoꝝ. i. tepescit cæsis iuuẽcis ĩ hecatombem.

Anguida. Pugillares eburnei dabanť senioribus & lippis: ut aptior his esset uisus ad scribendum Nigra lr̃a: nigꝝ atramẽtum. Languida: debilia. Tristes cæræ. i. obscuræ tabellæ cæratæ: quibus alii solent uti.

Vnc. Triplices a tribus foliis: quincuplices a quinque: sed hi rebus amatoriis & leuioribus seruiebant.

Sse. Pugillares mẽbrani. Membrana charta inuenta est pergami in asia: ut Varro tradit: & repetitũ est a Plinio: unde pergamena dicta est. tanta crassitie pugillares inde fiebãt: ut non secus q̃ ex tabella scripta deleri possent. Puta has cæras. i. tabellas cæratas quia eundem usum præstabit. Nouare: iterum scribere.

On uitelliani. Vitellianæ chartæ uiris amicis scribentibus seruiebãt: ut triplices mulieribus ad uiros. Nouit: quid cupiant.

Eu. Cũ uaria essent chartarũ genera auctore Plinio: ea quæ dicebať augusta auctoritatẽ retinebat in epistolis: hæc nunc mittiť. Ista charta: augusta. Suos: alludit ad inscriptionem: ut Cicero Lentulo suo. Leuiter noto: parum noto.

Os:Loculi eburnei:Loculi mĩores capſulæ dicebãt̃ i qbus ſeruabãt̃ pecũiæ :ũde Trãql. ſcribit galbã ex priuatis loculis cano tibicini dediſſe pecuniam . Hi cum erant eburnei aureolis ſeruandis deſtinabãt̃. Flaua moneta:aurea. Ligna uilia.i.loculi lignei uiles. I qd.Loculi lignei cũ uilẽ monetã ſeruarẽt: parũ diligẽter exhauriebant̃:hærebatque fũdo ſæpenumero denarius:'ex hoc loquẽtes loculi lignei iocant̃. Fæce:fũdo.tractũ a uino:cuius fæx eſt in fũdo. Erit munus:hẽbis hoc munus. Locellus erit.ſ.munus:ſi nihil eſt pecuniæ.

Loculi Eborei.

Hos niſi de flauã loculos implere moneta
Non decet:argentum uilia ligna ferant.

Loculi lignei.

Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fæce locelli:
Munus erit:nihil eſt: ipſe locellus erit.

Idem uitelliani.

Quod minimos cernis mitti nos credis amice:
Falleris.& nummos iſta tabella rogat.

Chartæ maiores.

Non ſunt munera quæ putas puella:
Cum donat uacuas poeta chartas.

Tali Eborei.

Cum ſteterit nullus uultu tibi talus eodem:
Munera me dices magna dediſſe tibi.

Teſſera.

Non ſim talorum numero par teſſera:dum ſit
Maior:quam talis alea ſæpe mihi.

Curricula.

Quærit compoſitos manus improba mittere talos:
Si per me miſit:nil niſi uota facit.

Tabula Luſoria.

Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto:
Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.

.Vod nũmos. Vitelliãi ſunt loculi ex corio uitelliano cõfecti:cũ autẽ id genus chartæ ſoleat mitti amicæ ut ſupra dixit:non dũ legerit:& cætera.& loculus ex uitellianis ſit inanis:iocat̃ tu inquit putas hãc chartam mitti amicæ cũ ſit uitelliana:ſed falleris:nam ẽ loculus ianis ad pecuniã ſeruandã accõmodatus:& cũ uelit oſtender̃ ianẽ eẽ ſubdit. Rogat nũmos:'qa nullus.ſ.itus hẽt.

On.Chartæ maiores ſũt loculi chartei grãdiores:q puellæ mittunt̃ inanes:ut ſupra ſunt uitelliani. Chartas:charteos loculos uacuos.

Vm ſteterit. Tali eburnei quo nũero ſit initio ſupioris libri dictũ ẽ.ſunt pluriũ anguloꝝ q̃ teſſaræ quæ q̃ttuor tantũ ptes habẽt ſed ipſi ſex . gloriãtur igit̃ nũc ꝙ nũq̃ eodẽ puncto conſiſtãt:nã mõ binos ꝓferũt nũeros:mõ ternos uiciſſique alternãt. Vultu eodẽ.i.eodẽ nũero pũctorũ:nã quotiens ferme iaciunt̃ tali punctũ mutant. Magna mũera:quũ eodẽ munere tãtam uidebis uarietatem.

On ſim. Teſſara &ſi pauciores hẽt ptes:tamẽ non minorẽ hẽt ludũ:cũ grãdior ſæpe pecunia teſſaris cõmittat̃ q̃ talis:ex hoc teſſaræ putãt ſe non eẽ iferiores talis :q̃uis nũero anguloꝝ ſuperẽt̃. Pari nũero.i.nõ habeã tot pũcta:nã ut apd̃ græcos ſcribit Pollux aſtragalus quẽ ego puto teſſarã eſſe q̃ttuor tãtũ hẽt latera nã uno later̃ duo pũcta altero qnque deſũt.cybos ãt.i.talus hẽt ſex latera.Maior alea.i.maior pecũia cõmittat̃ ludo meo q̃ talis

Værit. Turricula inſtr̃m erat quo cõcuſſi tali emittebãt̃:ne luſoris fraude cõpoſiti optato pũcto conſiſterẽt.Horat.uerbo græco uſus ẽ:talos mitteret ĩ pyrgũ :nã pyrgus turri ſignificat:hæc igit̃ gloriat̃ ꝙ doloſæ manus fraudes cõpeſcat. Facere uota .i. optare & ſuſcipe uota.manus ergo cũ iacit talos p turriculã:nihil aliud poteſt facere q̃ uota:id ẽ poteſt optare bonum punctum certum præſtare minime. Per me :turriculam.'

Ic mihi:Tabula luſoria alueũ puto intelligi.nã & in annalibus illud ẽ Pompeiũ e tertio triũpho alueũ luſoriũ reportaſſe e gẽmis : cũ teſſaris latum pedes tris: longũ q̃ttuor.eadẽ tabula & teſſaris & calculis ſeruiebat.In calculis autem ut infra dicetur:alii dicebantur milites:alii hoſtes.Hic numerat̃.i.hæc tabula ſeruit teſſaræ calculis.

Lea. Nuces ꝑmittebant pueris ĩ ſaturnalibus: ſi præterea ludebãt uapulabãt a magr̃o. ſupra: Iã triſtis nucibus puer relictis: clamoſo reuocat a magiſtro. Parua alea: paruus ludus. Et non damnoſa: quæ ſcilicet ferat aliquid damni. Nates: uerberatas a magiſtris.

Ortitus. Theca libraria: Theca repoſitorium cuiuſcunque rei dicitur. Libraria ſiue calamaria: quæ communes librorum. hanc donauit ſine calamis. Eam ſortitus: cũ eam tibi ſorte data ſit. Leuiora: calamos.

Nuces.

Alea parua nuces & non damnoſa uidetur:
Sæpe tamen pueris abſtulit iſta nates.

Theca Calamaria.

Sortitus thecam calamis armare memento.
Cætera nos dedimus: tu leuiora para:

Calculi.

Inſidioſorum ſi ludis bella latronum.
Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit.

Graphiarium.

Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro:
Si puero dones: non leue munus erit.

Dentiſcalpium.

Lentiſcum melius: ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit: dentes penna leuare poteſt.

Auriſcalpium.

Si tibi moroſa prurigine uerminat auris:
Arma damus tantis apta libidinibus.

Acus aurea.

Splendida ne madidi uiolent bombicina crines:
Figat acus tortas: ſuſtineatque comas.

Nſidioſorum. Calculi idẽ latrones dicebãtur: qui uitrei erãt duas in partes diuiſi: cũ alii milites: alii hoſtes dicerentur: Ouidi. Siue latrocinii ſub imagine calculus ibit: Fac pereat uitreo miles ab hoſte tuus. ſupra: ſic uícas nouiũque publiumque mandris: Et uitreo latrone clu ſos. Si ludis bella: ſi delectaris ludo latronũ. Iſte calculus: gẽmeus uitreus.

Erit miles: & hoſtis: quia inde habebis tuos milites: & reliquos hoſtes.

Aec. Graphiariũ a grapho dicit: qꝫ ſignificat ſcribo: latini ſtilũ dixerũt unde extat fœdus Porſenæ cũ romanis: ne alicui uti liceret ferro præterq̃ ad agriculturã: quo ſtili etiã coprehẽdebant: nã ut additũ ẽ annalibus non ſatis tutũ hẽbat ſcribere ſtilo. Is ſi longior fuerit telũ habet: & dr̃ graphiũ q̃li Cæſar utebat & uſus ẽ in uulnere caſcæ. de graphio .i. ſtilo ad ſcribendũ Suetonius ĩ Claudio: Graphiũ & libellos quos tenebat in manu. Stilus aũt totus ferreus eſt. Puero: pueri ſtilo utebantur ad ſcribendum.

Entiſcũ melius. Dentiſcalpiũ inſtrumentũ quo dentes ſcalpebãtur: id ex lentiſco fiebat frutice celebrato monumẽtis Virgilii: Pli. & Ciceroni: aut certe ex penna rubra. ſupra: Stat exoletus ſubgeritque ructanti pinnas rubẽtes cuſpideſque lẽtiſci: Contra dẽtifriciũ dicebat qcqd remediũ dẽtibus tergẽdis aptũ erat. Lentiſcũ: inſtrumentũ ex lentiſco. Leuare: expurgari. Melius: quã penna. Frondea: cuſpis lentiſci.

I tibi. Auriſcalpiũ ſcalpendis auribus inſtrumentũ olim in precio cum prurientẽ aurem ſcalpere ſummæ ſit uoluptatis: antiqui uerminari dixerũt pro torqueri a uermibus qui facile ſe torquẽt: auctor eſt Marcellus. Arma: inſtrumenta. Libidinibus tantis moroſa prurigine: difficili & nimiũ eleganti. nam moroſi dicuntur qui nimiã quærũt elegantiã a moribus: quos peculiares & ab aliis ſeparatos habere uidentur.

Enia. Acus aurea: acus piſcis genus: acus item crinalis componendis crinibus inuẽta ẽ qualem Propertius celebrat: amomo uncti crines in globũ colligebant antequẽ uitta tegerentur: nullum enim ſeruabant ordinem: & decor omnis amittebatur ſi paſſis & uagantibus ſuper induceretur uitta præſertim cum uncti eſſent. Capillorum igitur globus acu ſuſtinebatur: hæc mittitur. Tenia: uerbo græco uſus eſt: nã τενια græce latine uittã ſignificat. Figat: globum. Madidos: amomo.

Vid pecten. Iocatur in caluum qui pectine non indiget: cum non habeat capillos: fiebat ex buxo ut nunc. Buxus multifido dente: periphrasis pectinis.

Caustica. Sapo inuentus est a gallis capillis rutilãdis ex seuo & cinere: cinis autẽ faginus & seuũ caprinum in hoc tenent palmã. Germani eodem utebãtur liquido & denso: sed uiri potius q̃ fœminæ: ut auctor est Plinius: ea dicuntur habere uim causticam: quæ siccitate adurunt ut cinis: nam ϛικος græce latine significat ignitum. hoc uerbo multis in locis usus ẽ Pli. Mituli i quit in cineribus uĩ causticam habẽt. sapo igif nihil aliud ẽ q̃ spuma caustica: i quo poeta seruata methaphora dixit accendit. Captiuæ comæ: germanicæ: dictæ sũt in Domitiãi gratiã: q germaniã domuerat supra hisdẽ uerbis usus ẽ. Spuma caustica: sapo. Accẽdit: rutilat. Comis captiuis: germãis capillis: si sapone uti uolueris.

I. Mattiacũ oppidum germaniæ ut Ptolomeus scribit: q̃uis latinus codex mẽdose sit scriptus iuxta sũt Artauũ & Nuessiũ Sapo canis usui ẽ: ut rutilẽtur crines: caluis nõ necessarius ex hoc constat disti chon. Mutare: rutilatõe Quo tibi calua. i. in quẽ usũ erit tibi o calua mulier. q. d. nullũ: nã caluis nõ ẽ necessarius. Quo tibi: illud ĩterpositũ ẽ. si iã tibi legis: nec antiquam seruas scripturã: nec ullus ẽ sẽsus alibi eadẽ elocutione usus est: Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ. Accipe pilas mattiacas. i. saponẽ factum in speciem pilarum: ut nunc apud tonsores cernimus. Quo tibi calua: id est quẽ usum potest tibi o calua præstare? nullum.

Pecten.

Quid faciet nullos hic inuentura capillos:
Multifido buxus quæ tibi dente datur.

Crines.

Caustica teutonicos accendit spuma capillos:
Captiuis poteris cultior esse comis.

Mattiacæ Pilæ.

Si mutare paras longæuos cana capillos:
Accipe mattiacas: quo tibi calua? pilas.

Vmbella.

Accipe quæ nimios uincant umbracula soles:
Sit licet & uentus: te tua uela tegent.

Gausapa.

In pompeiano tectus spectabo theatro:
Nam uentus populo uela negare solet.

Venabula.

Excipient apros: expectabuntque leones:
Intrabunt ursos: sit modo firma manus.

Culter uenatorius.

Si delecta geres longo uenabula rostro:
Hic breuis in grandem comminus ibit aprum.

Ccipe. Vmbella exiguũ erat tentorium: quo singuli tegi poterant: unde diminutiuũ accipit ab umbra. usui erat cũ flãte uẽto spectacula edebanf in theatro: nã uela superiora oĩbus communia agitata solem admittebant. Tua uela: umbella tua.

N pbpeiano. Causea uerbũ externũ ẽ: qđ nusq̃ præterea legi: nisi apud Valeriũ Max. significat aũt tentoriũ: quo spectãs populus solebat uti cũ agitata uela uẽtis ea negarẽtur. Tectus: causea. Negare uela: propterea utar causea: qua tectus spectabo.

Xcipient. Venabulum telum uenatorium: quod Piseus primus inuenit: ut Pli. placet: longiorem habebat cuspidem: excipiebatque quãuis feram modo forti dextera consisteret. Excipient: uulnere. Firma: fortis.

I delecta. Culter uenatorius duplici telo aduersus grandes feras utebanf: altero longiore: quod uenabulum dictum est: breuiore altero ut uenabulo mole feræ occuparo hoc uulneratum conficerent: præcipuæ formæ fuisse uerba Tranquilli demonstrant: qui scribit Lyxã ex illyrico deprehensum fuisse in cubiculo Augusti cinctum cultro uenatorio. Cominus: prope. Gemes: proprium est uenatoris cum premit feram telo. Lõgo rostro: uel uenabuli uel feræ: quod placet: nam apri os acutum rostrum uidetur.

llicíæ.Paracon officii genus eſt ſumpto nomine a uehiculis:quæ præit.Varro.hic omnia erant idem ſacerdos præter paracos.Paracos item ſignificat principem populi:qualis eſt tribunus.Paracos telum eſt ut hoc loco:quod nomen cum commune ſit quod ſignificat tribunum:poeta ex his facit diſtichon:& ait paracon telum: qđ mittitur eſſe omen futuri tribunatus:cum paracos caput populi ſignificet.Qui parazonium ſcripſerunt decepti ſua interpretatione:a ueteri ſcriptura diſceſſerunt & a ſenſu poetæ.

Paratorium.

Militiæ decus hoc & grati nomen honoris:
Arma tribunitium cingere digna latus.

Pugio.

Pugio:quem curuis ſignat breuis orbita uenis:
Stridentem gelidis hunc ſalo tinxit aquis.

Falx ex enſe.

Falx me certa ducis placidos curuauit in uſus:
Agricolæ nunc ſum:militis ante fui.

Hoc:paracon. Omen grati honoris:id eſt tribunatus. Arma digna cingere latus tribunitium:cũ paracon ſignificet caput populi.Sunt qui tueantur multis etiam contumeliis ſuum errorem contẽdant que legendum eſſe parazonium quod ſit enſis:dicaturque a para quod eſt ab & zoni cingulum:quia ſcilicet a cingulo pendeat O impudentiam:ſi errorem ſuum intelligunt:& defendunt.O ignorantiã & ſtultitiam ſi non percipiunt.proferte Martialis codicem ãtiquum:quem habetis quod lemma eſt parazon inquient:uel parazonium.O uanos homines:non pudet affirmare parazonium extare uſquam:quod nunquam legiſtis niſi a uobis deprauatum.Nullus codex nulla pagina tam mendoſa eſt:quæ parazonium habeat.Atqui parazon dictio eſt imperfecta:ut Imp.pro imperatore:opt.max.pro optimo maximo:ne arguti uobis ſunt oculi & admodũ curioſi: qui ex parazon parazoniũ legatis:ĩgeniũ uero nullũ:qđ ita parazon ſcribi putetis,ut opt.ut max.ut imp.notas antiquas peruertitis:boni uiri Martialis uerba diſſipatis:inuertitis:confunditis.Proh dei immortalis fidem:quis unquam perſuaderi poterit parazon pro parazonium ſcriptum eſſe:niſi idem temerarius:inſanus:amens ſit? An aliæ inſcriptiones apud hunc poetam uſquam ſunt mutilatæ:nimirum hæc una dictio imperfecta eſſe debuit.Quis præterea obſecro uos parazonium unquam uel apud græcos uel apud latinos ſcripſit?Paracon legendum eſſe contendimus:nam ne uobis quidam inficiãtibus immutata littera:parazon in antiquis extat codicibus:paracon autem caput populi eſſe Varro ſcribit:quemadmodum & parici quæſtores dicebantur:qui ſolebãt creari cauſa rerum capitalium quærendarum:& ſiue parricos ſiue paracos legas:& Nonius & Feſtus id uerbum interpretari conati ſunt.Nonius aliter ex Varronis teſtimonio:ait enim paracon eſſe etiam populi caput:q̃ Feſtus:qui parricon legit:ſcribitque eſſe rei capitalis quæſtorem.Nã quum uterque eã dictionẽ pro magiſtratu apud antiquos legeret originis ratione inueſtigata.Nonius paracon legendũ putauit a paroco.i.uehiculis.Id quũ affirmaret ex Varronis uerbis:docuit paracon eẽ populi caput.Feſtus ut ꝓpoſui parricon legit a parricidio:nã rei capitali præerat parricus.Quid multa?Paracos uox antiq̃ ẽ:& magiſtratum ſignificat:uel quæſtorẽ ut Pompeio placuit:uel caput populi.i.tribunum:ut ex Varrõe diſcimus:ad qđ alludens diſticho poeta mittit eodẽ nomine enſem:aitque quũ paracos dicatur omen eſſe futuri tribunatus:illud tantũ iſtos offẽdit:ꝙ tribunus militũ non ſit populi caput.Iocus eſt poetæ dementiſſimi homines & non ad milites:ſed tribunum argute alludit:qui populi caput eſt.Sed iam ualeant iſti cum ſuo parazonio:quod merito tãquã filium amant.Ipſi enim id crearunt:ipſi fecerunt:neque uſquam præterea reperitur:nos paracon legamus ex fide ueteris ſcripturæ:& Var.auctoritate.

Vgio.Telũ excauatum ferro temperato aquis ſalonis fluuii hiſpaniæ ĩ uſu erat: nomẽ e pugno ſumpſit:cui ſubeſt dum infert uulnus. Salo:hiſpaniæ fluuius. Stridentẽ: nam ferrum candens ſtridet merſum aquis. Breuis orbita:appellauit breuem orbitam ſigna uiarum qualia in ferro ſunt bene temperato.

Alx.Falx agricolæ putatoria:le ex telis militaribus conflatam ait:cum pace a Domitiano comparata armis opus non ſit. Certa pax:firma: Placidos:imbelles. Ante:cũ eſſem telum militare nondum pace comparata.

Vm. Securicula. Securim in bello Penthesilea prima inuenit: qua parua ciues romani utebantur in acie: bellis igitur ciuilibus multis ciuibus prodeuntibus in aciem & securiculam gestātibus: singulis facta est summa penuria huius teli: adeo ut .cccc. milibus nummum ueniisse dicatur. Auctio: tristis subhastatio bonorum ciuium: & proscriptorum a Cæsare: cuius tempus describit. Hæc securicula: quasi dicat omnia tunc fuerunt ferro uiliora.

Securicula.

Cum fieret tristis soluendis auctio nūmis:
Hæc quadringentis milibus empta fuit.

Ferramenta tonsoria.

Tondendis hæc arma tibi sunt apta capillis:
Vnguibus hæc longis: utilis illa genis.

Scrinium.

Constrictos nisi das mihi libellos:
Admittam tineas trucesque blattas.

Fasses calamorum.

Dat chartis habiles calamos menphitica tellus:
Texantur reliqua tecta palude tibi.

Lucerna cubicularia.

Dulcis conscia lectuli lucerna:
Quicquid uis facias licet: tacebo.

Cicindela.

Ancillam tibi sors dedit lucernæ:

Ondendis. Ferramēta tonsoria saturnalibus dabantur: quæ Augustus Cæsar etiam hisdem diebus dedit: Nam Tranquillo auctore dedit forpices: & eius generis res. In his alia erant resecādis unguibus: alia tondendis capillis & instrumentum resecandis unguibus tonsorum esse demonstrat Horatius: qui ociosum apud tonsorem resecare ūgues scribit. Illa: nouacula. Vtilis genis: scilicet tondendis.

Onstrictos. Scriniū Vnguenta seruabantur scrinio, & res preciosiores ex luxu persico. Alexāder id inuenit uicto Dario: nunc admissurum libros monet: ut prius compingatur ne tineis aditus sit. Tineas: uermes corrodentes chartas. Blattas: uermes. Constrictos compactos. & scriniū Darii Alexander libris Homeri seruandis destinauit: ut scribit Plinius.

At Fasces calamorum. Calami apti chartis ex ægypto mittebantur cum haberent cognationem quandam cum papyro: gnidii ex creta præstantiores sunt: ut ait Plinius: quamuis hoc nonnulli tribuant Gnido insulæ dicatæ Veneri: nascebantur item ad eundem usum in Asia: ad Aneticum lacum: ex calamis autem qui chartis non seruiunt domorum tecta in septentrione conficiunt: durantque altissima: ut Plinius tradit: gloriantes igitur calami ægyptii quasi soli chartis apti sint: aiunt reliquas harundines debere parare tecta. Tecta texantur: conficiantur. Reliqua palude. reliquis harūdinibus palustribus. q. dicant nos tantum chartis sumus habiles.

Vlcis. Lucerna cubicularis. Candelabrum prius in usu fuit: quam lucerna: ut Varro scribit: dicta hæc a luce: quod placet ex eodem auctore: uel a lychnos quod lucernam significat. cubicularis dicebatur: quæ una tantum flamma cubiculo seruiebat: ea quæ plures haberet flammas destinata esset conuiuiis illustrandis. Licet facias quicquid uis: relaxa animum in quamuis uoluptatem: & tuo arbitrio sis in cubiculo. Illud Propertii: Quam multa apposita narramus uerba lucerna.

Ncillam. Candela pauperiores utebantur: ut Festus scribit. quod & Iuuenalis ostendit: Cuius dispenso: & tempero filum. dicitur ancilla lucernæ: qđ cum lucerna hæreat īmobilis: ipsa circungestatur in oēs angulos. Sors: nā sorte dabantur hæc munera.

Vigil:quæ ardet. Exigit:expellit. Vult enim ostendere ne paruum munus mittere ui
deatur:quãuis candela sit pauperis:tamen eam præstare eundē usum:quem cæreorū & lu
cernarū lumina. Data īquit est candela tibi quæ uigil:id est cum ardebit totas tenebras ex
pellat:quasi dicat nihil plus alia lumina præstant. Audio temerarios quosdam commē
tariorum nostrorum calumniatores hoc loco a nobis dissentire:& uernaculam quandam
uocem sectantes: non candelam sed cicindelam deleta ueteri scriptura pro lemmate pro
ponere: aiunt enim cicin-
delam lampadem eē:quæ
ex uitro partim aqua : par
tim oleo impletur : atque
ita uulgo nominatur sum
pro nomīe a lampadibus:
quæ cicindelæ dicuntur:
auctorē Plinio. Id me igno
rasse prædicant:quod me fateri non pudeat:cum ipsi idem male a uulgo didicerint pyra
lem:pyrantem:nitedulam:noctilucam cicindelam uolucrem esse iam pridem legi apud
Plinium & grammaticos nostros:sed cicindelam ipsi iactent pro lampade magnifaciant:
& istud suum inuentum ament:me certe riualem non habebunt:qui eiusmodi uoces nisi
antiquorum uel auctoritate:uel usu confirmentur:Facile uulgo utendas relinquo. Dici-
te obsecro qui docti haberi uultis: & eo nomine plurimum gloriamini ubi cicindelam ꝑ
lampade legistis? Plinius. Id lampadis genus lychnum pēsilem appellat. Is autem quæ scri
ptoris est diligētia & cura si aut uitrea:aut ænea fuisset cicindela:aut certe lampas aliquo
in loco appellasset. Quæ ista est temeritas? Quæ imprudentia? Quæ stultitia? Vt cum in
omnibus codicibus reperiatis candelam pro lemmate scriptam cicindelam inculcetis: Et
si diis placet etiam ostentetis:Nimium amatis uernaculam linguam & plebeiam :nam ut
multa alia omittam in Polybio:quem totum aut peruertistis:aut certe reddidistis barba
rum:pro conferēr manus uenire ad manus non puduit sæpissime transferre:& pro sociis
Hannibalis sequaces Hannibalis scribere. Cur nimirum:quia ita uulgo loquimur. O ho
mines plebeios uulgares:& plane contemnendos:Sed de Polybio alia est lucubratio : qua
infantiam uestram & puerilem sermonem facile uel refellimus:uel certe in communem
utilitatē emendauimus. Videte ne quum parū Festi Pompeii uerba percipitis:nouū uobis
concinnetis uerbum. Festus enim:Cicindela inquit genus est muscarum : qđ noctu lucet
uidelicet a candeo:unde etiā candelabra putanť appellata. Aperire oculos q plautinis uo
bis sunt duriores:Adhibete aures Festo quasi clamanti non dixit cicindelam esse candela
brum:sed cicindelam muscam a candeo:id est mico:& ardeo deriuari:ꝙ noctu lucet:ūde
etiam candelabra a candeo dicta putantur:ꝙ candeant & luceant. Candela inquam scri-
bendum est:nam hæc in saturnalibus mittebatur. Inter munera autem saturnalitia : quæ
apud Martialem sunt:nullum est candelæ distichon præter hoc. Codices & antiqui & re-
recentes ita habēt. Videte quid inter meā & uestrā interpretationē interest:ego latinū uer
bum:uos uulgare sequimini:ego antiquam scripturā:uos nullā nisi a uobis deprauatā. Vi
gil aūt candela expellit totas tenebras:non qa tota nocte ardeat:qđ calūniator noster de-
ridet:sed quia cum nihil est.i.ardet:quocunque illata fuerit expellit totas tenebras & lo-
cū illustrat:ut non minoris usus uideatur:q̄ cæreus aut lucerna:quæ nihilo plus præstāt.
& ex eo etiā laudatur ꝙ sit ancilla lucernæ preciosæ scilicet & unctæ: quoniā ut ꝓposui ea
immobili hærente ipsa circūgestať in oēs āgulos domus:nā lucerna nec solet nec facile po
test circū ferri. Pudet refellere puerilem Iuuenalis interpretationē:aiunt enim quod apđ
Iuuenalem est:Cuius dispenso & tempero filum:quođ ut ostenderemus candelam paupe
ris esse:nos paulo ante usurpauimus ita accipiendū:ut intelligas iuuenem e fenestra præ-
tereuntes aspicere:quo testas in eos iaculet. Est ne hoc interpretari poetas : an peruertere
cicindelā:quod nusq̄ extat pro lāpade. Videtis locum apud Iuuenalem apertum exposi-
tum facilem non intelligitis. Id enim dictum est de iuuene:qui occurrentes pulsabat pau
peres:non autem fenestra despiciebat. Sed nimium insector istam uestram sententiā quæ
sua leuitate ab omnibus facile est explosa. De cæreo uero quod diximus candelabro & lu-
cerna suis distichis explicatum est.

Tutas quæ uigil exigit tenebras.

Lucerna polimyxos.

Illustrem cum tota meis conuiuia flammis:

Llustrē. Lucerna polimyxos μυξοι significat lucernæ angulū. lucerna polimyxos dr:
quæ hēt multos angulos & totidē flāmas: auctores Suidas : q id confirmat epigrāmate.

Et Pollux qui cum scribit de naribus myxã ait nares appellari a Sophocle: unde & dimixa lucerna potest uideri dicta: ita & polymixa dicetur. i. habens multos angulos cũ lichnis & flammis. Calũniator quasi polimychon & non polimyxon legerimus: hoc loco clamat: & obiurgat. Atqui & apud Suidam & apud Pollucẽ hæc iam diu legimus. sed olim quoniã scriptũ reperiebã polimychon: ex ea quoque scriptura sentẽtiã alterã dixi. Quũ uero emẽdarent commentarii hanc tantũ ꝓbaui: ut. s. polimyxos legat.

Totque geram myxos: una lucerna uocor.

Cæreus.

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes:
Subducta est puero nanque lucerna tuo.

Candelabrum ligneum.

Esse uides lignum: serues nisi lumina: fiet
De candelabro magna lucerna tibi.

Candelabrum corinthium.

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt:
Non norat parcos uncta lucerna patres.

Itaque in hoc sine aduersario litigat: sed illud prætерire non possum: qđ scribit obelisco: Lychnon militarem esse lampadẽ: ita est ut ait: qđ Pollux scribit testimonio Theopompi: & Aristotelis ĩ quarto de repu. & Pli. notãs suorũ tẽporũ luxũ in tribunis militũ: qui candelabra corinthia magno emebãt: Nec pudet inquit tribunos militũ salariis ea emere: qđ ipse non ĩtelligens Salinis scripsit ꝓ salariis: qa ut ipse interpretat ex candelabri tribuni salina conflabant: qđ periculũ est sentire: nos ex hoc Plinii loco ĩ commẽtariis Iuuenalis diximus tribunũ illis uersibus designari a poeta: Quẽ coccina lena: & cætera. Multum præterea flammarum & ænea lampas. Quod autem contendit μυ σν pro secessu & angulo non posse accipi: longe fallitur. Sed de græcis litteris quas uix primis rudimentis didicit: non est a nobis cum eo disputandum: nam q̃uis parũ græce sciamus: tamen si audiret: quum in acadæmia romana docemus: ubi litteras quoque græcas publica mercede profitemur: fortasse ita proficeret: ut aliquando græca in latinam uocem conuerteret: quod nondum potuit: nã in eo aliena usus est ope. Sed hæc in alia sunt lucubratione nostra: quam edere tot exemplis noluimus. Neque enim nos constantiæ nostræ pœnitet: q̃uis lacessitos. Hæc: ut proposui conuiuiis illustrandis erat destinata. Tot myxas: idest tot angulos in speciem narium. Vna lucerna: quasi dicat usum compluriũ lucernarum præsto: & tamen lucerna tantum appellor.

Ic. Cæreus mittebat ditioribus: ut scribit Festus: nam illi soli his utebant. Cur autem mittant in saturnalibus: in superioribus libris fuit expositũ: quia. s. Publitius tribunus plebis cum diuites per occasionẽ saturnaliorũ grauiora exigerent a pauperioribus munera: edixit ne quid mitteret præter cæreos. Lucerna maioris erat luxus: quod Pli. uel ex eo ostendit quũ ait Loliã paulinã tot gẽmis ꝓcessisse: ut ad lucernarũ lumen spectaretur. Cæreus secundum tenebat locum: quam æstimationem hoc disticho poeta ostendit. Sub ducta lucerna. q. d. quum careas lucerna cæreo utaris.

Sse. Candelabrum ligneum. Candelabrũ a candelis ibi ardentibus nomẽ accepit: ut Plinio & Varroni placet: nam funes in eo fixi accendebant. Ligneũ fuisse hic indicat locus & credimus: cum Cicero lychno ligneolo delectaret: ut ipse scribit: & Cecilius in meretrice ita ait: Memini hic uidisse candelabrum ligneum ardentem. Vides lignũ: me esse lignum. Magna lucerna: nam pariter ardebit candelabrum.

Omia cãdelæ. Cãdelabrũ corinthiũ. Ex ære cœperũt fieri cãdelabra: ĩ qbus æginetici hoies supficiẽ optĩe elaborabãt: Tarẽtini scapos. Nullũ tamẽ erat corinthiũ: q̃uis corinthia dicerent: ut Pli. tradit: sed ex ꝓximis coritho achaiæ urbibus mittebant: cũ Mumius coritho deleta æra corĩthia ĩ ꝓxĩa oppida dispserit. Non igit corinthiũ ĩtelligas corinthi laboratũ: sed ex ære corinthio: qđ ꝓpinquis locis datũ est. Lucerna cãdelabro successit ut ꝓposui maiore luxu: qđ etiã hic locus affirmat: & Varro scribit his uerbis: Candelabrũ a candela: ex hoc enĩ funiculi ardentes figebant: lucerna post inuẽta quæ dicta a luce: & cætera. Nomina candelæ: dicta sumus a candelis. Vncta: oleo. Parcos patres. q. d. cũ maiores nr̃i parci eẽnt uncta lucerna non utebant: sed id postea ẽ inuẽtũ: ꝓpterea sũpsimus nomẽ a candela: quæ est hominis pauperis: & frugi: non aũt lucerna quæ nunc usurpatur.

Aec quæ. Pila paganica a pagis dicta est: ubi primum est inuenta: hæc nec tam mollis erat q̃ follis: nec tam dura q̃ pila rusticana ẽ: erat enĩ & ad rusticorum uoluptatem inuenta. Turget: plena est. Pluma difficili: asperiore. Arcta: stricta & dura. medium tenet inter follem & pilam.

Pila paganica.

Hæc quæ difficilis turget paganica pluma:
Folle minus laxa est: & minus apta pila.

Pila trigonalis.

Si me nobilibus scis expulsare sinistris:
Sum tua: si nescis rustice: redde pilam.

Follis.

Ite procul iuuenes: mitis mihi conuenit ætas:
Folle decet pueros ludere: folle senes.

Harpasta.

Hæc rapit antæi uelox in puluere draucus:
Grandia qui uano colla labore facit.

Alteres.

Quid pereunt stulto fortes altere lacerti?
Exercet melius uinea fossa uiros.

Galericulum.

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos:
Hac poteris madidas condere pelle comas.

I me: Pila trigonalis. In gymnasio hæc pila erat: in qua iactanda sinistrarũ industria & fortitudo commendabatur. supra: Palmam det tibi de trigone nudo: Nec laudat polybi magis sinistras. Nã polybus sinistra in hoc ludo palmam obtinebat alibi: Captabit tepidum dextra leuaque trigonem: Imputet acceptas ut tibi sæpe pilas. Mendose igitur scriptum est fenestris: cum & antiqui codices sinistris habeant: & ita sit legendum.

Sum tua: potes ludere.

Rustice: indocte. Redde pilam: depone.

Te procul. Follis pila laxior erat: quæ pueros & senes exercebat spiritu tumefacta: qui nec paganice nec trigonali pares habebant uires. hac exercitatione usus est Augustus teste Tranquillo. Ite procul: facessite. Mitis ætas imbecillis.

Aec. Arpasto exercebantur tyrones in palæstra: in quo gymnasio opus erat uelocitate: dum arpastum e terra raptũ certatim adolescẽtes tollerẽt curuato dorso sese erigentes: nam palæstrita qui pectus retro flectit peritissimus olim habebat. infra de palæstrita: Non amo qui uincat: sed qui succumbere nouit: Et didicit melius tin anaclino palim. i. retroflexionẽ: qua aduersariũ exceptũ suspendit: mox deiicit in terrã facilius ea arte. huic industriæ arpastũ assuefaciebant: ꝗ drauci hoc exercerent. supra ostendit: Arpasto quoque subligata ludit: Et flauescit aphe: grauesque draucos Alternos facili rotat lacerto. Anteus palæstræ certamine claruit. Draucus antei. i. palæstrita studiosus Antei. Qui facit grandia colla: nã hac exercitatione ꝑducebat collũ: cuius longitudine in palæstra opus est. Iuuenalis: Longis ceruicibus æquat Herculis anteum procul a tellure tenentis. Vano labore: molli & delicato arpasti labore: nam labores gymnasii uanos solet appellare: nam molliorum hominum sunt. mox: Quid pereunt stulto: & cætera.

Vid: Halteres. Quæstio ẽ Aristotelis i. v. ꝓbleumatũ q̃re halteribus utẽtes agilius saliant. sũt enĩ halteres pondera: qbus pariter manibus comprehẽsis exercemus corpore: uel ãbulãtes: uel saltãtes: iis utimur ut agilius saliamus. Aristoteles saltãs ponderibus susceptis innitit: & qui currit manus obquatiens se substentat: cur ille plus prosilit habens halteres q̃ non tenẽs: hic uelocius currit manus obquatiens: q̃ non obquatiens. mollitiẽ huius gymnasii carpit.. Halteres ab halo: quod est salio. Pereunt: conficiunt. Stulto haltere. i. uano halteris labore. Melius exercet: meliorẽ præstat exercitationem.

E lutet. Galericulũ capitis erat indumentũ: quo crines operiebant: hoc capiti adoptauit Otho: ut scribit Tranqullus propter raritatẽ capillorũ. In usu etiam erat palæstritis: ne crines ceromate contaminarentur. quid sit ceroma supra exposuimus. Pelle: galericuio ex pelle. Lutet: contaminet. Apto uerbo usus est: nam ceroma ex luto & oleo erat.

Pergamus: Strigiles. Stringere est radere: ut ait Marcellus: unde strigiles instrumenta
erãt: qbus sudantes in thermis radebant uncti oleo. Tranquillus scribit Augustũ læsis-
se cutẽ nimio strigilis usu: & ita exponendũ ẽ apud Iuue. Et sonat unctis strigilibus: nã pa-
rabant ad balnea: Et pleno componit lintea gutto: nã & lintea in usũ balneorũ ueniebant.
supra: Lintea ferret apro. Pythagoras laudat: q quendã se distringentẽ ita expresserit dica
tũ ab Agrippa ante thermas: ut Tiberius Impator id signũ i cubiculũ trãstulerit: qđ statim
restituit efflagitãte populo
Ton apoximenon. i. se di-
stringentẽ. Strigiles græce
stlẽgites dicũt: & quæ e cor
por eradũt strigmẽta: quo
rũ multitudinẽ miratus ẽ
Strabo factã ab argonautis
populoniæ. Pergamus ex
Asia hoc instrm misit.
Has: strigiles. Distriger:
radere. Lintea: qbus ute
bant in balneis: hoc ẽ tute
potes strigilibus ita purgar
ut fullo non purget lintea
sæpe: qa nõ contamiabũt:
si te prius strigilibus erasũ
linteis absterges.
Estauit: Guttus corne
us. Guttus siue guttũ
uas erat: qđ guttatim aquã
emittebat. hoc utebant i sa
cris ligneo ut placet Varro
ni: unde Curius negauit se
ex præda hre qcq̃ præter
guttũ faginũ ad sacra. erat
item corneus aptus ad bal-
nea ex cornu rhinocerotis:
unde & rhioceros dicebat.
& ita intelligendũ ẽ apud

Strigiles.

Pergamus has misit curuo destringere ferro:
Non tam sæpe teret linea fullo tibi.

Guttus corneus.

Gestauit modo fronte me iuuencus:
Verum rhinocerota me putabis.

Rhinoceros.

Nuper in ausonia domini spectatus harena:
Hic erit ille tibi cui pila taurus erat.

Crepitaculum.

Si quis ploratur collo tibi uernula pendet:
Hæc quatiat tenera garrula sistra manu.

Flagellum.

Proficias nihil hoc cædas licet usque: flagello:
Si tibi puluereo de grege currit equus.

Dentifricum.

Quid mecum est tibi: me puella sumat:
Emptos non soleo polire dentes.

Iuue. Cũ rhinocerote lauari: ut de hoc uase sit locutus: nũc mittit guttus ex cornu iuuenci
sed tanta arte laboratus: ut rhinocerotis uideatur. Iuuencus: sum ex cornu iuuenci.
Vper. Repetit spectaculũ rhinocerotis: qui taurũ non secus ac pilã iactauit: ut in spe-
ctaculis legimus. Arena ausonia: theatro Domitiani. Hic. i. hic guttus ẽ confectus
ex cornu illius rhinocerotis: q taurũ ut pilam iactauit. Ita uas laudat a nobilitate materiæ.
I quis. Crepitaculũ instrm erat: qđ nomẽ assumpsit a freqũti crepitu: i delitiis puero
rũ ad fletũ sedandũ: qđ & Quin. ita docuit ne sonũ reddant pene puerilium crepitacu
lorum. Vernula: puer. Garrula: sistra: crepitacula ad sedandũ fletũ: quæ sistra uident.
Roficias: Flagellũ. Flagello utebãt aurigæ agitãdis eqs Mẽda ẽ i hoc disticho recẽtiorũ
codicũ: nã i antiqs purpureo legit: & non puluereo: & ẽ ita legẽdũ. Prassinũ agitatorẽ
fuisse celeberrimũ tẽporibus Neronis celeritate equoꝝ supra ex poetæ carmie & Trãqlli te
stimonio recitauius: eundẽ appellatũ Purpurionẽ distichon supioris libri docet: Et nomẽ
prassini purpurionis hẽt. Appellat gregẽ purpureũ equos purpurionis: q uelocitate præsta
bãt. Non pderit inqt tibi flagellũ hoc o auriga si certaueris cũ eqs purpureis: qa oio supa
būt. nõ placet itelligas de equo spadice: cuius colorẽ honestũ cõmẽdat Vir. Cædes: uerbe
res. Currit tibi: certat tecũ: uel dicat si hũeris equũ ex grege equoꝝ prassini: nõ idigebis fla
gello: nã licet eũ assidue uerberes: nihilo plus curret q̃ sponte. q. d. tã spõte currit q̃ cæsus.
Vid. Dentifricium frequens uerbũ est apud Pli. dũ poliendis dentibus remediũ assi-
gnat: id enĩ appellat dentifriciũ. dat non carenti oĩno dentibus: & puellæ quæ habe-
at nigriores dentes. Quid mecũ est tibi: dentifriciũ ipsũ alloquit anũ habentẽ dẽtes em-
ptos: & ait: Quid usus potero tibi o anus præstare: quæ habens dẽtes emptos: alibi ad Eglẽ
dixit Emptis dẽtibus uti. Puella: quæ. s. suos hẽt dẽtes. Emptos dẽtes: qles tu o anus habes.

Vod. Myrabolanum nomen arboris est ferentis glandem aptam unguentis in troglo ditis thebaide & arabia: ut Plinius scribit: unde nomen accepit. Myros enim significat unguentum: & ualanos glandem. hanc compositionem docet distichon poetæ iocantis & Plinius affirmat. Cortices tamen ab unguentariis premebant: nuclei a medicis. Quod nec Virgilius nec Homerus .i. myrobalanum. Ex unguento .i. myro. Et balano: nam nec Homerus dixit unguentum: quod est latinum: nec Virgilius balanum: quod est græcum. Neuter igitur dixit unguē tū balanū: sed solus Martialis. dicebaẗ autem myro balanum.

Vsticus. Aphronitrū componiẗ ab aphros: qđ significat spumā: & nitrum: nā erat spuma nitri quæ colligebaẗ ĩ Asia ĩ specubus: quos colligas appellabant. mittebatur ex ægypto in uasis picatis ne liquesceret. Rusticus: indoctus Spuma nitri .i. ita latine uocor: quū litteras græcas ignoras. Græcus es: aphronitrū. Ita codex antiquus habet ut dicat Græcus es: interrogantis .i. si scis græcas lr̃as. Aphronitrum .i. dicor aphronitrum: quasi dicat apud græcum dicor aphronitrum.

Alsama. Balsamū in sola iudæa nasciẗ: ut Theophrastus Plí. Trogus scribunt: in duobus tantū hortis regiis arboris cortex uulneratur: unde succi manantis gutta colligitur in cornua lanis abstergētibus hoc dicitur opobalsamū simile oleo crassiori durescit: & in rubrū exit colorē miri odoris. huius præstātiam laudat distichon quā uiris conuenire ait cū unguenta assyria: ut amomū & alia sua mollitie conueniant mulieribus. Menda est in recentioribus codicibus: in ueteribus minime: nam cū scribi oporteat Nini: inuersum est cosmi: cum non perciperent Ninum hoc loco poni pro unguento assyrio: nam balsamū iudæū ē. Delitias nini: unguēta assyria: nā Ninus rex fuit assyrio℞. Vos nurus: uobis .n. conuenit.

Ratum munus. Lomentum e farina fabæ emendādis rugis uteri aptum erat: quo mulieres utebantur ne in balneis spectatæ ludibrio essent. supra: Lomento rugas uteri quod condere tentas. Scisso: rugoso.

Vx. Laterna cornea a latendo est dicta laterna: nam lumen occultat: hæc cornea dū pellucet uidetur aurea: inde est distichon. Aurea: habens colorem aureum. Clusis flā. dum lumen est inclusum. Lucerna: quæ in laterna collocatur.

Ornea. Laterna ex uessica. Sum fuscior: idest minus luminis habeo. q. d. non. Non putat uessicam: quia uideor cornea.

Bria. Tibiæ. Monaulos dr̃ unica tibia: quā Mercu. ĩuenit auctoř Pli. gēmis uti docuit Marsias. Idē duas potes sumeř & aliquādo unicā: qđ disticho poeta docet. Tibicia: mulier.

Myrobalanum.

Quod nec uirgilius nec carmine dixit homerus:
Hoc ex unguento constat & ex balano.

Aphronitrum.

Rusticus es: nescis quid græco nomine dicar:
Spuma uocor: nitri dicor & aphronitrum.

Opobalsama.

Balsama me capiunt: hæc sunt unguenta uirorum.
Delitias cosmi uos redolete nurus.

Lomentum.

Gratum munus erit: scisso nec inutile uentri:
Si clara stephani balnea luce petes.

Laterna cornea.

Dux laterna uiæ clausis feror aurea flammis:
Et tuta est gremio parua lucerna meo.

Laterna ex uesica.

Cornea si non sum: nunquid sum fuscior? aut me
Vesicam contra qui uenit esse putat?

Fistula.

Quid me compactum cæris & arundine rides?
Quæ primum extructa est fistula talis erat.

Tibiæ.

Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis:

Nos: duas. geminas aũt tibiarũ certamẽ ꝓpositũ ẽ. xiiii. olympiade: ut scribit Pausanias.

Aurino. Mammillare compescendis papillis indumentum erat inuentum: ex hoc iocatur in mulierem mammosam. Taurino tergo: alludit ad carmen Virgilii: simul notat magnitudinem mammillarum.

Ambere: Muscaria. Pauonina flabella exigendis muscis inuenta muscaria dicunt: ea ex cauda pauonis fiebant: ut & Propertius canit: Argum autẽ in pauonẽ conuersum fabula est uulgatum. Eximiæ alitis. i. pauonis.

Sæpe duas pariter: sæpe monaulon habet.

Solæ lanatæ.

Defuerit si forte puer: soleasque libebit
Sumere: pro puero proderit ipse sibi.

Mamillare.

Taurino poteras pectus constringere tergo:
Nam pellis mammas non capit ista tuas.

Muscaria pauonica.

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas:
Alitis eximiæ cauda superba fuit.

Copta rhodiaca.

Peccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara rhodos coptam: quam tibi misit edat.

Priapus siligineus.

Si uis esse satur nostrum potes esse priapum:
Ipse licet rodas inguina purus eris.

Porcus.

Iste tibi faciet bona saturnalia porcus:
Inter spumantes ilice pastus apros.

Muscarium bubulum.

Sordida si flauo fuerit tibi puluere uestis:
Colligat hunc tenui uerbere cauda leuis.

Botulus.

Qui uenit botulus medio tibi tempore brumæ:
Saturni septem uenerat ante dies.

Eccantis. Copta rhodia panis durissimus qui ex rhodo mittebatur. Copton: itẽ insula est in ægypto sacra Isidi. Coptã panem durissimum: quæ per antiphrasim dicta est: nã copto significat incido.

I uis. Priapus siligineus. Vtraque inguina ex siligine fiebant apud antiquos aptissima esui: ut illud supra: Ipsa siligineis pinguescit adultera cũnis: nunc mittitur priapus siligineus. Tu eris purus: nõ fellabis: quia hæc inguina sunt siliginea: non uera inguina.

Ste. Porcus in domesticis tantũ suibus dicitur: unde uerbũ deduxit Columella poculator pro custode suũ: ut a suibus colendis subulcum dixerunt nunc ĩ saturnalibus factus pinguis ĩ silua inter apros. nam cum ita fiebãt altiles porci gratioris erant saporis & maioris æstimationis Bona saturnalia: lautam mensam saturnalitiam.

Ordida. Muscarium bubulum cauda bouis in speciem muscarii pauonini excutiendo pulueri delegata erat: quemadmodum pauonis cauda abigendis muscis. Cauda leuis: bubula. Tenui uerbere: pulsatione.

Otulus. Initio hyemis conficiebantur farcimina: inter quæ & botulus struebatur: gratus quidem omnibus mensis: sed celebratus præcipue in saturnalibus: dum ex eo corona fieret pulti: supra diminutiuo usus: Et pultem niueam premens botellus. Et Festus Pompeius botulum scribit esse farciminis genus. Saturnalia ad quartumdecimum calendas ianuarias uno tantum die rudis antiquitas celebrauit: mox in triduum sunt producta intercalatis diebus a Cæsare: quibus annus perficiebatur: accedenteque edicto Augusti qui triduo ea obseruari iussit. sumebant igitur initium ad. xvi. calendas ianuarias: desinebantque in. xiiii. sed cum sigillaria & alia munera mittenda essent interiecta in. vii. creuerunt dies: ex quo numero. v. tantum festi habebantur. Medio tempore brumæ: idest mediis saturnalibus. Venerat: quia ante factus est initio hyemis.

Psittacus.

Psittacus a uobis aliorum nomina discam:
Hoc didici per me dicere cæsar aue.

Coruus.

Corue salutator quare fellator haberis:
In caput intrauit mentula nulla tuum.

Luscinia.

Fiet philomela nefas incesti tæreos:& quæ
Muta puella fuit:garrula fertur auis.

Pica.

Pica loquax certa dominum te uoce saluto:
Si me non uideas:esse negabis auem.

Cauea.

Si tibi talis erit:qualem dilecta catullo
Lesbia plorabat:hic habitare potes.

Narthecium.

Artis ebur medicæ narthecia cernis habere:
Munera quæ cuperet parcius esse sua.

Flagra.

Ludite lasciui sed tantum ludite serui:

Sittacus.Psittacus græce dicitᷣ psittacæ auis indica effingendi sermonis humani industria celebris:Imperatores salutat:ut Plinius tradit:inde exit distichon. Cæsar aue: nam ut dixi Imperatores salutat:& hoc in assentationem Imperatoris dicitur.

Orue.Coruus sermone exprimēdo nulli cædit:nobilitatus olim funere publico quattuor seruis feretrū subeuntibus:sepultus ad secundū lapidem in flāmina.hic erat qui Cæsarē Augustū magna omniū admiratione salutabat:ore concipere hanc auē putat uulgus īserto maris rostro: qđ libidinis genus cum fellationi simillimū sit:coruus dictus est fellator.Ex hoc iocatᷣ poeta quo pacto fellatio possit uideri ī coruo eē: cū nulla inseratᷣ mentula sed rostrū. Salutator: epitheton corui ex historia: nā olim aucto. Pli. & Mac. Aug.salutauit: Aue inqens Impator:aue triūphator.

Iet.Luscinia. Notissima est fabula Prognē in hirundinē conuersā eē: & philomelam sororē: cui Tereus linguā absciderat ī lusciniam.Probus tamē in commētariis bucolicoꝝ secutus quorundā græcorū fidē scriptū reliqt philomelā ī hirundinē: Prognē in lusciniā fuisse conuersā: Thucidides aliter: huius auis musicā compluribus uerbis laudat Pli.affirmās eis studiū tantū esse:ut plerūque ad extremū spiritū certet mutuo cantu: solaque nec die nec nocte uocē intermittat. Augurium dedit suauitati carminis Stesichori poetæ:in cuius infantis ore cecinit. Tereos incesti: qui commisit stuprum cum philomela. Luscinias cæsarei iuuenes habuerunt græco & latino sermone dociles:præterea meditantes in diem & assidua noua loquentes longiore etiam contextu.

Ica.Pica loquacitate sermonis contendit cū superioribus. Nec cederet nisi mēoria falleretᷣ:Quāuis meditetᷣ assidue tradita uerba adeo uicta difficultate uerbi exprimēdi plerūque īteriit. præstātiā sermonis laudat distichon. Negabis auē:qa putabis eē hoīem.

I tibi talis:Cauea eborea. Virgæ argenteæ ebori insertæ caueam faciebant qualem describit Papi.At tibi quāta domus rutila testudine fulgens:Connexusque ebori uirgarū argēteus ordo.nūc mittitᷣ exigua:quæ uix passerculū capere posset:Hic ī cauea eborea.

Rtis ebur.Nartheciū genus ferulæ est leuissimæ:unde baculi senibus dabanᷣ: excogitatis etiam remediis ex eadē arbore a medicis:quæ qdē uenenata hēbanᷣ.sed mixtura emendabat ueneficiū:Nartheciū igitᷣ uirga medica est. Ebur dicitur uel a candore uel quoniā scipiones eburnei fiebāt magno precio:ut scribit Liuius. In quorū locum succedit nartheciū.Habebis munera quæ cuperet pactius esse sua:Laudat præstantiā muneris cum dicat pactium desiderare tale munus:nam pactius eē sua.Laudat orbus erat tpibus.M.cui munera mittebantur multa:Iuuenalis: Gallita & pactius.q.d. ne ipse quidem pactius cui multa mittūtᷣ munera tā præclaꝝ munus hēt.

Vdite:Flagra:Flagris serui cædabātᷣ:sed ī saturnalibus his.v.diebus:q festi hēbanᷣ Do: seruis ius oē reittebat.Loqᷣ nūc dominus depositis flagris.Sed tātū ludite:abstīete scelerᷣ.

Signata:clausa. Quinque diebus:id est in saturnalibus quibus uobis data est libertas. Nuisæ:Ferulæ. Ferula puerorum magistri utebanť ad manus cædẽdas. Columella:Nec mitis manibus ferulas. Nobilitatẽ ferula accepit a furto promethei:qui ignẽ de cælo ferula detulisse diciť:hanc fabulã prius cecinit Hesiodus ĩ carmĩe rustico:historiã tradiderũt alii:q.s.primus Prometheus docuerit ignẽ optĩe ferula seruari:ægyptia ad id aptissima habebať.utrũque igiť usũ ferulæ distichon ostendit. Pueris:quia cædũtur ferulis.

Hæc signata mihi quinque diebus erunt.

Ferulæ.

Inuisæ nimium pueris:grataeque magistris:

Clara prometheo munere ligna sumus.

Pera.

Ne mendica ferat barbati prandia nudi:

Dormiat & tetrico cum cane pera rogat:

Scopæ.

In precio scopas testatur palma fuisse:

Gratæ magistris :quia his retinent pueros in officio. Ligna clara nobilia. Furto prometheo:nam ferula surreptũ ignem seruauit. E Mendica:pera:philosophi cynici pera & scipione utebãtur:cum igiť nũc pera mittať rogat ne detur cynico designans in quem usum frequenter accipiatur. Nudi barbati: idest philosophi cynici: q habebat longam barbam. Cane tetrico: idest cum cynico.

N precio. Scopæ domus quæ uenerunt purgamenta ex pauimento. Cicero: hic mihi quasi dissipare uideť:sunt enim ipsa uerricula:quæ ex uirgis ulmeis aridis fiebãt præcepto Catonis ad tergenda uasa:ex palma arbore ad mensarũ reliquias uerrendas. palmæ igiť precio scopæ olim erant in æstimatione:inualescẽte aũt luxu:ut ipsæ aiunt : poterunt haberi precio:qa preciosissimas reliquias ciborũ uerranť. Analecta reliquiæ dicunť : ut in superioribus libris expositũ est. Palma: ex qua.s.scopæ olim fiebant : ex tamarice etiã fiebat:ut scribit Pli. Tamarix inquit scopis tantũ nasciť. Testať:argumento est scopas fuisse in precio. Sed analecta.i.reliquiæ ciborũ quas nunc uerrũt. Dabunt precium.i.afferent æstimationẽ scopis. Ita suorũ temporũ luxum notat:& apte opponunť priore uersu. In precio:& sequenti. Sed preciũ:ita codices antiqui habent:alii habent ocia: sed mendosa scriptura. Quære in superioribus libris eo loco: Analecta quicqd & canes reliquerũt. Ibi aliã sententiã diximus de analectis:q.s. instrã quædã essent ad reliquias colligendas. placet tamẽ sentire analecta reliquias esse. Qui otia legendũ putãt: aiũt hoc disticho pauimentorũ luxũ a poeta notari:q.s.quũ pauimẽta subtegulanea erãt : & barbarica dicebanť scopis euerri poterãt. postea iueĩt luxuria alia pauimentorũ genera elaborata arte picturæ quæ euerri non poterant:sed ex hiis manu purgamenta colligebanť:unde & asarota dicta sunt ab a particula priuatiua:& a soroo uerro. De his locutus est Lucillus poeta: Ante pauimenta atque emblemata uermiculata:& Papinius:Superantque nouas asarota figuras. Faciunt mihi dificilem errorum multitudine confutationẽ:nã unde initiũ sumã:non satis statuere possũ. A Plinio hæc de pauimentis uerba accipiũt inuersa illa quidẽ:& plane confusa partĩ ignorantia:partim uerbis additis:quæ Pli. non scripsit:Sed qđ ad disceptationẽ nostrã pertinet:in eo maxime occupati sunt:ut ostendant asarota non solita esse uerri scopis:sed purgari reliquiis manu collectis:propterea inquiunt ocia erãt scopis:q asarota non uerrebant. O uanitatem & uerecundiam uestram:Si scopæ iam cessant:nec ullum præstãt usum cur mittuntur ab amico:Nullum enim apud hunc poetam munus mittitur: cuius usum & commodum non ostendat:præsertim si id exiguum fuerit:ut scaptoriũ qđ sequiť Defendet manus hæc scapulas. Solet enim poeta quũ parua mittuntur munera:ut ferulæ: scopæ:scaptorium:manuale:& reliqua id genus:ea aliqua usus commendatione extollere Accipite q̃ arguta sit:& Mart. digna sententia istorum interpretatione: Nam si eos audiemus:ita erit exponendum. Mittimus nunc scopas:quæ olim in precio fuerunt: adeo ut ex palma arbore fierẽt:Nũc uero cessãt:& nullum præstãt usũ. Cur ergo mittũť boni uiri: An ut ĩter tabulas & signa collocẽť. Discite tãdẽ aliquãdo melius & loq & sẽtiř: pudeatque illud addere:A sarota non solita eẽ uerri:quũ asarota dicta sint:q diligẽter uerrãť:ut apđ Pap. docuimus eo loco:Gaudet humus supatque nouis asarota figuris:quũ publice siluas profiteremur. non enĩ asarota ab a particula priuatiua dicũtur:sed ab a particula ĩtẽtiua: & quæ auget:quod apud græcos plerunque fit:& saroo uerro:nam diligentissime uerřbãť

Iuue. Verre pauimentū & nitidas oſtende colūnas. Pli. de aſarotis: Celeberrimus fuit ī hoc zēdorus qui Pergāi ſtrauit: quē uocāt aſaraton: & qui reddēs rationē quare aſarotos dicať: ſubdit quoniā purgamēta cœnæ ī pauimēto quoque euerri ſolēt ueluti relicta. Eſt ne obſcura Plinii īterpretatio cur dicātur aſarota: quoniā. ſ. bene uerrāť: ut ipſe ſcribit: Sed iam uos quoque ut arbitror pudet ſtultitiæ ueſtræ. Quid ergo īeptius q̃ dicere cœnæ purgamēta manu ſolita eē colligi. Quis īſtruit quis potuit cernere: ut ſerui tāq̃ canes triclinia luſtrarent purgamēta manu colligentes ſordidi: & contaminati. Vbi hoc: uel legiſtis: uel uidiſtis unq̃: Codices prærea ferme oēs: Sed preciū hēnt non ocia: & ita ē legēdū. Nā laudanť ſcopæ ēt ꝙ olī fuerit ī precio: ait poeta argumento eē ꝙ ex palma arboř nobiliſſia fiebāt: nūc æſtimationē accipient a delicatiſſimis ciboꝝ reliquiis quas uerrēt: & ita ut ꝓpoſui tēporū luxus notať. De Lucilliano uerſu nihil laboro: q̃uis eū quoque male accipiant Pli. enī non ut de aſerotis Lucillū locutū oſtendat hūc uerſū refert: ſed ut pauimēta āte cimbricū bellū frequentata fuiſſe demonſtret: uerba hæc ſunt Pli. Frequētata uero pauimenta āte cimbricū magna gratia animoꝝ: Inditio ē ille Lucillianus uerſus. Ante pauimenta atque emblemata uermiculata: quem uerſum Cicero quoque quod iſti ignorabant in ſuo oratore anteq̃ Pli. inſeruit. Sed iam ſatis exploſimus eorum leuitatem & ignorantiam.

Ocia ſed ſcopis nunc analecta dabunt.

Scalptorium.

Defendet manus hæc ſcapulas mordente moleſto
Pulice: uel ſi quid pulice ſordidius.

Manuale.

Ne toga barbatos faciat uel penula libros:
Hæc abies chartis tempora longa dabit.

Lectus pauonicus.

Nomina dat ſpondæ pictis pulcherrima pennis:
Nunc iunonis auis: ſed prius argus erat.

Ephippium.

Stragula ſuccincti uenator ſume ueredi:
Nam ſolet a nudo ſurgere ficus equo.

Stibadia.

Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſignum:
Octo capit: ueniat quiſquis amicus erit.

Efendet. Scalptorium inſtrumentum erat eburneum in ſpeciem manus confectum: quo pruritus ſcapularum terrebatur: cum manus eo protendi non poſſit. Scapulas: pruritum ſcapularum. Si quid ſordidus: id eſt pediculus.

E Toga. Manuale tabulæ erant ex abiete quibus libri ſeruabantur: ne uſu attriti fierēt piloſi aut ſordidi. Hæc abies: hæc abiegna tabula. Barbatos: id eſt piloſos: ut ſupra Quæ duro nondum inhorruit mento.

Omina dat: Lectus pauoninus. Tabulæ citreæ erant in magno precio undatim imitātes oculos pauonum auctor eſt Pli. unde menſæ ex his confectæ pauoninæ dicebātur: & tricliniorum lecti diſcubitorii pauonini his tabulis operti. Lectos autem acere arbore aut citro fuiſſe opertos ſcribit Plinius: Mittitur igitur nunc lectus pauoninus ex fabula pauonis. Nomina dat ſpondæ: id ē lectus accepit nomen a pauone: nam dicitur pauoninus nam ex tabula citrea pauonina conſtit.

Tragula. Ephippium ſella in equo dicitur: nam epi ſignificat in ippos equum. Veredi equi uelociſſimi in uſu uenatorum: ſupra Parcius utaris moneo rapiente ueredo. hic ephippio indiget cum ſæpe excutiat ſeſſorem nudus. Stragula: id eſt ephippiū. quicqd ſterniť ſtragula ſūt. Solet ſurgere pectus. i. excuti ſeſſor. Equo nudo: non hēnte ephippiū: ut ſupra dixit de ueredo: Hūc datū eē frāgere ſæpius ſeſſorē: q̃ leporē. Alia ſcriptura habet. Ficus: ut dicat ficus ſolet ſurgeř: ꝙ ſeſſor ſine ephippio ficoſus fiat podice attrito dorſo eq.

Ccipe: Stipadia. Stipadium locus erat aptus cœnationi: ut epiſtola Plinii docet: nunc mittitur triclinium teſtudineum in ſpeciem ſtipadii: ubi octo poterant diſcumbere. de tricliniis factis ſupra eſt expoſitum. Scriptum: diſtinctum & pictum. Signa octo diſcūbentes. ſupra: Septem ſigna capit ſex ſumus adde: id eſt uoca Lupum. Lunata teſtudine: ī ſpeciem lunæ. Veniat: ad octauum uſque.

Oemineã. Guſtatoriũ mẽſa erat ubi guſtabãt tecti e teſtudinibus ſectis:e qbus & lecti & triclinia operiebanť quod inuentũ ẽ tẽporibus Neronis:quædã erãt teſtudines terreſtres ĩ deſertis libyæ inuẽtæ quæ ĩ opibus cherſinæ dicebãtur hoc ẽ terreſtres:nã cherſos ſignificat terrã. Alebãtur rore:neque eodẽ ĩ loco aliud aliqđ aĩal naſcebať. Erant præterea teſtudines aquaticæ:ex quaꝝ maribus teſtæ ĩtegẽdis lectis aut tricliniis Palmã tenebãt. Loquitur guſtatoriũ ex pſona teſtudinis affirmãs ſe non cõſtare ex terreſtribus teſtudinibus: quæ uiliores ſũt:ſed ex marinis & ex maribus: nã ſũt præſtãtiores. Fœmineã cherſon:teſtudinẽ fœmineã. Præda maſcula: mares captæ ĩ mari non cherſinæ.

Guſtatorium.

Fœmineam nobis cherſon ſi credis ineſſe:
Deciperis:pelagi maſcula præda ſumus.

Menſa citrea.

Accipe felices atlantica munera ſiluas:
Aurea qui dederit dona minora dabit.

Menſa acerna.

Non ſum cripſa quidem:nec ſiluæ filia mauræ:
Sed norunt lautas & mea ligna dapes.

Dentes eborei.

Grandia taurorum portant qui corpora:quæris:
An libycas poſſint ſuſtinuiſſe trabes.

Quinque peda.

Puncta notis ilex:& acuta cuſpide clauſa:
Sæpe redemptoris prodere furta ſolet.

Pocula archetypa.

Non eſt iſta recens nec noſtri gloria cæli.
Primus in his mentor dum facit illa:bibit.

Ccipe:Menſa citrea. Atlas mauritaĩæ mõs citrũ arborẽ pducit:unde mẽſæ citreæ fiebãt tãta taxatione:ut haꝝ ſũptũ fœĩnæ uiris exprobrarẽt:cum ipſis margaritaꝝ luxus exprobrareť:Vẽditæ ſť magno precio ex hæreditate Aſinii Polliõis & multoꝝ. ĩ his laus erat:ut media cõmiſſura non appareret:ſuſtinebãturque pedibus elephantinis. Siluas felices mẽſas precioſas ex atlante Minora dabit.q.d. hæc dona ſuperant aurea.

On Mẽſa acerna. Mẽſa ex acere arbore cõfecta pximã citreæ dignitatẽ obtinebat:& cũ citreũ deſiderareť ſuccedebãt tabulæ acernæ. Menſa igitur acerna loquens ait ſe non minus lautis epulis onerari: q̃ citrea ſoleat. Non ſum criſpa: id eſt non ſum citrea criſpis uenis precioſa: nam citreæ quæ in uena erant criſpæ magnæ erant taxationis:& tigrinæ dicebantur:auctor Plinius. Filia: non ſum nata. Siluæ mauræ.i.citri atlantici:nam Atlas mauritaniæ eſt mons.

Randia:Dentes eburnei. Inualeſcente luxu excogitatũ eſt pedes elephãtinos mẽſis ĉitreis ſupponere:quod ſupra repetito carmine poeta ſæpe oſtẽdit:& Ita expoſuimus locũ illũ ĩ iactabũdo q in ſeptis uolebat oĩa coemere:ꝙ popoſcerit ebur alte expoſitũ.i.dẽtes elephãtinos. Pli. hunc luxum deteſtatur in xii. naturalis hiſtoriæ:nondum inquit natum erat ius ex eodẽ ebore:ut deorum ſimulacra ſpectarentur:& pedes menſarum. nunc igitur pedes eburnei ex dentibus elephãtoꝝ confecti habent hoc diſtichon. Portant. ſubſtinent Taurorum:quia tauri iactãtur ĩ theatro ab elephantis. Trabes libycas.i.mẽſas citreas.

Vncta. Quincupedal a menſura quinque pedũ nomẽ habet:hoc utebãtur ad parietes ædificatos dimetiẽdos tanto artificio:ut etiã ſi redẽptor:hoc ẽ qui ſuſceperat parietẽ ædificandũ male exædificaſſet:hoc ĩſtrumẽto deprehẽdereť. Ilex:pertica ex ilice. Pũcta notis.i.diſtincta ſignis menſuraꝝ. Clauſa acuta cuſpide:compacta. Clauſa:munita. prodere:deprehendere. Notis:menſura. Furta. ſi minus ædificauit.

On. pocula archetypa nota ſť uel huius poetæ carmĩe:nã ſæpe hoc uerbo uſus ẽ:& nos didicimus ea eẽ pocula archetypa:q̃ ãtiqſſĩoꝝ opificũ manibus elaborata ferebãť:unde alĩa ad exẽplũ effingereť. Mentor ãt nobilis monumẽtis ãtiquoꝝ ſũmã laudẽ adeptus ẽ argẽteis poculis elaborãdis. Non ẽ gloria nr̃i cæli.i.non ẽ gloria artificii nr̃oꝝ tẽpoꝝ:nã cælũ ſculptoris ĩſtrumẽtũ ẽ.q.d. hæc pocula nõ ſũt elaborata ad alienũ exemplũ:ſed ipſa Mentoris artificio elaborata aliis exẽplo ſtant:ſũt.n. archetypa:& hæc forma primũ in iis a Mentore edita eſt.

On sunt. Calices audaces. Calices audaces uitrei erant exigui precii ad circum maximum expositi suis officinis: de his supra extat carmen. Audaces dicti ꝙ uasa chrystallina falsa specie imitarentur: nunc negant se appellandos esse audaces: cum plebei sint & uitrei: & gemmas non habeant quæ aquis calidis solent uitiari in aliis poculis. supra: Et nimium calidis non uiciantur aquis. Vitri: cum sumus uitrei. Plebeia toreũata: uasa tornata plebeia. Feritur aqua ardenti. i. uiciatur aqua calida: ut alia pocula

Calices.

Non sumus audacis plebeia toreumata uitri:
Nostra nec ardenti gemma feritur aqua.

Phiala aurea celata.

Quãuis callaico rubeam generosa metallo
Glorior arte magis: nam meus iste labor.

Calices uatini.

Vilia sutoris calicem monumenta uatini
Accipe: sed nasus longior ille fuit.

Lances chrysendetæ.

Grandia ne uiola paruo chrysendeta mulso:
Vt minimũ: libras debet habere duas.

Vasa aretina.

Aretina nimis ne spernas uasa monemus:
Lautus erat tuscis porsena fictilibus.

Bascauda.

Barbara de pictis ueni bascauda britannis:
Sed me iam mauult dicere roma suam.

Vamuis. Phiala aurea cælata cum aliis uasis cælaturæ fiant gemmis: aut crustatiõe aliqua inserta: phialæ cælabant ex sua tãtum materia erãt aureæ: adeo duarum unciarum phiala a Phithea sculpta incredibili æstimatione uenit: erant autem ĩ emblemate Vlysses & Diomedes palladium subripientes. nunc phiala se ante ponit aliis uasis: hac una laude ꝙ nihil habeat ĩsertum aut alienum: sed totum emblema ex eius constet materia. Magis glori or arte: id est maiorem habeam gloriam ex emblemate. Iste labor: emblema. Est meus: ex me.

Ilia: Calices Vatinii. Vatinius beneuentanus calices cõficiebat ꝓminẽtibus nasis: mõ singulis mõ binis: mõ quaternis: luuena. Et beneuentani sutoris nomen habentem Siccabis calicem nasorum quattuor. Vilia quidem erant uasa: sed Vatinii opificio commendabantur: ex hoc extat distichon. Sutoris: magistri. Nasus illa prudentia: & ars Vatinii: alludit ad nasum: nam Vatinius sutrinæ alumnus distorti corporis erat temporibus Neronis: ut ex historia Cornelii Taciti propagatum est: q̃uis uilia hæc sint: tamen a perito opifice confecta sunt. Longior nasus: calicis. erat enim nasutus Vatinius & peritus.

Randia. Lances chrysendetæ patinæ erãt latiores aureæ: quibus pisces in primis gestabantur: sed preciosiores quales erant muli. Ne uiola: ne affice ignominia. Vt minimum: ad minimum.

RENTINA. Vasa arentina uasa fictilia: ex terra arentina fiebant magna laude: ut Plinius tradit: Rudis antiquitas fictilibus utebatur: quod Numa instituisse & docuisse dicitur. Agathocles siciliæ rex cum ex humili conditione in regiam peruenisset dignitatẽ: prioris fortunæ non oblitus: fictilibus perpetuo usus est. Nunc ait poeta Porsenam usum esse arretinis: duo designans & temporibus Porsenæ hæc in usu fuisse magna æstimatione: & arretinos illi paruisse. erat enim rex clusinorum in ætruria. Tuscis: arretinis.

ARBARA. Bascauda uas erat peregrinum: nam britãnia hoc dedit seruato patriæ nomine. Iuuenalis: Addas & bascaudes: & mille escalia. Escalia: id est escis apta. picti dicuntur britanni: quoniam glasti ea est herba similis plantagini succo tingebãtur: ut horribiliores in bello essent: nam eo nigrescebant in speciem æthiopum: eorumque uxores eodem medicamento utebantur in quibusdam sacris Plutonis. Barbara: uasa peregrina. Pictis: glasto. Suam: quia dicit me romanam.

I Non:Panaca.Menda est apud ptholomeũ ꝑ panacis populis rhetiæ panari scriptũ est:ĩde mittebanť uasa uinaria de nomĩe patuæ panaca dicta.Rheti ãt populi ĩ italiã usque supra Veronam & Comum extenduntur:habentque uina iudicio Virgilii falerno tantum cedentia:Strabonis sententia certantia cũ omnibus:grata Augusto:ut scribit Tranquillus.Rhetii a Rheto duce. Si non est ignota:id est si aliquando fuisti Veronæ. Potasti uina thetica:panaca. Mea testa:me panaco uase.

Panaca.

Si non ignota est docti tibi terra catulli:
Potasti testa retica uina mea.

Boletaria.

Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen:
Prototomis:pudet heu:seruio colliculis.

Calices surrentini.

Accipe non uili calices de puluere na tos:
Sed surrentinæ læue toreuma r otæ.

Colum niuarium.

Setinos moneo nostra niue frange trientes:
Pauperiore mero tingere lina potes.

Saccus niuarius.

Attenuare niues norunt & lintea nostra:
Frigidior colo non salit unda tuo.

Vrceoli ministratorii.

Frigida non desit:non deerit calda petenti:
Sed tu morosa ludere parce siti.

Vrceus fictilis.

Hic tibi donatur panda ruber urceus ansa:
Stoicus hoc gelidam fronte petebat aquam.

Vm mihi boleti. Boletaria uasa condiendis boletis cõparata ex forma:sed tamẽ destinabanť coliculis:q ĩter cibaria ganeata nũeranť sẽtẽtia Apitii:q id docuit tpibus Tiberii:conquerũť ꝙ cũ nomen hẽant a boletis coliculis seruiãt. Prototomis coliculis.i.teneris & q primi succidũť. Nomen tã nobile:qa dicor boletaria:nã boleti nobilissimi erãt.alibi:Boletos mitterẽ difficile

Ccipe: Calices surrẽtini.Surrenti in cãpania æqua æstimatione terra erat:ex q̃ uasa confecta cũ arẽtinis certabant: sed præstabant leuitate: nam leuigabantur. Non uili: non ignobili. Leue:politum rota.

Etios:Colũ niuariũ. Niues seruatæ ĩ penu uina refrigerabant hoc pacto:nã cola hoc ẽ sacci niuibus ĩplebãť:ꝑ q̃s effusa uĩa colabãť gratissĩo frigore: hoc ẽ qđ supra dixit uina transmissa sacco sollicito: cola aũt lautioribus seruiebãt. hẽbanturque maioris precii:nam expolitis uiminibus:aut certe pãno crassiore cõstabãt:eadem uuis exprimũdis erant apta. Virgilius:Tu spisso uimine qualos: Colaque prelorum fumosis deripe tectis: conficiebantur item sacci ad eundem usum lintei:sed minore precio.Cola autem dicta sť a colando:nam inde uina colabantur Pli.Hi niues:illi glaciem potant:pœnasque montiũ in uoluptatem uertunt. seruatur algor æstibus:excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat. Frange trientos setinos:cola uina setina:hoc est præstãtissimũ. Non inferiora nr̃a niue.i.per nostram niuẽ. Lina:hoc ẽ uinum uilius potes colare per saccos linteos

Ttenuare. Saccus niuarius ait se nõ ĩferiorẽ eẽ colo:quãdo niuibus suis colatũ uinũ nõ sit mĩus recẽs q̃ mãet ex colo niuario.Nr̃a lĩtea:pãni lĩtei.tuo colo.s.niuario. Salit:exit:

Rigida.Vrceoli ministratorii dicebãtur qbus frigida & aqua calida mĩistrabať mẽsæ cũ utraque uicissim miscebať.monẽt potatoꝝ ne nimis morosã tẽpationẽ & mixturã disquirat. Ludere:lasciuire. Siti morosa:difficili:& quæ nulla mansura contenta sit.

Ic tibi donať.Vrceus fictilis hoc loco commẽdať ab opificio:quo uel seuerissimũ conuiuã ad siti aquæ gelidæ quæ luxuriãtibus tãtũ dať allicere posset:rFonto:ĩ historia ẽ Cornelii Taciti de quo non loqť hoc loco:ẽ itẽ ĩ epistola Pli.Secũdi laudatus ab arte dicendi:Fronto tertius stoicus:cuius meminit poeta:quon iã recẽtioꝝ tẽpoꝝ erat.Pãsa ansa.lata ãsa & discreta:ut pãsi boues hẽntes cornua ĩ diuersum tẽdẽtia. Stoicus:q̃uis stoicus esset.

Os ſatyrus:Calathi. Calathi baccanalibus celebrandis dicati era·it calices uinarii.
Virgilius:Vina nouum fundam calathis arui ſia nectar.horum uſu nūc gloriať. Sa
tyrus:comes Bacchi. Bacchus:cuius ſacra peragimus. Tygris ebria:quæ uino delectatur.
Væ:Calices ſaguntini.Saguntū mittebat terrā,uaſis fictilibus aptā:Vnde lagoena ſa
guntina a Iuuenale diciť ſaguntinis calicibus conſerta pugna.nūc commendantur:ꝙ
cū alia pocula tractenť:& cuſtodiantur magna ſollicitudine:i his nulla cura opus ſit.ſunt
enim uaſa uilia: & ſi fran
guntur aut nullam aut cer
te paruam afferunt iactu
ram. alibi: Ficta ſagunti
no cymbia malo luto alibi
Septenaria ſynthesis ſagū
ti.Papi.Vnam mittere ſin
theſin: Quid horres albo
rum calicum:atque caca
borum.
Emmatum. Calices
gemmati. Calicibus
inſerebantur gemmæ ſma
ragdi in primis qui ſcythi
ci dicūť:quoniā illīc adue
cti cæteris præſtāt: auctor
eſt Pli.eo uſque proceden
te luxu:ut multi gemmas
digitis detractas populis ī
ſererent.Iuuena.Nam ui
ro ut multi gemmas ad po
cula tranſfert a digitis.
Ignibus ſcythicis .i. ſma
ragdis ſcythicis perlucidis
Aurum:id eſt poculum
aureum.
Ac licet. Ampulla
potoria unguentis.tā
tum dicata erat:ſed in bi
bendi uſum uſurpata: po
toriæ cognomen ſibi ado
ptauit.Ex hoc iocatur poe
ta:aitque aliquē poſſe uti
ampulla: ſi quidem uult
potare unguenta. Foliata:unguenta quæ nardina dicebantur. Coſmi: unguentarii. Si
ſitis foliata.i.ſi unguetum foliatum optas bibere.
Ryſtallina.Ex gelu concreta precioſiſſima uaſa erant:hæc mittebat oriens. Indica cæ
teris præſtabant:naſcebantur præterea in aſia ad alabandam & droſiam Xenocrates:
auctor eſt uas chryſtallinum ſextariorum quattuor ex india fuiſſe allatum:mittunť nūc
monente poeta quo pacto ſeruari poſſint:ne frangantur:ut.ſ.ſeruus qui ea tractabit: nec
nimium negligat:nec nimium ſit ſollicitus:nam & non curanti temere excidunt: & a ti
mente ſubſtineri non poſſunt labantibus manibus. Peccant:ſinunt excidere.
Ioue.Nimbus uitreus uas erat:cuius in primo meminimus:uitreum quo ſpargebatur
in theatris crocum uino dulci mixtum.ſupra:Et cylices nimbis hic maduere ſuis.no
mē datū ē a nibo cæleſti:cuius inſtar odoramenta illa fundebat. Nimbus: cæleſtis. Hic
Nimbus:cæleſtis. Hic nībus:hoc uas. Vina mixta:.ſ. croco.
Anc:Patina cumana.De patina cumana hoc ſcribi exiſtimo:nam cum patinarum lu
xuriam multis uerſibus redarguiſſet.Pli:addidit rhegiū & cumas his nobilitari: hoc
eſt rhginas & cumanas eſſe in precio.erat autem hæc fictilis. Caſta:uirginitate nobilis.
Municipem:e municipio ſuo cumano.

Calethi.

Nos ſatyrus:nos bacchus amat:nos ebria tigris
Perfuſos domini lambere docta pedes.

Calices ſaguntini.

Quæ non ſollicitus teneat:ſeruetque miniſter:
Sume ſaguntino pocula ficta luto.

Calices gemmati.

Gemmatum ſcythicis ut luceat ignibus aurum:
Aſpice quot digitos exuit iſte calix.

Ampulla potoria ſeu parcaria.

Hac licet in gemma quæ ſeruat nomina coſmi
Luxurioſe bibas:ſi foliata ſitis.

Cryſtallina.

Frangere dum metuis frangis cryſtallina:peccant
Securæ nimium ſollicitæque manus.

Nimbus uitreus.

A ioue qui ueniet:miſcenda ad pocula largas
Fundet nimbus aquas:hic tibi uina dabit.

Patella cumana.

Hanc tibi cumano rubicundam puluere teſtam
Municipem miſit caſta ſibylla ſuam.

Aspicis.Calices uitrei ex ægypto aduehebanf elaborati magno opificio : pereuntesque sæpe i medio opere:dū opifex plus idustriæ adhibet ut faciat ornatiores. Ingeniū ni li:calices ingeniose factos ab ægyptiis. Plura:ex artificio. Perdidit opus.i.fregit.

Si calidū.Myrrina.Vasa myrrina constabāt ex quodā humore sub terra concreto in ua/ rias maculas.Parthia:& carmania præferti hæc uasa suppeditabat. Myrrina itē genus uini erat conditi myrræ odore:ut Plautus i persa fabula docet:& i pseudulo:dū dulcia ui na recēset hæc ait:Ecquid habeāt roga:myrrinā :pas sū:de frutū:mella.nūc de uasis loquif:a quoq3 colorē iocās ait posse his fieri cali dū uinū :nā eorū maculæ ex purpura & lactis colore ignescūt . odor etiā in his commendaf auctore Pli. Myrra:uas myrrinū.eodē uerbo utif Papi.i Carino. Myrrasque graues.i.uasa myrrina. Fit melior : qa odor in myrris cōmēdaf.

Spoletina.Lagœna niua ria aq̄ ex niuibus expres sa magni hēbaf precii.ap/ te igif monet lagœna ni/ uaria: ne aut spoletio :aut peligno uino hoc aq̄ gēus misceret: sed tātū falerno & aliis quoq3 precio conue nit.loquif aūt de aq̄ deco cta : q̄ niuibus refrigeraf: q̄lis ē apud Iuue . Frigidi/ or geticis petitur decocta pruinis.& Pli.Seruatur al gor æstibus: excogitafque ut alienis mēsibus algeat nix:decoquunt alias quas mox & illas hyemāt. Cel lis marsis:pelignis. Quo tibi.i.in quē usū erit tibi: Spoletia:pessima.s.uina bibis:in quem igitur usum poscis aquā niueā:quæ præstantissimo tantū uino solet infun/ di. Nobile frigus aquæ decoctæ.i.aqua hæc non est in tuum usum:si aut pelignū:aut spo letinum bibis:quæ pessima sunt uina:sed bonis adhibenda est.

Non.Eadem lagœna. Est commenta:inuenit:id est excogitauit aquam decoctam. De niue:refrigeratam ex niue.

Massiliæ.Idem argumentum. Vndis niualibus:aqua refrigerata ex niue. Pluris con stet:q̄ tale uinum.q.d.isto uino est hæc aqua preciosior.

Dum.Matella fictilis uas urinarum:quod a domio poscebatur pcussu digitoq3.supra: digiti crepātis signa nouit eunuchus Et delicatæ suscitator urinæ. Pellex :ab uxo/ re dicitur meretrix uiri. Culcitra pellex:fit matellæ cum in eius locum perfunditur. Mea pellex:perfusa est loco meo:quum ego deberem.

Quāuis.Ligula argētea.Ligula instrm argēteū tractādis aromatis aptū:qđ i saturnalibus mittebaf.ē itē uiculi gēus quo calcei alligabāf:ut Festus scribit & Pollux apđ græcos.li gula uero gladius erat a similitudīe līguæ dictus:auctor Gel.cū aūt & illud instrm argen teū līguæ speciē hr̄et:līgula dicebaf a grāmaticis contēdētibus primitiui rationē seruādā eē.& cū a līgua līgula diceref līgulā eē accipiēdū:sed ciuili q̄dā usurpatiōe līgula dicebaf Indoctis grāmaticis : uolētibus analogiā seruar̄.q.d.in usū ē ligula in ratione:de qua sunt solliciti grāmatici. Lingula:sed idocte faciūt:q3 ligulā usui aduersantes me appellant.

Calices uitrei.

Aspicis ingenium nili:quibus addere plura
Dum cupit:ah quotiens perdidit auctor opus.

Myrrhina.

Si calidum potas ardenti myrrha falerno:
Conuenit:& melior fit sapor inde mero.

Lagœna uinaria.

Spoletina bibis uel marsis condita cellis:
Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ.

Niues.

Non potare niuem:sed aquam potare rigentem:
De niue commenta est ingeniosa sitis.

Idem.

Massiliæ fumos miscere niualibus undis?
Parce puer:constet ne tibi pluris aqua?

Matella fictilis.

Dum poscor crepitu digitorum & uerna moratur:
O quotiens pellex culcitra facta mea est.

Ligula argentea.

Quamuis me ligulā dicant equitesque patresque:
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

Vm.Coclearia á coclearum ſimilitudine dicta ſunt:nunc interrogat quare dicantur coclearia:cum non minus aliis cibis ſeruiant:q̃ cocleis: ſed appellata ſunt a ſpecie coclearum non ab alicuius cibi uſu.Oua autem & cocleæ menſarum initio apponebantur. ſupra:Et cocleas tibi habe:perdere nolo famem.

Nte:Annuli in uſu equitum erant.Equites autem ante legem Othonis a Domitiano renouatam complures erant multis infra cēſum equeſtrem dignitatē occupantibus: ſed poſt legem illam rari facti ſunt:nam pauci poterant ſe equites oſtentare: nam & a conſeſſu in.xiiii. theatrí arcebantur: & nuſquam pro equitibus habebantur : qui infra cenſum erant.ſupra : Rarius nunc adhibetur eques. Equites dicebantur :qui faciebant ſtipendium equo : hi erāt alieni:nam in militiā conducebantu aliena ſtipe: ad quorum differentiam qui cenſu & dignitate erāt equites dicebantur : eqtes non alieni:ſed ſua tātum dignitate & cenſu equites Ita locus ille exponat̄ : ut ſupra : Aut quem proſequtur non alienus eques : id eſt eques diuitiis & cenſu non conductus militia : q alieni dicebantur ex hiſtoria.Itaque renouatæ legis a Domitiano annuli mittuntur hoc diſticho. Ante:ſcilicet quam renouata eſſet Othonis lex. Frequens:id eſt multi qui ſe dicebant equites. Vt poſſet domino:id ē Cæſari plaudere iuſtus eques. Nunc:id eſt poſt renouatam legem. Rarus:id eſt pauci.Nam pauci ſunt qui habeant cenſum equeſtrem:& annulos mittere poſſint tanquam equites.

Coclearia.

Sum cochleis habilis : ſed nec minus utilis ouis:
Nunquid ſcis potius cur cocleare uocer.

Annuli.

Ante frequens ſed nunc rarus nos donat amicus:
Felix cui comes eſt non alienus eques.

Dactylotheca.

Sæpe grauis digitis elabitur annullus unctis:
Tuta mea fiet : ſed tua gemma fide.

Toga.

Romanos rerum dominos gentemque togatam
Ille facit:magno qui dedit aſtra patri.

Idem.

Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſommos:
Attrita ueniet ſportula ſæpe toga.

Felix:ille poteſt uideri:cui eques non alienus comes eſt:Nam equites comites erant imperatorum:ut ſupra:ac ſi diceret adeo pauci nunc ſunt equites:ut plane felix ſit :q habet equitem comitem magnæ nunc dignitatis.

Aepe:Dactylotheca.Dactilotheca nomen non habet latinum.ſignificat autem plures gemmas eodem repoſitorio collocatas:& repoſitorium ipſum .Id Scaurus Syllæ: priuignus primus inuenit . Pompeius dactylothecam mithridaticam ī capitoloi dicauit. nunc loquitur & uſum ſui laudat. Elabitur:effluit. Grauis:ponderoſus. Mea fide: mea cuſtodia:quia ſeruabo gemmam id eſt annulum.

Omanos:Toga.Verſus eſt uirgilianus: ſed ut puto aliter acceptus a poeta quā ſcripſerit Virgilius:Nam ille intelligit per gentem togatam romanum populum:cū toga olim romanorum tantum ueſtis eſſet nulla inter eos diſcretione.poſtea in uſum uenit tantum eorum qui diuites ſequebantur: unde togati ſæpenumero dicti ſunt a poeta anteambulones.Gentem igitur togatam ipſe intelligit comites togatos:ut dicat Domitianum qui patrem cælo conſecrauit facere ut romani ſint domini rerum:& habeant togatos. Magno patri:id eſt Veſpaſiano. Aſtra:id eſt cælum. Gentem togatam:id ē comites togatos:uel arma dedit magno patri:quoniam Domitianus adhuc puer capitolium defendit cum Sabino patruo.Tacitus & Suetonius auctores. Dedit arma:ſuppeditauit præſidium. Magno patri:id eſt Ioui.

I.Idem eſt argumentum:quo indicatur uſus togæ:quæ ſumebatur ab his qui diuites ſalutabant:& eorum comites errabant per urbem. Multa ſportula ueniet:id eſt dabitur tibi. Si facile eſt tibi:id eſt ſi facile potes mane ſurgere. Alibi de ſalutatione:Diſcurſus uarios uagumque mane.Iuuenalis:Sollicitus ne tota ſalutatrix iam turba peregerit orbem.

Auperis. Endromis uestis uillosa: quæ in gymnasiis sumebatur ab his qui se exercebāt in palæstra: mittebatur e gallia q̄uis nomen esset lacedæmoniū. supra. Quæ lacedæmoniū barbara nomen habet. Iuue. Endromidas tyrias & fœmineū ceroma. Exigui erat precii: licet a diuitibus tantū usurparetur: nā soli diuites in gymnasiis exerceri solebant. Pauperis ē munus: pauperes mittūt. Non ē usus pauperis: Nā soli diuites in gymnasio exercētur: unde alibi gymnasii labores modo uanos: modo stultos appellat.

Endromis.

Pauperis est munus: sed non est pauperis usus:
Hanc tibi pro togula mittimus endromida.

Canusinæ fuscæ.

Hæc tibi turbato canusina simillima mulso
Munus erit: gaude: non cito fiet anus.

Bardocucullus.

Gallia santonico uestit te bardocucullo:
Cercopithecorum penula nuper erat.

Canusinæ Ruffæ.

Roma magis fuscis uestitur gallia ruffis:
Et placet hic pueris militibusque color.

Penula scortea.

Ingrediare uiam cælo licet usque sereno:
Ad subitas nusquam scortea desit aquas.

Lacernæ coccineæ.

Si ueneto prasino ne faues: qui coccina sumis:
Ne fias ista transfuga sorte uide.

Pileus.

Si possem totas cuperem misisse lacernas:
Nun tantum capiti munera mitto tuo.

Aec tibi: Canusinæ fuscæ. Lanæ canusinæ: nullo medicaméto suo tā tum uellere rutilæ erant: quas erithras appellabāt: Imitabāt igitur colorem mulsi: sed cū erant fuscæ: speciem mulsi mixti præ se ferebant: nunc mittunt fuscæ quæ hac una re possunt commēdari: ꝙ diu eundem retinebunt colorē nec cito uidebuntur attritæ. Simillima mulso turbato: id est mixto & cōfuso: ita enim subruffum uidebatur. Non fiet anus: id est non uidebit attrita.

Allia. Bardocucullus uestis gallica erat: cuius supra meminit. Hæc cum & uilis esset: & noua quadam forma consuta: uidebat penula cercophitecoꝝ. cercophiteci autē simiæ caudatæ sūt. Santones: populi galliæ. Penula: uestis.

Oma. Canusinæ ruffæ suo: ut diximus: uellere rubebant: sed ex his fuscæ tantum placebant romanis: Ruffæ autē gallis pueris & militibus. Fuscis togis: canusinis fuscis.

Ngrediare: Penula scortea pellibus consuta dicebatur: nam scorta apud antiquos pelles significabant: unde impudicæ mulieres nomen duxerunt. Vetus est ædilitiū edictum: ne quid scorteum hoc ē ex pellibus tēplis inferatur. Nefas enim erat aliquid morticinium adesse: ut scribit Varro. hæc autem arcendis pluuiis sumebantur. Ad subitas: id est si subito & repente plueret. Nunquam desit: quin tecum afferas.

I ueneto: Lacernæ coccineæ. De cocco satis in superioribus libris dictum est: cuius color notus est. nunc cum mittantur lacernæ coccineæ: iocatur poeta amicum monēs: ut si aut prassinæ aut uenetæ factionis est: nam Prassinus & Venetus agitatores suas habebant factiones: quemadmodum alii aurigæ habent: auctores sunt Festus & Tranquillus: Non īduatur ueste coccinea: hoc autem ait iocans ex colore: nam Prassinus agitatoris nomen: quamuis proprium sit: tamen in latinum conuersum significat uiridem: & uenetus color subobscurus erat. Qui igitur induit coccineas: a Prassino & a Veneto discedit. Ne fias trāsfuga: ne relinquas factiones. Hac sorte munere uestis amplius enim nec Veneti nec Prassini: quorum neutrius colorem habebis.

I Possem. Pileū libertatis indiciū ī saturnalibus: in qbus cum lacernæ etiā sumerēt causam affert pauper quare eas non miserit cum pileo. Munera capiti: pileum.

On est. Lacernæ bæticæ. Lana bætica auctore Plinio rutila erat ut canusina. lacernæ ex ea confectæ nunc gloriant: q nullo medicaméto sint coloratæ: sed sua tãtum natura: i quo præferri uolũt tyriis: quæ aheno purpuræ tingunt. Lana médax: tincta. Sic placeant: id est esto q placeant & sint gratæ tyriæ suo medicamine. Ouis: quia ita eram colorata: ut nunc sum in oue. Tinxit: nam in oue ita nata sum.

Ascia. Fascia pectoralis compescendis papillis dabatur ne nimium tumescẽtes deforme pectus redderent.

Lacernæ Bæticæ.

Non est lana mihi mendax nec mutor aeno:
Si placeant tyriæ: me mea tinxit ouis.

Fascia pectoralis.

Fascia crescentes dominæ compesce papillas:
Vt sit quod capiat nostra tegatque manus.

Lacernæ.

Amphiteatrales nos commendamur ad usus:
Cum tegit algentes nostra lacerna togas.

Cenatoria.

Nec fora sunt nobis: nec sunt uadimonia nota:
Hic opus est pictis accubuisse toris.

Focale.

Si recitaturus dedero tibi forte libellum:
Hoc focale tuas asserat auriculas:

Læna.

Tempore brumali non multum læuia prosunt:
Calfaciunt uilli pallia uestra mei.

Gausapa uillosa uel mantile.

Nobilius uillosa tegant tibi lintea citrum:

Nostra manus: id est ut papillæ stent ĩtra gratam mensuram: id est ut manibus comprehẽdi possint: nam ita sunt gratiores.

Mphitheatrales: Lacernæ albæ. pdibant in spectaculum imperatores comite senatu & equestri ordine gestãtibus omnibus lacernas albas nonnũquam supra: Sancto cũ duce cãdidus sederet. hũc usum disticho profitẽtur lacernæ albæ. Vsus amphiteatrales: usus spectaculorum.

Ec. Vestis cœnatoria quæ ĩtra domum sumebatur ad mensam suũ profitetur usum. Numero tamen multitudinis & genere neutro supra dixit Cœnatoria mittat aduocato: & hoc loco. Nec fora: hoc dicit propter uestẽ quæ forensis dicebat a foro: ut Cicero scribit: Vbi tantum gestabatur cœnatoria uoluit præferri forẽsibus: quia ipsa sunt ad qetem & ocium. Nobis fora: ut uesti forensi. Hoc opus est: hoc agimus nos. Pictis toris: pauoninis & cultis tricliniis.

I recitaturus. Focale capitis tegmentum erat ad aures promissum: quo recitaturi oratores utebantur: ut inter strepitus obaudirent actioni intenti a faucibus dictum. Fabius Quintilianus hoc delicatis tantum oratoribus & ualitudinariis permittit: ut eo disticho expositum est: Quid recitaturus circundas uellera collo? Conueniũt nostris auribus ista magis. Ex hoc distichi existit argumentum: ut ostendat focale non conuenire oratoribus: sed audientibus: ne obtundantur: inanem & delicatum nimis usum focalis designans. Asserat: uindicet a strepitu. Libellum: meum.

Empora. Lena uestis hyemalis apud græcos chlena dicta uillos grandiores habebat: & supinduebatur palliis. sola igitur non poterat frigus arcere: sed pallia supinducta crassitudine uillorũ calefaciebat. Lenia. i. uestes lenæ. Mei uilli: pallia uestra quæ subsunt.

Obilius. Mantile: Mappa uilior erat: q̃uis abusione uirgiliana alicuius uideat auctoritatis: q mantilia p mappis dixit: Tonsisque ferũt mãtilia uillis. mappæ aũt uillosæ citris mẽsis ob nobilitatẽ erãt delegatæ. mãtilæ nullũ mẽsæ genus repudiabat: erat enĩ uile.

Lintea: pãni ex lino qcũque sint. lintea itẽ peculiari significatione ĩ usu thermarũ erant corporibus abstergendis: ea dicebantur lintea teritorta: quod sordes tererent e corporibus Nunc lintea uillosa mappam significat: quæ uillorum subtilitate erant in precio.

Orbibus ĩ noſtris:hoc eſt in mēſis rotundis quas tegimus:qđ dixit propter mēſas citreas quæ rotūdæ erāt:& orbes libyci appellatæ ſunt a Mart. Circulis:panis erat mixta faria caſeo & aqua:quē qui incondite faciebant lixulæ & ſemilixulæ dicebantur. hic autē acci/pit circulum pro omnis generis rotunditate ex quouis ligno:cum mantile dicat circulum etiam ſibi ſatis eſſe quem tegat adeo a citreis orbibus abeſt.

Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt.

Cuculli Liburnici.

Iungere neſciſti nobis o ſtulte lacernas.
Indueras albas: exue callaicas.

Vndones Cilicii.

Non nos lana dedit: ſed olentis barba mariti.
Cinyphio poterit planta latere ſinu.

Sinthesis.

Dum toga per quinas gaudet requieſcere luces:
Hos poteris cultus ſumere iure tuo.

Tunicæ patauinæ.

Vellera cum ſumant patauinæ multa trilices:
Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt.

Spongia.

Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis:
Vtilis: expreſſo cum leuis imbre tumet.

Penula Gauſapina.

Is mihi candor ineſt: uillorum gratia tanta eſt:
Vt me uel media ſumere meſſe uelis.

Cerulcal.

Tinge caput nardi folio: ceruical olebit:

Vngere. Liburnica. liburnicæ lanæ ſimiliores erāt pilis q̃ uelleribus ĩutiles pexis ueſti/bus textoꝝ tātū arte cōmēdatæ. unde togæ textæ tinctæ ruffo colore paꝝ eū retinebāt inficiētes ſupindutā lacernā. accuſaṫ igiṫ ille q liburnicis ſupinduat albas lucernas: nā ruffo colore ĩficiunṫ. Iūgere: ſupinduere. Callaicas: rutilas: uel ab auro callaico: quod rutilum eſt: uel a lanis callaicis: quæ rutilæ ſunt.

On nos. Vdones cilicei Cilicia dicūṫ ĩdumēta ex capris pilis cōtexta a cilicibus q ea primi inſtituerūt. Vdoēs uerbo peregrino calciamēta ſunt: nunc mittūṫ: ĩdicātque ex quo generꝭ lanæ conſtēt. Mariti olētis: hirci. Plāta: pes. Sinu cinyphio: pilis hircinis: nā hirci cinyphii ſunt dicti a cinyphæ africæ flu. ad quē ſunt magna copia.

Vm. ſyntheſis ueſtis ſaturnalitia nota a ſupioribus libris ĩ luxū ſumpta nonnūq̃ a Nerone q̃uis ſaturnalia non agereṫ: cum tantum ꝯinduaṫ ſaturnalibus depoſita toga. Syntheſis itē uas fictile. ſupra: Septenaria ſyntheſis ſagūti: & Papi. unā mittere ſyntheſim qd horres Alborū calicum atque cacaborū. Tuo iure: ſine reprehenſione. Per quinque luces. i. in ſaturnalibus quæ durabant quinque diebus.

Ellera. Tunicæ patauĩæ cōtextæ multa lana ĩ tātā cōplebāṫ craſſitudinē ut pide ac tabulæ ſecari poſſe uidereṫ. Strabo copiā ueſtiū & pānoꝝ miſſā fuiſſe a patauis romā teſtaṫ. Trilices: dicunṫ triplici litio textæ. Sumāt: dū texūṫ. Multa uellera: multam lanā.

Aec. Spongia græca dictio ē: unde integram ſeruauimus appellationem perfuſa aqua menſarum colorem inſtaurabat tergendo. Sorte: muneris. Tumet: inflaṫ aqua: eadem ĩmundis uaſis tergendis erat in uſu. ſupra: Damnatæ ſpongia uirgæ.

S mihi. Penula gauſapina. penulæ ſeruorū ueſtes & pauperiorum ex lana appula optime texebāṫ. pāni gauſapini uilloſi dicuntur: nam gauſape ſtramentum erat militare: groſſioribus pilis. penulæ igitur gauſapinæ: q̃uis hyemales eſſent: æſtate tamen poterant delectare: quod ſupra diximus: Menſe uel auguſto ſumere gauſapinas. Is candor: id eſt talis candor etiam.. Media meſſe: quāuis ſim hiemalis.

Inge. Ceruical ex plumis refertū ſubſtētādæ ceruici iacētiū paratū erat: eratque ĩ uſu tātū delicatoꝝ hoīum: iccirco cōducūṫ apđ Iuue. ceruical amicæ: clamāte Pli. uſque eo ꝓceſſiſſe delitias: ut ne ceruices qdē uiroꝝ ſine pēnis ſuſtieri poſſīt: ĩde monet eū cui mittiṫ ceruical: ut tingat caput nardo tanquā luxurioſū & delicatū hoīem. Folio nardi: ex quo

foliatum unguentum fiebat. Pluma:ceruical. Tenet:seruat.

Tragula:Cubicularia gausapina.cubicularia stragula erãt cubiculi. gausapina.i.uillosa:ut supra exposuimus.locaẽ in eũ qui habet uxorẽ anũ.Ei enim nihil possunt calorẽ suo prodesse:cum proxima uxore congeletur. Stragula uillosa:cubicularia. Tapetis purpureis:instar tapetorum. Congelat uxor:quasi dicat:& si uillosa sumus:nihil prosumus tibi ad calorem.

Perdidit unguentum:cum coma pluma tenet.

Cubicularia Gausapina.

Stragula purpureis lucent uillosa tapetis:
Quid prodest si te congelat uxor anus?

Lodices.

Nudo stragula ne toro paterent:
Iunctæ nos tibi uenimus sorores.

Amictorium.

Mammosas metuo:teneræ me trade puellæ:
Vt possint niueo pectore lina frui.

Cubicularia polymita.

Hæc tibi memphitis tellus dat munera:uicta est:
Pectine niliaco iam babylonis acus.

Zona.

Longa satis nunc sum:dulci sed pondere uenter
Si tumeat:fiam tunc tibi zona breuis.

Gausape quadratum.

Lodices mittet docti tibi terra catulli:
Nos elicaonia de regione sumus.

Semicinctium.

Det tunicam diues:ego te præcingere possum:
Essem si locuples munus utrunque darem.

Vdo:Lodices: Lodicibus totus lecti apparatus contegebaẽ. erant aũt geminæ in opertoriũ coeuntes:hũc usũ ex se docẽt. Nos:lodices. Toro nudo .i.lecto non operto nobis. Stragula essent nuda: nisi nos eẽmus q̃ ea tegimus.

Ammosã. Amictoriũ indumentũ erat pectoris dormiẽti:ne temere iactatus nocturno frtgore offẽdereẽ:erat aũt ex lino mulieribusque maxĩe in usu. Rogat nunc amictoriũ ut tradaẽ potius puellæ:quã mãmosæ. Lina.i.ego linteum. Niueo pectore:scilicet puellæ.

Aec tibi: Cubicularia polimyta. polimyta dicebãẽ multis litiis cõtexta. quæ Alexãdrini primi ĩuenerẽt: auctor ẽ Pli.in .viii. naturalis historiæ. tãta autẽ arte exercebãẽ: ut maiore ferme ĩdustria singula ĩ his distĩguerenẽ: q̃ babilonia acu possent:nã babilonii acu uestes intexerẽ ceperẽt:q̃uis Home.hoc texturæ gẽus tribuat helenæ: quã introduxit intexentẽ uaria certamĩa Troia ruẽte.Martialis memphiticam tellurem dixit:cum alii hoc de Alexandria scribãt: sed tamẽ Alexandria in ægypto est:ut memphiticam exponas.i.ægyptiam. Victa est:superata est. Niliaco:ægyptio.

Onga.zona puellæ datur monens se tã diu fore utilẽ ad cingendũ:quoad uẽter non ĩtumuerit.placet hoc rẽferas ad puellã potius exponẽs dulci ponderẽ.i.fœtu:q̃ ad oẽs exponens dulci pondere hoc est gulæ uoluptate:quæ ciborum suauitate capta pondus immittit uentri.

Odices:Gausape quadratũ:Gausape stramẽtum erat:ut diximus militare grossioris uilli q̃dratũ dictũ a forma:ut ego arbitror:nã & Fenestella scribit: Triclinia se puero quadrata & compacta aut acere operta ac cedro cœpisse.erat autẽ hoc gausape pauperiorꝫ cum lodices stragulis in eundem usum lautioribus seruirent. Elicaonia:id est patauina: nam licaonia finitima pamphiliæ socios dedit Antenori:qui patauiũ condidit: dicta olĩ Elicaonia ab Elicaone rege:sed postea Licaoniam Strabo Plinius & Ptolomæus dixerunt supra:Si prior euganeas clemens elicaonis oras. Terra Catulli:Verona.

Et.Semicinctum.Compositione declarat quid sit:nam medium cingebat hominẽ tunica demissum. Vtrunque:togam & semicinctum.

Bria. Lanæ amethistinæ. Color in lanis amethistinis dictus ē a colore lapidis amethisti. Amethistus autem a particula priuatiua: & methistis quod significat ebrius dicit: ex ratione nominis iocantur. cum sint ebriatæ purpura laconica: quærunt quare amethistinæ dicantur: quasi non ebriæ: sed ut diximus appellationem sortitæ sunt a lapide non a nominis deriuatione. Tinctæ: purpura tyria. Tyriæ amethistæ dicebantur: & ita puto oportere scribi lemma lanæ tyriamethistinæ. Lana sobria: id est amethistina.

Lanæ amethistinæ.

Ebria sidoniæ cum sim de sanguine conchæ:
Non uideo quare sobria lana uocer.

Lanæ albæ.

Velleribus primis apulia: parma secundis
Nobilis: altinum tertia laudat ouis.

Lanæ tyriæ.

Nos lacedæmoniæ pastor donauit amicæ:
Deterior lædæ purpura matris erat.

Lanæ polentinæ.

Non tantum pullo lugentes uellere lanas:
Sed solet & calices hæc dare terra suos.

Idem.

Lana quidem tristis: sed tonsis apta ministris:
Quales non primo de grege mensa uocat.

Tomentum lingonicum.

Oppressæ nimium uicina est fascia: plumæ:
Vellera lingonicis accipe rasa sagis.

Elleribus: Lanæ albæ candore certabāt Plinio & Varrone ita distinguentibus: ut apulicā omnibus ante ferrent: secundam palmam darēt lanæ: quæ græci pecoris ī Italia dicebatur: tertiā milesiæ. Martialis hoc disticho aliū seruat palmæ ordinē. Parma: oppidum galliæ cisalpinæ. Tertia ouis: tertia palma lanarum. Altinum: non procul a Taruisio erat: nobile oppidum. Os: Lanæ tyriæ: Purpura tyria cæteris anteferebatur: quamuis laconia suum etiam locum uēdicaret. Gloriātur igitur lanæ tyriæ se ī laconia quoque ubi purpura est habitas fuisse preciosi muneris quod argute dicunt: dum aiunt se a Paride donatas fuisse Helenæ: & purpurā Lædæ: hoc est purpuram laconicam fuisse deteriorē. Pastor: Paris. Amicæ: Helenæ. Deterior: nobis.

On: Lanæ polentinæ. polentia oppidum ad alpes: quod & potentia dicebatur nigris lanis ferax: Nigrique ferax polentia uilli. In Hispania esse polentiam scribunt Plinius & Strabo: unde & lanæ mittuntur & calices fictiles: quemadmodum ex eadem prouincia saguntini & astei. Duplici igitur munere laudatur nunc polentia lanis scilicet & calicibus. Pullo uellere: lana nigra.

Ana. Idem indicat lana polentina se uestibus seruilibus aptam esse: his præserti seruis: qui deformes sunt. Tristia: fusca. Tonsis ministris: deformibus. Mensa: officium mensæ.

Ppressæ. Tomentum leuconicum. Tomentum farcimen erat culcitrarum ex quauis re. Tomentum autem leuconicum erat farcimen ex pilis & lana panno dentonsa a leuconia regione. Tomentum a τέμω quod est incido: nam quid in farcimen inciditur: tomentum est. Cadurci galliæ populi in tomentis culcitrarum ex suo lino palmam obtinebant. Varro sagum: aut tomentum in culcitra solitum inculcari scribit. Fascia ut auctor est Porphyrio lecti sustinebantur: & Cicero defert ad coniectorem quendā somniasse se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Cū igitur lectus erat plenus pluma ob tenuitatem facile opprimebatur ad fasciam usque. Tomentum igitur leuconicum meliorem potest præstare usum: quando ita lectum implet: ut fascia non sentiatur. Rasa: id est detonsa. Sagis leuconicis: ex sagis detonsa.

Omentũ. Tomentũ circẽſe erat e ſtramine groſſiore: qđ legebaẜ in palude circenſi: nã circei olim paludẽ habebãt. antiquitas ĩ lectis ſtramẽto utebaẜ: auctores ſunt Varro & Pli. ſed inualeſcẽte luxu ad tomentũ leuconicũ peruentũ eſt: cũ tãtum pauperes ſtramẽ/to uterenẜ. Conciſa: nã arundines paluſtres ad farcimen conciduntẜ: unde & ipſæ tomẽ/tum ſunt. Pli. de arundĩbus: Aut enĩ pro pluma ſtrata caupanarum replet: Aut ubi linoſi ore callo ĩduruit: & cætera. Pro leuconico: non enim poteſt leuconicum emere.

Tomentum Circenſe.

Tomentum conſcia palus circenſe uocatur:
Hæc pro linconico ſtramina pauper emit.

Pluma.

Laſſus amyclea potes requieſcere pluma:
Interior cygni quam tibi lana dedit.

Fœnum.

Fraudata tumeat facilis tibi culcitra pluma:
Non uenit ad duros pallida cura toros.

Tintinabulum.

Redde pilam: ſonat æs thermarum: ludere pergis:
Virgine uis ſola lotus abire domum.

Diſcus.

Splendida cum uolitent ſpartani pondera diſci.
Eſte procul pueri: ſit ſemel ille nocens.

Cythara.

Reddidit euridicen uati: ſed perdidit ipſe:
Dum ſibi non credit: nec pacienter amat.

Idem.

De pompeiano ſæpe eſt electa theatro.
Quæ duxit ſyluas detinuitque feras.

Plectra.

Feruida ne trito tibi pollice pulſula ſurgat:

Aſſus. Pluma cygni tantis delitiis lectũ implet ut non alia uti dicaẜ Vẽus hæc molliſſima ẽ præſertĩ quæ ſup eminẽtibus pẽnis ſubeſt. Interior lana. i. interior pluma cygni quæ lana uidetur. Pluma amyclæa. i. pluma cygni amy/clæi: nã cygni aſſiduo epi/theto amyclæi dicunẜ. Papi. Amycleos ad frena citauit olores.

Raudata. Fœnũ. Et fœno ꝑ tomẽto utebãtur paupiores: q hac una re lætari poſſũt: ꝙ nulla ãbitionis cura torquẽtur: ex hoc fœnũ ſe antepoĩt plumæ: quãdo qetẽ præbet ſine ulla cura. Tumeat tibi ĩple/aẜ a te. Fraudata pluma: excluſa pluma. Pallida: q̂ facit hoĩes pallidos. Duros toros. i. fœno repletos.

Edde. Tĩtinabulũ ĩſtrumẽtũ erat quo e gymnaſio lauaturi reuocabãẜ ad thermas paulo poſt claudẽdas. moneẜ igiẜ is qui ĩ gymnaſio eſt: ut ſi lauari uult ſonãte tintinabulo ꝑperet: nam paulo poſt non erit lauandi locus: clauſis thermis: oportebitque la/uari aq̃ frigida ſi qdem lauari uolet. Redde pilã. i. depone pilã. ſupra: Si neſcis ruſtice redde pilam. Aes: tintinabulum. Sola uirgine: ſolis aquis uirginis ſi quidem pergis ludere.

Plendida. Diſcus ludus quo pueri græce in gymnaſio exercebantur: numeratus inter quinque exercitationes. iactabatur autẽ maſſa plumbea alutæ iuncta: in qua referẽda & periculum erat: & apparebat ars: ut Pĩdari interpres docet: hoc genere ludi Hiacynthus a Phœbo eſt necatus. Diſci ſpartani: laconici. Volitant: iactantur. Semel nocens: ſatis ſit ꝙ ſemel interfecerit Hiacynthum ſparthanum.

Eddidit. Cythara inuenta ab Orpheo Eurydicem uxorem ab inferis impetrauit ſed data lege ne reſpiceret ſequentem: amoris impatiens reſpiciendo eam amiſit. Sibi ipſi: non fidebat ſibi.

E pompeiano. Idem in pompeiano theatro Orpheus recitatus eſt repreſentatis ſiluis & feris: quæ ſono allicerentur. ſupra extat de hoc epigramma.

Eruida. Plectrũ inſtrm̃ quo fides plecturẜ hoc ẽ ꝑcutiunẜ punſula ut alii codices habẽt pulſula cytharæ fides ẽ: quæ ex imo acutiorẽ ſonũ reddit. hæc facile frangitur ſi percu/titur digito: cũ & digitus ipſe teraẜ utrũque ĩcommodũ uitatur ſi adhibetur plectrum.

Garrula:resonãtia calefacta percussione. Si uis legere pustula intellige pustulá nasci í di gito: si fidẽ pulsat sine plectro. calũniator pulsulá nusq̃ reperiri contẽdit: accipe bone uir alterá sententiá si prior non placet: ná ea de causa utrãque diximus: ut si minus altera pla ceret: probares alterá. pulsulá legi posse & dictiois ratio & antiq codicis scriptura suadet. ná pulsula illa in imo fides dicit: quoniá maxime pulsat præter cæteras. Ita codices antiq habét. & quũ Mart. alia finxerit uerba: hoc quoque potuit deriuare: sed id non laboro ma gnopere: Ná quũ utrãque dixerim sententiá: alterá & ego non ignoraui: & tu probare debuisti.

Exornent docilem garrula plectra lyram.

Trochus.

Inducenda rota est: das nobis utile munus:
Iste trochus pueris: at mihi cantus erit.

Idem

Garrulus in laxo cur annulus orbe uagatur:
Cedat ut argutis obuia turba trochis.

Signum uictoriæ.

Hoc illi sine sorte datur: cui nomina rhenus:
Vera dedit decies adde falerna puer.

Sigillum Bruti.

Gloria tam parui non est obscura sigilli:
Istius pueri brutus amator erat.

Saurocton Corinthius.

Ad te rẽptanti puer insidiose lacertæ:
Parce cupit digitis illa perire tuis.

Hiacyncthus in tabula pictus.

Flectit ab inuiso morientia lumina disco:
Oebalius phœbi culpa: dolorque puer.

Hermaphroditus marmoreus.

Masculus intrauit: fontemque remersit utrunque:
Pars est una patris: cætera matris habet.

Dana Picta.

Cur a te precium danæ regnator olimpi
Accepit: gratis si tibi læda dedit?

Nducẽda: Trochus fer rũ rotundũ ẽ instar ro tæ: qđ terræ ifixũ pilas li gneas admittit: uertit que dũ tágit. cãtus ferꝝ signifi cat quo rotæ uinciunt: au ctor ẽ Fabius Quint. Tro chus itaque pueris pòt eẽ ludus: grãdioribus cantus ad usũ rotæ uíciẽdæ: ná í cãtu uertit. alii cãtus. i. ar moniá dixerũt: qđ placet.

Rota ẽ trochus. i. dãdus.

Cãtus: alludit ad illud ferrũ rotæ uíciẽdæ. An nulus: trochus. Garrulus resonás. Vagat: flectit.

Turba obuia: hominũ.

Ocilli. Signũ uictoriæ

Signa fictilia í saturna libus mittebát ueteri insti tuto: siue ut í monumẽtis ẽ epicardi auctore Macro. quoniá Hercules ex ponte sublitio hoíum simulacra p nũero socioꝝ amissorũ deiecit: ut nudi í patriá ue herẽt: siue q pelagi eadẽ simulacra ĩstituerit p hoí bus: q olĩ Saturno macta bát: redigentes crudele sa crũ ad mitioré ritũ: cũ re liq̃ mũera dét sorte: signũ íquit uictoriæ germanico extra sorté dandũ est: cũ í totiẽs populo romano uictoriá peperit hoc signum uictoriæ. Decies: pro numero litte rarum. Germanici. i. decem cyathos in hylaritatem: satis supra.

Loria. Lemma brutupedion. i. Bruti pusio: ná Brutus ille q in philippicis occubuit pueꝝ amando ei cognomen dedit: quẽ Apollodorus cognomine insanus æneum fe cit: ut scribit Pli. nunc idẽ est fictilis. Sigilli: statuæ. Obscura: incognita.

D te. Sauronytius: sauros græce latine significat lacertá. nyto significat uulnero. sau ronytius igit erat puer ære expressus obseruans lacertá obrepenté: ut uulneraret. Corinthius. i. ex ære corinthio fabricatus. Cupit perire: uidetur uelle mori.

Lectit. Hiacynthus puer pinctus moribundus ex uulnere disci.

Asculus. Hermaphroditus marmoreus. Fontem: salmacidis. Vtrunque: fœmi nam & uirum. Patris: Mercurii. Matris: Veneris.

Vr. Danæ picta corrupta auro a Ioue. Si læda: quæ erat pulchrior dedit gratis sine precio: cur accepit Danæ precium a te. q. d. non debuit.

Vm.Persona germani.Signũ erat captiui germani fictile. Batavi populi qui incolunt rhenũ domiti a Domitiano. Lusus:lasciui ingenii figuli:q ludens me ita effinxit.
Pater:Domi. Timet:nã bataui hostes fuerãt Domi.

Lidit.Hercules corinthius.i.ex ære corinthio expressus in cunis necat angues ex hi/storia fabulosa:inde poeta ludit disticho. Respicit:non auertit uultum. Hydra: quæ ab adulto fuit domita. Iam:quum uideret id a puero fieri.

Vm.Hercules fictilis Turiãus a fragellis accitus a Tarqnio rege iouis effigiẽ fictilẽ fecit ĩ capitolio & Herculẽ fictilẽ:q p/petuo cognomĩe dictus ẽ: Hercules fictilis. hoc igit̃ signũ Herculis ꝙ nũc mittit̃ cũ fictile sit hoc gloriatur ꝙ Hercules habeat suum cognomẽ qđ dicat̃ in urbe Hercu.fictilis. Sigillũ:paruum signũ. Meũ nomẽ appellari fictilem.

Ic mihi. Palladis clipe/us quẽ ægidẽ appellabãt imagĩbus Domit. additus ẽ.inde Palladis imagĩes sine ægide formabant̃. hoc ãt erat faĩliaritatis ĩdiciũ: cũ numĩe qđ ĩperator præcipue coluit: mittit̃ nunc imago Mineruæ argẽtea. Cæsar hẽt:respõdet Pal/las.datã aũt ægidẽ Domi/tiano supra ĩdicauit Mar. Accipe belligeræ crudum toraca Mineruæ.

Vtari.Hãc iuppiter taurus traiecit ĩ cretã. argute ĩqt poeta tũc oportuisse iouẽ mutari ĩ taurũ: cũ Io quã amabat uersa ẽ ĩ bouẽ fefellisset enim custodem & iniisset bouem.

Lamabat.Nota fabula ĩ freto sestiaco:cũ ad Hero puellã nataret mersus ẽ quæ mors ob eam causam ei fuit acerba:quod ante optatum puellæ amplexum moreret̃.
Audax:qui se commisit aquis natatu.

Persona germanica.

Cum figuli lusus rusi persona uatini:
Quæ tu derides:hæc timet ora pater.

Hercules Corinthius.

Elidit geminos infans:nec respicit angues.
Iam poterat teneras hydra timere manus.

Hercules Fictilis.

Sum fragilis:sed tu moneo ne sperne sigillum:
Non pudet alciden nomen habere meum.

Minerua Argentea.

Dic mihi uirgo ferox cum sit tibi cassis & hasta:
Quare non habeas egida? cæsar habet.

Europa picta.

Mutari melius tauro pater optime diuum:
Tunc poteras:iocum cum tibi uacca fuit.

Leander Marmoreus.

Clamabat tumidis audax leander in undis:
Mergite me fluctus:cum rediturus ero.

Sigillum Giberti fictile.

Ebrius hæc fecit terris puto monstra prometheus:
Saturnalitio lusit & ipsæ luto.

Homeri Myobatrachomachia.

Perlege mæonio cantatas carmine ranas:
Et frontem nugis soluere disce meis.

Brius.Sigillũ Giberi fictile ĩ saturnalibus dabat̃.giberi:hoc ẽ gibbosi signũ.nã Clesip
pus fuluo giber & toto aspectu fœdus a gegaĩa fabricatus ẽ ex ære:ũde defluxit mos:ut
talis hoĩs forma ĩ saturnalibus figeret̃.Prometheus prius fuit q fictile signũ fecit. Hæc monstra:hoĩem gibbosũ. Lusit:lasciuit. Luto:signo fictili ĩ saturnalibus mittendo.

Erlege.Homeri Vatrachomyomachia ex tribus uerbis compositũ: uatrachos signifi/cat ranã:myos muris:machi pugna:opus ẽ Homeri ita inscriptũ de murũ & ranaꝝ pugna.Contẽdunt tamẽ multi auctore Plutarcho hoc opusculũ ab Homero non fuisse scriptũ:sed Papi.& alii nostri ita crediderunt.Mittebant̃ aũt libri in saturnalibus: quoniam etiã Saturnus cultus humani auctor habitus ẽ:& eius tẽporibus Hercules primus in italia litteras docuit:unde Herculis numen cũ musis colebat̃ auctoribus Plutarcho & Macrob.
Ranas:pugnam ranarum. Meonio:homerico. Soluere frontem:exhilarare.

Llas. Quadraginta. viii. libros edidit Homerus: quorum. xxiiii. excidium troianum complectuntur: reliqui errores Vlyssis: illi Ilias inscribuntur: hi odyssea ab Vlysse: mittuntur una compacti. Vlysses inimicas: & cætera: id est odysseæ liber. Multiplici pelle: id est multa charta pergamena: nam in. xlviii. libros surgit.

Ccipe. Virgilii culex. Culex uirgilianum opus quo culicis fatum defletur nihil magis ad mirandum habet quã ꝙ a poeta puero editus sit: ubi magnitudinem illã nonnunquam assurgendo designat quam in æneide impleuit. huius meminit Papi. Ante annos culicis maroniani. Vnde Lucanus: Cum iuuenis Orpheũ expleuisset ait: Quid ad culicem Virgilii. Culicẽ: opus culicis maroniani. Positis nucibus: id est iocis & ludis saturnaliciis. q̃ si dicat leuiora in saturnalibus sunt legẽda. Arma uirum. i. æneida.

Vam breuis: Virgilius in membrana. Tria opera Virgilii eodẽ uolumine compacta: pria pagina poetæ personã profert: nam Tityrus prĩo uerbo carminis bucolici Virgilium designat. Membrana: uolumen. Maronem immensum: tria opera Virgilii.

Aec pri. Menandrũ Thais. Comœdiæ: auctor apud græcos iuuenum amores & fraudes meretricias singulari ĩgenii laude expressit. celebrat autem Thaidem nobilissimum scortum: cui omnes meretricias ueneres concedit: unde Thais Menandria dicta est a Propertio Glycera alterum scortum: qđ cum poemate non celebretur tanta carminis præstantia quanta Thais perscripta est nullum illecebrarum nomen est adeptum: quibus maxime ualebat. Thays igitur Glyceræ anteponitur carmine Menandri: nec Glyceræ scilicet fuit amica. Vere Thais amica fuit ob illecebras uisa est uere amica. meretricis laus est si persuaserit se amari. Hæc Thais Menandri: id est Thais in comœdia menandri. Lusit: decepit: quia illic erant amores iuuenum deceptorum.

Homerus in membranis.

Ilias & priami regnis inimicus ulysses:
Multiplici pariter condita pelle latent.

Virgilii Culex.

Accipe facundi culicem studiose maronis:
Ne nugis positis arma uirumque canas.

Virgilius in membrana.

Quam breuis immensum cœpit mẽbrana maronẽ:
Ipsius uultus prima tabella gerit.

Menandri Thais.

Hæc primum iuuenum lasciuos lusit amores:
Hæc glyceræ pueri thais amica fuit.

Cicero in membranis.

Si comes ista tibi fuerit membrana: putato:
Carpere te longas cum cicerone uias:

Propertius.

Cinthia facundi carmen iuuenile properti
Accepit: famam nec minus ipsa dedit

Liuius in membranis.

Pellibus exiguis artatur liuius ingens:
Quem mea non totum bibliotheca capit.

I comes: Cicero in membranis. Allusio est ad chartas membranas: quæ a membris dicuntur: nam qui scriptus fuerit in membranis uidetur in membris esse. Ciceronẽ: qui in membris est. Cum Cicerone: nam in his membranis uiuit.

Inthia. monobyblos Propertii. Propertii carmen ita inscribitur qui ardentissime amauit Hostiam uicto nomine appellatam Cinthiam: nonnullorum iudicio prías tenet partes in carmine elegiaco auctore Quint. nam amoris affectus præsertim qui ardẽtiores sunt melius expressit nemo. Accepit famam: carmine Propertii. Nec minus dedit: nam poeta eo carmine claruit.

Ellis. Linius in membranis. Titi Liuii magnitudo exprimitur: qui orsus historiam a condita urbe in centum &. xxxx. libros excreuit descendẽs ad Augusti tempora. Pellibus exiguis: membranis.

Ic. Salustius cū Thucidide certat auctore Quint. maiore laude futurus si uerbis Cato
nis Censorini ex originibus abstinuisset: nam inde magnā uerborū copiam deduxit:
disticho prodente furtū: Et uerba antiqui multū furate Catonis Crispe iugurthinæ con-
ditor historiæ. Breuitas in eo lau da t̄ a Fabio. Laceratus ē a Leneo Pompeio Pompeii ma-
gni liberto: quoniā scripsisset Pompeium oris probi: animi inuerecundi. primam ī histo
ria laudem obtinet. Corda doctorum: id est ut docti homines iudicant.

Salustius.

Hic erit ut perhibent doctorum corda uirorum
Primus romana crispus in historia.

Ouidius in mēbranis metamorphosis.

Hæc tibi multiplici quæ structa est massa tabella:
Carmina nasonis quinque decemque gerit.

Tibullus.

Vssit amatorem nemesis lasciua tibullum:
In tota iuuit quem nihil esse domo.

Lucanus.

Sunt quidam qui me dicunt non esse poetam:
Sed qui me uendit bibliopola putat.

Catullus.

Tantum magna suo debet uerona catullo:
Quantum parua suo mantua uirgilio.

Calda & frigida aqua.

Hæc tibi quæ fiunt caldarum nomina dicunt:
Ipsa suas melius charta notabit aquas.

Mulæ pomiliæ.

His tibi de mulis non est metuenda ruina:
Altius interea pene sedere soles.

Catella gallicana.

Delitias paruæ si uis audire catellæ:
Narranti breuis est pagina tota mihi.

Asturco.

Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues

Aec massa: Volumen.
Ssit: Tibullus. Neme-
sis nomē ē deæ quæ ca
ret noīe latio: hæc coleba-
tur aduersus supbos in ca
pitolio: male accipiūt q ꝓ
fortuna īterpretāt̄: est itē
puella amata a Ioue: ut Igi
nius scribit: altera a Ti-
bullo q planiā amauit sub
noīe deliæ delectatus pau
pertate: ut initio scribit:
Me mea pauptas uitæ tra-
ducat ierti. Sed ide ē disti-
chon: ꝙ ipse poeta scribit
de amica: illa regat cūctos
illi sūt oīa curæ: At iuuet ī
tota me nihil eē domo: ad
qđ alludēs Mart. ait: Quē
iuuit: cui optatū fuit. Nil
esse in tota domo: qui ita
scribit: at iuuet in tota me
nihil esse domo.
Vnt. Lucāus historicis
potius q̄ poetis imitan-
dus: ut Fabius scribit: dū
grauitatē ciuilis historiæ
seqt̄ historico q̄ poete ꝓ-
pior: iudicio tamen ferme
omnium in poetarum or
dinem est redactus.
Antū. Catullus uarieta
te caris: & ātiquoꝝ uer-
boꝝ sīplicitate laudē insi
gnē meruit clodiā amauit
quā Lesbiā appellabat. ser
mionē peninsulā lacus be
naci hēt patriā ī agro uero
nēsi: sed uerona eū sibi uē
dicat ciuē: quē Mātuæ opponit ostētanti. Vir. Debet ob nominis laudem.
Aec. Caldæ aquæ & frigidæ uersu. Carmīe descriptæ aquæ frigidæ & caldæ mittūt̄:
sed īquit poeta hi uersus melius natarēt aquas suas: q̄ emitti debeāt sui carmīs laudē
extenuās. Quæ fuerunt: id est quæ aquarum nomina describunt. Dicunt: fatent̄. Me
lius natabit: mergenda est hæc charta. alibi: Vis puto cum libro Marce natare tuo.
Is. Mulæ pomiliæ: ex mulo & equa auctore Plinio nascitur Inus mulus exiguus: quem
alii ginum dicunt. Sunt præterea inter mulas quæ pomiliæ dicuntur: hoc est nanæ: nā
pomiliones nani sunt. Altius: q̄ sis in mula.
Elitias. Catella gallicana ī delitiis: ut melitea & Issea. Prima. i. breuis non sufficit.
Ic bre. Asturco. In Galitia & asturia ꝓuīcia hispāiæ eq nascūt̄ pui: q trura alterna molli
ter explicāt glomerādo: dicūturque asturcoēs ab asturia ꝓuīcia. Ide eūdē īcessū arte do
cet̄ præceptū ē. d his carmē extat Silii cū de asturibus po. loqt̄: his puus sonipes nec martii
notus. at idē aut ī cōcusso gloērat uestigia dorso: aut molli pacata celer trahit esseda collo.

Equus aſtur:qui uenit ex aſturia. Ad numerum: in ordinē. Auriferis gentibus:id eſt
hiſpanis.
On:Canis uertagus.Canes uertagi qui ſponte in uenationem. exeunt leporibus inſi-
diantur:quos morſu comprehenſos domum referunt. Verbum eſt peregrinum:q̈uis
alii a uertendo & agendo uertagum inepte deducunt.
On.palæſtrita in gymnaſio uincebat maxime ſi cedens reducto pectore aduerſariū reflecteret.hæc exercitatio dicebatur clinopali: hoc ē inclinata palæſtra nam clino ſignificat inclino: pali palæſtra:unde Domi. concubitum appellabat clinopalem.tanq̄ palæſtræ exercitationem: anaclinopali ſignificat reflexionem in palæſtra:tin anacliopalin .i.reflexionem ī palæſtræ: in quo longo collo opus erat.ut ſupra:Grādia q̲ uano colla labore facit:& luuena.Longis ceruicibus æquat Herculis anteum p̲cul a tellure tenentis. Nouit ſuccumbere.i. qui ſcit retroflectere pectus tanq̄ oneri ſuſpenſi aduerſarii ſuccumbat: Inde enim aduerſarium pendentem inclinato latere deiicit.Qui uincat.i.qui tantū & ſimpliciter ac ſine arte ſupet aduerſariū.q.d.plus delectat ī palæſtra ars q̄ robur tantum.

Venit ab auriferis gentibus aſtur equus.

Canis uertagus.

Non ſibi ſed domino uenatur uertagus acer:
Illæſum leporem qui tibi dente feret.

Palæſtrita.

Non amo qui uincit ſed qui ſuccumbere nouit:
Et dicit melius.

Simius.

Callidus enixas elidere ſimius haſtas:
Si mihi cauda foret cercopithecus eram.

Puella gaditana.

Tam tremulum criſſat tam blandum prurit: ut ipſū
Maſturbatorem fecerit hippolytum.

Cymbala.

Aera celenæos lugentia matris amores
Eſuriens gallus uendere ſæpe ſolet.

Puer cinædus.

Sit nobis ætate puer non punice læuis
Propter quem placeat nulla puella mihi.

Ceſtos.

Collo necte puer meros amores
Ceſton de ueneris ſinu calentem.

Allidus:Simius Simiā genere tantum fœio proferre putauit Porphyrio in Horatium:Simium que ab Horatio ſcriptum tanq̄ inuſitatum notauit: eodem genere hic profert a Martiale hac laude adhibita:q̧ haſtas immiſſas declinare ſciat. Id Mutianus cum de ſimiarum ingenio ſcriberet non tradidit:neque eum ſecutus Plini.Illud tantum affirmant eas latrunculis e cæra fictis nonnunq̄ luſiſſe:nuceſque diſtinguere uiſu. Eludere:propulſare. Eram cercophithecus.i.ſimia caudata.
Am:Puella gaditana: A gadibus laſciua ſalutatione eruditæ puellæ mittebātur uenereos motus ſaltando edentes. nunc mittitur puella gaditana.Ipſum Hippolytū:exemplum pudicitiæ. Fecerit maſturbatorem:cogeret maſturbari allectū illecebris ſuis.
Era.Cymbala inſtrumenta ſacerdotum Cybelis:quibus ſacra numinis agentes ſono lugebant Athyn puerum:quo Cybele olim potiri non potuerat. Celenæos:Phrygios Celene patria Athis phrygis & Marſiæ.
It pumice leuis.Nā expoliebantur pumicibus q̲ molles uolebāt uideri.Pli.Sed hi pumices q̲ ſūt ī uſu corpoꝵ leuigādoꝵ fœminis iā q̲dē & uiris:atque ut ait Catul.libris.
Ollo.Ceſtos ſignificat balteū ueneris quo Martis adulteria reprimebāt:cū deus eo cedebat.de hoc plura dicta ſūt ī imagīe iuliæ ī ſupioribus libris.qcūque hēbat hoc balteū poterat quē uellet ad amorē icitare.Meros amores.i.ceſtō calētē.De ſiu Veneris:q nup a Venere acceptus. Horatius flagellū dixit Venerē alloquēs:ſublimi ferias Cloē flagello.

Vme, Citheriacos. Idē. Amatorē Iouē. hoc eſt ex uerſu Homeri: q ſcribit iouē cohibē dū balteo a Iunōe & cōpulſū ad amorē fuiſſe: cū aliēis tamē amoribus ātea eēt deditus

Vrrant: Notarius. Notarii dicebanť qui aliquo orante uerba ſingula excipiebāt notis deſignata hoꝝ uelocitas ī precio erat: auctor ē Plutarchus in uita Catonis uticenſis.

Currāt: uelocia ſint. Suū opus: extulit uerba. Dextra: Notarii. Peregit opus: ſcripſit.

Euis: Concha. Papyraceæ chartæ leuigabāť auctore Pli. dente concauo quod puto ſcribendū dente conchaue. Inde illud apud Cice. Res ageť tēperato calamo: & dētata charta: expoliebāturque ut ſplenderet: & ut facilior eēt curſus calamo.

Cortex maræotica. i. papyrus ægyptia: nā maræotis inſula eſt ægypti. Inoffenſa uia. i. leuigata ut calamus offendere non poſſit: & uſq̄ hærere.

On: Morio Hoc diſtichum ſupra recitauimus: Morio dictus erat. xx milibus emi. Redde mihi nūmos Gargiliane ſapit: Nā moriones dicūť q mētis ſimplicitate q̄dam & deformitate oris delectāt nihil ſcurrile ſuo excogitātes īgenio. hi cū aliis ſtulti uideanť ſapientes iudicanť a Martiale. ꝑpetua enī fruūtur q̄ete nullis anxii curis: q̄lē uitā delegit Epicurus: & Mart. eū ſecutus. Stupor: hebetudo: hoc ē nō ſimulant ſe ſtupidos: ſed ita nati ſūt. Nec fingiť: ut a ſcurris. Non ſapit: nō anxius ē: & īs grauitatē quādā ſuſtīet. Sapit: iudicādus ē ſapiens ut morio.

Ollia. Caput arietinū & cor bubulū in ſaturnalibus mittebanť ueteri īſtituto. Mariti phryxei: q̄lis Phryxum & Hellem traiecit arietis. Meruit: hoc aries ex quo ſæpe habuiſti tunicam. Iuuenalis: notans hunc morē capitis. ſ. ueruecini mittēdi: Et elixi ueruecis labra comedit.

I ſolū. Pomilio latine: græce nanus diciť: Inter portenta olī erat: ſed ī delitias luxu tēporū eſt receptus auctore Pli. Caput: nā manus habet magnū caput. Hectora: fortem & magnū ut Hector fuit. Aſtyanacta. i. paruū: ut fuit Aſtyanax filius Hectoris: q puer de turri deiectus eſt. Apte cum Hectorē patrē nominaſſet: ſubdit Aſtyanactem filium.

Aec. Parma magna īdigebat arte ī ludo theatrali ī quo Agatinus præcipuā obtīuit laudē. ē aūt breuior clipeus: ſcutū aūt longius. totū contegit hoīem: quæ igiť parma ē grādiori hoī eadē ē ſcutū pomiliōi: quæ totū tegit. hoc igiť ī laudē agatini quē ſupra laudauit uictorē in ludo parmæ. Vinci: ab Agatino. Tibi: magno. Scutū pomilionis: parui. ſ.

On. Pueri comœdi: qui in agendis comœdiis placebant corporis elegantia & arte: uerbo attico dicebanť diſexapothi: hoc eſt iocundiſſimi & maxime optandi: contra qui non placebant dicebanť miſumeni hoc eſt odio digni. Egregia nunc comœdorū puerorū turba mittiť. Miſumenos. i. dignus odio. Diſexapothos: iocundiſſimus & qui placebit.

Idem.

Sume citheriaco medicatum nectare ceſton:
Vſſit amatorem balteus iſte iouem.

Notarius.

Currant uerba licet: manus eſt uelocior illis:
Nondum lingua ſuum: dextra peregit opus.

Concha.

Leuis ab æquorea cortex mareotica concha
Fiat: inoffenſa curret arundo uia.

Morio.

Non mendax ſtupor eſt: nec fingitur arte doloſa
Quiſquis plus iuſto non ſapit: ille ſapit.

Caput arietinum.

Mollia phryxei ſecuiſti colla mariti:
Hoc meruit tunicam: qui tibi ſæpe dedit.

Pumilio.

Si ſolum ſpectes hominis caput hectora credes:
Si ſtantem uideas: aſtianacta putes.

Parma.

Hæc quæ ſæpe ſolet uincique uincere raro:
Parma tibi ſcutum pumilionis erat.

Pueri comedi.

Non erit in turba quiſquam:
Sed poterit quiuis eſſe.

Ic mihi. Fibula histrionis indumentum ab umbilico ad genua non tam ad pudéda uelanda: q̃ ad uenereum coitum repriméd um: quo histriones raucescebant: unde fiebat ut mulieres in rem negatam pronæ magno precio coitum ab histrione conducerent: ut in superioribus libris copiosius est expositū. Iuuenalis: Soluitur his magno comœdi fibula. Futuāt: conducti a mulieribus. Carius: maiore precio. uerba sunt fibulæ respondentis.

Ræ do. Accipiter. prædo uolucrum: scilicet olim liber: nūc quoque capit aues: sed domio. Meret: dolet: qđ domio: non sibi capiat aues.

Fibula.

Dic mihi simpliciter comedis & citharædis:
Fibula quid præstas carius ut futuant.

Accipiter.

Prædo fuit uolucrum famulus nunc aucupis: idem:
Decipit: & captas non sibi meret aues.

Calami aucupatorii..

Non tantum calamis: sed cantu fallitur ales:
Pallida dum tacita crescit arundo manu.

Obsonator.

Dic quotus es: quanti cupias cœnare: nec unum:
Addideris uerbum: cœna parata tibi est.

Corculum.

Pauper causidicus nullos referentia nummos:
Carmina cum scribas: accipe cor quod habes.

Coquus.

Non satis est ars sola coquo seruire palato:
Nanque coquus domini: debet habere gulam.

Craticula cum ueru.

Parua tibi curua craticula sudet ofella:
Spumeus in longa cuspide fumet aper:

Pistor dulciarius.

Mille tibi dulces operum manus ista figuras:
Extruit: huic uni parca laborat apis.

On. Calami aucupatorii uiscatis calamis aues arboribus insidentes ueteri aucupio capiebant: dum auceps in digitos surgens: eos subiiceret auium pedibus: hoc supra est expositum & confirmatum: carmine Silii: simul cantu mulcebantur ne interea euolarent. Silius: Vt qui uiscata populatur harundine lucos. Dū nemoris celsi ꝓcera cacumia sensim: Subtracta certat: & cætera sublimen calamo sequit: crescente uolucrem. Calamis uiscatis. Crescit: subiicitur.

Ic. Obsonator dicit q emit obsonia: quo uerbo usus est Tranquil. Huius est pares conuiua&: numero epulas parare precio: quo dominus iusserit. Quottus: quo numero. Nec addideris uerbum: nec moneas quid sit emendum.

Auper. Cor bubulum puto de crumena legendum esse in formam cordis: nam & bullam legimus formam cordis habuisse auctor Macrobio: quæ nonnunquā ex loro fiebat mittitur nūc causidico q poeticæ nonnunquam dabat operā causis omissis reprehensor carminis Mart. supra: Carpere causidicus fertur mea carmina. dat igitur ei cor bubulum angustissima crumena: cū male scribens carmina nullam consequatur pecuniam: Vel si placet intellige de corde bouis. Cor quod habes: id est accipe cor bouis: quia imprudens es & alter bos.

On. Coquus. Ars: coquinaria non satis est. Debet habere: scire gulam domini.

Arua. Craticula diminutiuum a crate: quæ ferrea est. Ofellam condiri e carnibus docet Varro. Hæc potest coqui craticula: cum aper & grandiores feræ torreantur ueru. Fumet: dum torretur. Cuspide: ueru.

Ille. Pistor dulciarius ad differentiam pistoris dicitur: qui panem tantum conficit hic enim mel adhibet: & crustula uariis figuris format. Ars adeo laudatur: ut dicat Mart. Apes mel suum conficere propter hunc unum. Ista manus: pistoris. Parca apis. quia melle abstinet. Laborat huic: id est propter hunc uirum mel conficit:

Ille. Ientacula cibi geneati dicuntur: qui a pueris emebãtur summo mane a pistore: quasi igit noctem saturnalitiã egisset: euagatus per munera singulis distichis: monet diem aduentare impositurus ultimam manũ: a duabus autem rebus lucis aduentantis signum accipit: & a pueris ementibus iẽtacula & a gallis canentibus: qui auctore Plinio: genitia natura sunt ad excitandos mortales in opera: & somnum rumpendum.

Ientacula.

Surgite iam uendit pueris ientacula pistor:
Cristatæque sonant undique lucis aues.

M. Valerii Martialis Opus: Impressum Venetiis. Anno. M. CCCC. LXXX. feliciter explicit.



Domitii Calderini Veronenſis defenſio cum recriminatione ĩ calumniatorem com/
mentariorum in Martialem:quos nondum ediderat ad Corelium patris ampliſſimi
cardinalis neapolitani nepotem.

·Domitius Corelio Salutem.

ON potuimus aſſequi id quod uel tu optabas Coreli:uel ſtudiis noſtris maxi/
me conſentaneum erat:ut Martia.interpretationem ſine ulla animorum con
tentione abſolueremus. Nã qui partim nuper cœperat inuidere:partim odio
habet iam diu:nullum detrahendi & inſectandi finem facit:ꝙ q̃diu intra pa/
rietes ab eo actum eſt apud te:Theodorum Nicolaum præſulem Modruſien/
ſium uiros plane bonos & doctos:æquiſſimo animo iniuriam tuli:aut certe diſſimulaui.
Sperabam enim magnopere fore aliquando:ut cum ſuæ æſtimationis:ac dignitatis ratio/
nem haberet:tum ueteris obſeruantiæ meæ:nam & ſi fidem in eum:beniuolentiam:pieta
tem nunq̃ ipſi uni:quod uideam:probare potui:Tamen officio meo plurimum delectabar
cuius fructum uel ex eo capiebam maximũ:quod ſapientiſſimorũ uirorum conſiliis:Nice
nique in primis uoluntati in cuius eram familia:me ſatiſſacere intelligebã:fuiſſem ꝓfecto
illo etiam amiſſo in eadem inſtituti ratione:a qua maledictis: iurgiis iniuriis grauiſſimis
me nunq̃ depellere potuit:niſi pauloante epiſtola quadã agitatum iampridem animũ pe/
nitus exulceraſſet:ita enim me laceſſit:ita uocat in iuſ:ita accuſat:ut ſilentium pro confeſ/
ſione ſit futurum:quod ſane grauiſſimum eſſet in hominem præſertim innocentẽ: & qui
optimam cauſam habet.qua in re non magis me offendit:q̃ cauillatoria quadam uerſutia:
parum quidem illa digna libero homĩe:ſed teſte fortaſſe uel infirmitatis:uel facti iniquiſ/
ſimi.non enim ſcripſit ad me:non paſſus eſt ſuo nomine epiſtolam reddi:ſed quendã ſub
ornauit qui oſtenderet mẽtitus ſe aliunde accepiſſe.Si iure diſſentit:cur apud nos hoc non
profiteť ingenue & docet:Si iniuria oppugnat:cur audet ſcribere:conqueri:uociferari: de/
clamare quotidie:quaſi uero nihil ad eum magis pertineat:q̃ ꝙ Martialẽ profitemur:quũ
multa pro hominis inſtituto & officio propoſita ſint: in quibus maiore cum laude uerſari
& poſſit & debeat.Equidem uel ſeueriſſimi cenſoris:reprehẽſionem non aſpernor: modo
iuſta ſit:& pro animi æquitate profiſcatur:huc enim induſtria:labores:uigiliæ noſtræ om
nes ſpectant:ut tuis aliorumque auribus dignũ aliquid afferamus:quod poſteris etiam ſpe
remus utile futurũ.Id ſiue maliuolorũ obiurgatione:ſiue mea opera fiat:non laboro uehe
mẽter.Satis præſtare uidebor:ſi mea cauſa quæ a multis incognita habenť:& diſputata fue
rint:& lr̃arum monumẽtis commẽdata.qđ ſi nũc aliquid doceret:agerẽ illi gratias: & nos
omnis maxime debere arbitrarer.ſed qcq̄d ꝓponit:& iactat nr̃m eſt:nos dictauimus:in no
ſtris eſt commentariis:præter contumelias quas ex ſuo ingenio addidit. Nos illic utrãque
ſentẽtiam complexi:alteram probauimus.In eo uero mecum præclare agit:quod non mo/
do perpetuo epiſtolæ argumento:ſed ſingulis ferme ſyllabis eum animum præ ſe fert: ut
nemo non intelligat cur hæc meditetur:& tanta cura tantaque ſollicitudine corruptis au/
ditoribus ſcripta noſtra perquirat. Vtinam is eſſet:qui eſſe debeat: nam & ego aliquando
hæc cum eo communicaſſem:& ipſe multis in locis melius ſentiret. Remitto illi contu/
melias & maledicta quibus me intemperanter onerauit.tam autem immerito audio:q̃ ille
inhoneſte iactat.Tribuo hoc perſonæ quam ſuſtinet:nihil ſcribam: quod ipſius animum
merito offendat:cauſa tantum poſita ueniam ad altercationem:ex qua uiri docti aperte di
iudicabant:an ego aliquid inepte meis auditoribus dictauerim:an ipſe ſcriptis noſtris ad/
monitus quædam ex Strabone:ex quo fonte ſententiam noſtram hauſimus inuidioſe ad
modum repetat & pronunciet.Suſceptam autem olim ſententiam: ex qua deturbari non
uult parum tueatur.Singulis epiſtolæ partibus non reſpondebo:quod ſemper exiſtimaui
infirmi ingenii & ꝑturbati:oĩo alienũ a ueritatis cognitione. Illud ĩ primis præterire non
poſſũ:q̃uis in quẽ ſcriptũ ſit:ignorẽ.Iactat enĩ ſe quẽdã nebulonẽ nouo aſtu eluſiſſe:ĩ quo
uereor ne ipſe accuſãdus ſit.Nã fieri negat:qđ cur fieret pauloante ĩterrogauerat.eorũ enĩ
quæ proponebanť rationẽ illũ docere oportuit.Theophraſtus quoque ſeſe demonſtraſſe
ſcribit cur ita non nullæ ĩ india arbores naſcanť ex militũ Alexandri uerbis:ꝙ ſi aliter eaſ
dẽ naſci audiuerit:alias itẽ cauſas allaturũ polliceť.Quod initio me communẽ amicũ ap/
pellat:facile patior:modo uterque ĩtelligat ſe non eſſe erga me ĩ officio. Quod gloriabun
dũ:ego neque hoc iactaui uſq̃:neque hominẽ noĩaui.Extãt commẽtarii uerboꝝ nr̃orũ te/
ſtes ſempiterni.De mirina qđ refutaui ſcriptũ.libet enim omnẽ diſceptationẽ ad ueritatẽ
conferre:id erat in nonnullis codicibus qui ab ipſius recognitione defluxerãt.qua in re me
ab eo diſſentire plane ꝓfiteor:qđ ut uel iniquis iudicibus ꝓbeť:rationes nr̃as ꝓponemus:

tum refellemus quæ de myrina exponunť. Epigrāmatis initium eſt apud.M.V.Martia.
Campis diues Apollo ſic murynis:Ita codices uetuſtiſſimi habent:quod aperte fatetur.
Quid emendaſti igiť inquiet Semurinis:quod in aliis codicibus mendoſe ſcriptū fuerat.
Sic murinis iuſſi ſcribere:nonne hoc eſt emendare:ſi dixi locū hunc apud poetā inuerſum
me correxiſſe:non ſum mentitus.Quid angiť:quid ingemiſcit: ut campis murinis legerē
potius q̄ myrinis.hæc impulerūt poetā obteſtatū eſſe Apollinē ſentio:ꝑ numen qđ omniū
nobiliſſimū eſſet.Quis enim Apollinē rogauerit tortorē:qui in urbe colebať:omiſſo pala
tino.Quis didymeū erethibiū potius q̄ chryſſeū uel delphicū: Celeberrimū aūt ſminthe
um fuiſſe Apollinē & Homeri carmine & antiquitatis religione:qua multis in locis eo nu-
mīe colebať:uel unus Strabo:cuius uerba referamus ſatis demonſtrabit quo loco multa ſto
machū facere poſſent:niſi totū in præſenti quidē cauſa cū nonnullis eius in me officiis:tū
meæ in eū obſeruantiæ plane condonaſſem:nam ſe multa de ſmintheo Apolline addidiſ
ſe ait:quæ fortaſſe magna ex parte ignorauerim:cū tamē ex eodē loco ea accipiat:unde nos
pauca quædā:quæ ad carmīs interpretationē ſatis fore uiderenť auditoribus recitauimus.
In urbe chryſſa eſt Apollinis ſminthei delubrū:& ſignū quod nominis ueritatem ſeruat.
Nam mus quidā pedi ſtatuæ ſubiacet:hanc ſtatuam ſcopas parius fecit:hiſtoria ſiue fabula
quæ de muribus narrať:huic loco congruit.Nā teucris e creta ꝓfectis:de quibus primo Ca
linus elegiarū poeta tradidit:poſt multi ſunt ſecuti:datū erat oraculū ibi eos ſedem poſi-
turos ubi terrigenæ adorirenť:id circa Amaxicū dicunt contigiſſe: maximāque agreſtium
murū multitudinē noctu exortā quicquid armorum & utenſilium inueniſſet corroſiſſe:
teucros ibi manſiſſe:atque idam ab ida quæ iu creta eſt appellaſſe.Heraclitus ponticus au-
ctor eſt mures circa templū abūdare & ſacros exiſtimari.Simulacrū uero ita inſtructū eſſe
ut murē pedibus premat:& paulopoſt:ſed multis in locis ſminthei nomen.Nā iuxta Ama
xicum duo loca ſunt quæ ſminthia uocanť:præter eū qui eſt iuxta templū.Item alia lariſ-
ſæo agro proxima.In pariano etiā agro locus eſt ſminthius appellatus.Item apud rhodū &
lyndū & alia plurima loca:nunc templū ſminthiū uocant. Hæc illa ſunt quæ ipſe iactat
ſe addidiſſe:piget eius uerba referre:ne bis eadē repetamus.Non ſentis q̄ ridiculum ſit ho
minē ex uno Strabonis loco uariā recenſere hiſtoriā:ut uel plura addere uideať:q̄ nos acce
pimus: uel inanē quandā eruditionē oſtentet.Curio puer meus quē hoc anno e gallia du
xi hunc locū totū tranſcripſiſſet:ſi iuſſiſſem:ſed cū pauca illa rettuliſſem ī commētarios
noſtros:nolui fabuloſam hiſtoriā pluribus proſequi:hunc locū.ſ.ignorabā:quem non mo
do apud Strabonē legeram:Sed hiſdem uerbis apud Euſtachium in primum iliados:cuius
teſtimonio in commentariis uſus ſum. Hæc iuſſi abs te ad Titum eius auditorē ſcribi:ut
præceptori oſtenderet.Sic enim fore ſperabam:ut in opinione ſua erroris plena & prorſus
pueri tenaciter confirmareť. Litteras iſtas nec unq̄ uidi nec miſſas fuiſſe arbitror.
Quid enim me noua aſſenſione confirmaret:cuius ſententiā auditores iam exceperant.
Quid ſe mihi præſtaret auctorē:qui Homerū Strabonē Euſtachiū duces haberē præſtan-
tiſſimos:Quorum auctoritati ipſe nec accedere debet:nec detrahere poteſt.Vide ne uolue
rit uideri hoc commento non ignoraſſe: quod olim nequaq̄ perceperat.An inquit Do-
mitius Chryſſam non procul a thebe patria Andromaches portum habere: ubi ſit ſmin-
thei Apollinis delubrum:& hoc Strabo his uerbis teſtatur.Chryſſa oppidum erat ad mare
portum habens:cui proxima thebe imminet.hic fuit Apollinis ſminthei delubrum. The
bem patriam Andromaches fuiſſe ex carmine Homeri inſeruimus. Grammaticos
quoſdam ſecutus a necatis muribus dictum iactauerat. In auctoribus nominum ſplen-
dorem ſequi non ſoleo:ſed quod probabile uideatur Fabii.Quinti.præcepto numina co-
lebantur:ꝙ aduerſus infeſta opem ferrent. Aegyptii ibin aduerſus ſerpentes: Boetii Apol
linem pronopionem aduerſus culices: Lydi ob ſedatam colebant peſtilentiam. Idem ſa-
lubritatis auctor habitus eſt:ꝙ terræ humorem radiis tollat:unde noxia creantur anima-
lia.Volui igitur in grammatico hiſtoriam naturæ accomodatam ſequi:quoniam Heracli
ti & Suidæ ex quo duo uerba græce inculcauit:aliorumque qui alia de cauſa ſmintheo ap-
pellationem datam ſentiunt.Fabula mihi non probatur. Quid minus ſimile ueri eſt q̄
poetam elegantiſſimū:& cuius in primis linguæ facilitas laudať:nouo atque inſolenti uer
bo uti uoluiſſe:& per ſmintheū murinū dr̄e.Quis unq̄ murinū Apollinē legit:aut muria
loca:aut murinos cāpos:cū ſmintheo Apolline & ſmintheis locis & ſmintheis cāpis oīa ſit
plena. Nihil poetā deteruit:quo minus a mure murinus deduceret:q non modo nō uitat
uerba noua:ſed cū alia fingit:tū ardelionē domicœniū nuſq̄ præterea īuēta carmī īſeruit.
plurimū ꝓfecto īter meā & accuſatoris ſnīam ītereſt: murinū nouū & īſolēs uerbū putat.

ego & feſtiue factū a poeta pro ſmintheo:& pli.uero ordeū murinum dixit:& ꝓbandū:nā
cū Apollinem Homerus ſmintheum dixit a ſmintheo.i.mure:ipſe latino nomīe murinū
appellauit.idem enim eſt ſmintheus apud græcos quod apud nos murinus. Quē uerſum
apud Strabonem a Gregorio Tiphernate latinum factū ipſe etiam protulit ut alia: Smin-
theum præclare tendi dnātor Apollo.Mart.ut eſt Homeri ſtudioſus:& uerſuum admodū
memor:quod multis in locis facile agnoſcas:eam īde flexit appellationē:& pro ſmintheo:
quod latinis nouum erat.nā quis apud noſtros unq̄ ſmintheū dixit:murinū apte:& conci-
ne pronūciauit:ut ſi clamat quis murinos campos legit:aut murinum Apollinē:audiat ob-
ſecro quis myrinos campos:aut myirinum Apollinem uer ſcripſit:uel audiuit unq̄:plēa eē
omnia Apolline ſmintheo non ſatis exploratum habeo.Nullus enim noſtrorum eo uerbo
uſus ē:& meo cubiculo mures quidem gregatim erant.Nullū autem extat Apollinis ſmin
thei ſimulacrum.Quid rides:ego etiam inceſſi omnibus læticiis:ꝙ nimiam habui uolupta
tem.Noſti unde ſit illud cecilianum. Vt igitur ſimile aliquid experirer oſtendi tibi heri
Martialem meum uetuſtiſſimum:in quo aperte & luce clarius ſcriptū erat ſic murinis: ut
ipſe cenſui emendandū. Si Antonium oratorem audiuiſſet:hoc tacuiſſet ꝓfecto:qđ illius
rationes:aut conuellit penitus:aut certe infirmat. Antiqua enim in codice manus nō par
uam fidem optineat neceſſe ē:conſtans præſertim & ubique eadē:quod pluribus de ſyllaba
diſputando oportere affirmat Sic mu Trocheū eſſe id nobis incompertum fuiſſe:nec ipſe
quidem ſcribit:qui eam metri rationem uel pueris cognitam fatetur:ſyllabæ adeo peritū
eſſe neſciebam:qui uerſus aut nunq̄ facit aut certe malos:quorum ipſum quoque pudeat.
Non negauerim mures priorem ſyllabam producere:& murinis idem oporteſ:quod eo lo
co in commentarios noſtros rettulimus. At cum reliqua omnia meæ ſententiæ conueni-
rent:multaque memoria repeterem:quæ primitiuorum numerum mutant:ut quem acce
perint productum:corripiant:facile ſum paſſus Martialem in uerbo:quod ipſe pro ſmin-
theo recens derſuauerat.Eadē ſyllabæ uenia uti:qui a numeris præſcriptis nonnūq̄ diſce-
dit ueluti in deriuato a getulia primam & alteram ſyllabas corripuit:quibus longis cæteri
utantur.Traducta eſt getulis:nec cepit harena nocentes. Virgilius:Hunc ego getulis age-
rem ſi ſyrtibus exul:quod Epheſtio præcipue in ſyllabarum ratione auctoritatis fieri de-
bere ſcribit:ut ſi deriuatiua ſyllaba mutantur:colligantur potius in breuem:q̄ a breui in
productam exeant:acer acerbus:lotum lotiū:uado uadum:odi odium:moles moleſtus:lu
ceo lucerna:offa ofella:currus currulis currule:ſedes ſedile.eodem genere primam contra
xerunt ſyllabam:quum in primitiuo longa eſſet. Quare cum id exemplo a poeta fieret
nolui conſtitutam:grauem:dignam auctore interpretationem non amplecti:ꝙ præſertim
quæ de myrina comperiebam aures non implebant. Hic eſt alter epiſtolæ noſtræ locus:q
in confirmatione totus uerſabitur. Quippe erroris ratio facile intelligi poteſt:quum ma
xima inter.u.&.y.litteras affinitas ſit. Quæ tanta iſta eſt affinitas:Sunt ne ita ubique ce
lebratæ nuptiæ:ut nuſq̄ deſſidium appareat.Si myrinus aliquando poeta ſcripſit:cur in
nullo antiquo codice illius manus extat:non fuiſſet:mihi crede:tantus librariorum omni
um in hac menda conſenſus:ut ne per imprudentiam quidem aliquando myrinis ſcripſe
runt:ſi ex aliquo exemplo deducendum erat:Sed murinis propagatum eſt:quod ab aucto
re ſcriptum fuit.De myrina uero ne ignoraſſe uideamur:quod tradidimus:in commenta
riis noſtris:ita ut puto ſcriptum eſt.Myrinam æoliæ urbem fuiſſe Homerus quidem ſtra-
bo:Ptholomeus teſtantur.ſed illic Apollinis cultum reperio.Num ſum deceptus. Quis
unq̄ legit myrinam urbem Apollinis numen habuiſſe.Homerum & Ptholomeum præter
mitto:Strabonis ſententiā ſubiiciam uerbis latinis inſerto Homeri carmine:ut a Gregorio
Tiphernate in noſtros numetos conuerſum eſt.In ilienſi campo cumulus quidam eſt:hūc
homines proprio bateam nomine dicunt:Aſt immortales uolucris monumenta myrinæ.
tum & myrina urbs ex ea nominata eſt. Alio præterea loco intra ſinum eſt myrina ad ſta-
dia lx.æolica urbs:ubi Strabo Apollinem cultum in ea urbe tradidit:ut ſatis conſtet quod
diximus Apollinem illic non coli celebri aliquo nomine.Mox ſubdit:Achiuorum portus
ubi ſunt xii.deorum aræ ne hoc quidem ad Apollinem refertur:demum gryneum myr-
næorum oppidum:& Apollinis fanum & uetuſtiſſimum oraculū. Gryneum Apollinem
hiſtoria ſane traditum & uirgiliano carmīe nobilem non ignorabam: Sed nec eundem di
ci myrinum ex hoc Strabonis loco perſuadebit:nec quiſq̄ uel apud græcos:uel apud nr̄os:
unq̄ ullo ſcripturæ genere:aut myrinos campos:aut Apollinē myrinū nominauit. Quid
enim gryneum celeberrimum appellatione peroblcura confundat: nimirum Martialis
gryneum Apollinem myrinum nuncupauit: quaſi aut non potuerit gryneum dicere:

quod ab omnibus eſt conceſſum:aut licuerit myrinũ appellare:nec ratio grãmatices, Ad eã
enim particulam uenio. Myrios igitur campos a myrina urbe recte dici quis neget.quem/
admodum a paleſtina urbe paleſtios:a ſolima ſolimos:& a gryneo oppido gryneũ Apolli/
nem. A myrina myrnæum dici non myrinum & analogia & uſus ipſe docuit: nec eadem
ratio eſt in paleſtina & ſolima:quæ & ſi aliter ex ſe deriuatiua emittere debebant:tamen in
græcorum latinorumque uſum peculiari quadam lege recepta fuerunt. Nam & triũphos
paleſtinos dicimus:& ſolimum puluerem:quæ non a nobis:ſed auctoribus græcis inſtituta
ſunt.At idem myrneos dicunt non myrinos:& quidem cum diphthongo:quod uel ex ſu/
periore Strabonis loco ſatis percipi potuit. Deinde grynium myrinæorum oppidum:nõ
myrinorum:quo in nomine eorum auctoritatem non nimis ſequi debemus:q̃ in paleſtinis
& ſolimis.At ſi paleſtina & ſolima eiuſdem generis omnino exiſtimat:cur non paleſtinum
& ſolimeum dicimus:ut myrinæum:quod Strabo ſupra uſurpat:ea ſcilicet de cauſa:quod
alius illorum nominum uſus eſt:q̃ huius.Gryneum autem oppidum:& gryneum Apolli/
nem:quid commune habet cum myrina & myrinus:quum & longe diuerſus ſit exitus: &
grynium oppidum dicamus non gryneum:gryneum uero Apollinem. Conferamus ali/
quando noſtras cum illius rationibus.Homerus ſmintheum nũcupat.Inde Martialis mu/
rinum ſuo uerbo:& appoſito.eius celebritatem antiquorum monumenta teſtantur.Antiq
codices ſic murinis proferunt:non ſic myrinis:quorum rationem habendam & olim Geli
us & doctiſſimi homines omni tempore iudicauerunt.ſyllabam corripi non diſſimili alio
rum licentia demonſtrauimus.Myrinum nec uetus ſcriptura probat:nec ullus unq̃ auctor
enunciauit:nec ratio grammatices permittit.Vtrum tandem magis nouum erit uerbũ my
rinum:ne quod æque damnatum eſt ab omnibus:atque omiſſum:an murinũ ĩ quo poetæ
ingenium exiſtit:celeberrima appellatio exprimitur:Homerum:Heraclitum:Strabonem
auctores habemus. Recte ergo poeta Apollinem myrinis campis diuitem uocat:ſiue q̃d
ramentis abundet aureis:ſiue ob fertilitatem regionis:ſeu quod templũ eius ibi eſt lapide
cãdido ſumptuoſiſſimum.In campis Apollinis ſminthei nullã fertilitatẽ habeo:quam re
feram præter helleborum:quod ibi præparari ipſe ſcribit quũ antycitræ id Theophraſtus:
& Pli.tribuat:qua ratione ditiſſimum ſmintheũ fuiſſe contenderim multorũ ingenio id
purgationis genus deſiderante. Ego potius ita eum locum interpretor:ut poeta obſecrans
Apollinem optet:ut ſic campis murinis diues ſit.i.religioſiſſime colatur. Nam poetarum
eſt dites aras appellare:ad quas multæ hoſtiæ mactantur.diique non diuitias quibus non ĩ
digent:ſed cultum precantur:qui unus eorum numina amplificat:& plane facit diuina.
Sic ſis diues in campis murinis.i.ſic colaris magnifice in campis ſmintheis:quos multis in
locis fuiſſe Strabo ut propoſuimus ſcriptum reliquit.Hæc Coreli ſecuti ſumus ut campis
murinis legeremus:potiuſq̃ myrinis:quæ bonis & doctis hominibus me probaturum ad/
modum confido:q̃ ſi redarguent:eorum ſequar iudicium:& plurimum huic debebo: cui
in eodem genere gratiam fortaſſe aliquando referre potero:immo nihil iam prohibet er/
rantem docere.Nam ſi beneficium contulerit hac re ſatiſfecero:ſin minus uobis certe no/
ſtri officii gratia erit deuictus.Quid eſt inquies ſuperioribus diebus cum apud librarios ex
Martialis codice eius manus emendato nonum & decimum legerem:nonnullique audito
res adeſſent:cum multa nos offenderunt:tum riſu abſtinere non potui:quum icidi ĩ illud
epigramma cui eſt initium: Vare pretonias latia modo uite per urbes: Nobilis & centum
dux memorãde uiris:quod ipſe ita correxerat:lata modo uoce per urbes nobilis:ſimul do
lui hominem tam imprudenter lapſum eſſe:cum libri antiqui ſcriptura latia uite habeat:
& ita ſit omnino legendum.Nam Varus centurio erat:quo nomine uitem latiam geſtabat
Plinius in naturali hiſtoria:Centurionum in manu uitis. Lucanus de ſceua centurione:
Qui longo latiam gerit ordine uitem.Iuuenalis:poſt hæc nodoſam frangebat uertice uitẽ
Siluis: Nam uitis honore perfunctus latiæ ſubito ſtimularat agreſtis.denique lege cautum
eſt:ut ſi miles centurioni caſtigare ſe uolenti uitem tenuerit:militiam mutet.cur autem la
ta uoce in uertendo ſcripſerit:non ſatis diſpicio:niſi de patrono apud centum uiros dictũ
putauerit quem ut alterum ſtentorem homericum:aut Trachalum:qui a tribus ſubſelliis
exaudiebatur fuiſſe oportuit.Siquidem lata uoce per urbes paretonias nobilis erat: quod
q̃ ridendum ſit uel ipſe intelligit. Monebis igitur ſtatim deprauatũ locũ recognoſcat:ne
uno exemplo compluribus menda imprimatur. Multa præterea apud hunc poetam aut
inſcitia parum intellecta:ant temeritate deprauata ex nobis & in ſuperiores nouem libros
didicit:& poſthac audiet:quæ diſſimulare non poteſt.Nam quod illius in cenſura collega
& laboris:quem olim diuinum prædicebant ſotius edidit in manibus eſt:in quo aliquãdo

ipse ueniam impetrat: cum sermonem latinum nondum formauerit: sed quæ iam deprehensa sunt iudicibus aliquando deferentur. Quod q̄ plurima loca se notaturum denuntiat: nihil respondeo. Id enim ea perturbatione animi addidit: qua reliqua scripsit: quod i fine collocatum esse non miror. Nam pleraque noxia animalia aculeos uenenatos ex caudæ apice emittũt: nisi fortasse errorem putat quicquid ipse percipere non potest. Ego nec soleo mentiri: nec ipse debet. Illud certe multis testibus liquido affirmare possum: me intra paucos dies supra ducenta eius errata in lucem prolaturum: ex quibus: aut in Polybio peruertendo infantem: aut in Martialis & aliorum castigatione censorem iniquissimum plane agnoscas. Quid si de moribus disputare uoluerimus: deerit ne scribendi argumentum: an uerba? De scriptis meis concipiat animo & meditetur quæ uelit quomodo perfecta fuerint: quod ego quoque coram dixi uix sex librorum interpretationem: quæ apud nos est hactenus recognouimus: nam tradita auditoribus quotidie: aut confirmantur pluribus exemplis: aut melius explicantur: ut aliquando uel alieni hominis & iniquissimi iudicis aures impleant: quod uel hoc loco de quo disputauimus actum est. Nam multa diximus copiosius q̄ in commentariis sit: ut sententiam nostram facile ei percipere licuerit: & sese errore isto liberare. Id quod alibi plerunque præstamus: sed abortum a nobis rapit: quoniam partus formati pulchritudinem ac dignitatem inspicere non poterit. Tenes ne memoria Coreli q̄ inuectus sit in nostram de disticho illo sentẽtiam: Coccina famosæ donas & hianthina mœchæ: Vis dare quæ meruit munera: mitte togam. Ita enim docuimus: Hic famosæ & notissimæ mœchæ maximi precii uestes mittebat. poeta iocans non sine fellis aspergine monet ut mittat togam: siquidẽ uult mittere uestem mœcha famosa dignã: Nam mulieres in adulterio deprehensæ toga indutæ in publicum ducebantur. Martialis alibi: Thelyn uiderat in toga spadonem: Damnatam numa dixit esse mœcham. hoc cum legisset in commentariis nostris: quos ut proposui rudes ac impolitos quottidie surripit: non ueritus est apud te: & Nicolaum præsulem modrusiensium clara uoce affirmare me id falso suspicatum esse: neque ullis maiorum monumẽtis extare. Id cum audiuissem: statim inseri iussi Porphyrionis & Acronis uerba i eum locum Horatii: ancilla pecces ue togata. Togatæ autem ut utriusque auctoris uerbis utamur: in publicum procedere: cogebant fœminæ adulterii admissi conuictæ. & Iuuenalis: Est mœcha Labulla Damnetur: si uis etiam carphinia. talem Non sumet damnata togam. Nullum præterea uerbũ fecit: ne idẽ iterum contingat nostri opusculi editionem expectet necesse est: ne si quid interea susceperit: cum odisse ac inuidere potius q̄ docere uideatur: tum in maledicta incurrere: in quibus declinandis non minus prudentiæ existit: q̄ in ferendis moderationis.

M. Lucidi Phosphori Epigramma.

Quisquis amat lepidum uatem latiasque camœnas:
  Et uitam & mores noscere quisquis amat:
Ille mei Domiti generosos usque labores
  Perlegat: excultis quos dedit ingeniis.
Et quos ut posset multis prodesse peregit:
  Inque dies uarios officiosus habet.
Vos nimium tetricæ frontis miserique catones
  Ite procul: uestrum ferte supercilium.
At tu docta cohors: & tu romana propago
  Laudibus innumeris hunc celebrate uirum:
Tu quoque qui fueras mutilus mendosus & asper:
  A cunctis poteris nunc bene Marce legi.
Ecce tibi eximium partum est interprete nomen:
  Redde uicem: alternum diuide Marce decus.
Vt si forte labor fuit hic communis: & ipsa
  Gloria communis uestra duobus eat.

Registrum huius libri.

Prima alba
a domitii
itaque hoc
barbara

Sæcula
b non inter
illa fronte
casta suo

Bilbilim
c signata
milia
erras

Munere
d ad gallum
occurris
rheno

Coccina
e pila
paucos
recens

Luxurieris
constituit
fictæ
si temperari

Cum uocor
g aura
fatua
conuiua

Mellus
h nullos
rara
solidum

Alcinous
i cum grauis
hemytriteus
ohe iam

Magister
k si quando
maris
concubino

Quæ legis
l non totam
spado
diademata

Dum tibi
m nam si
mihi
& piscatorem

Et uirgi.
n festa
o bene
longa

Mercari
o astra
non ante
commendare

Laurigeros
p æacides
non tota
equi solis

Quanta
q epaphæresis
tres habuit
moro

Dicere
r inscripsit
canusinati
lingua

Luce
f suo citro
regna
sordent

Tindaris
t cum stare
dulces
mapalia

Habere
u ructatrix
templa
iura

Dominam
x in commiscentem
sponsio
pythagoras

Formosam
y iam nisi
rutæ
cum me

Non te
z explicitum
tetrici
palma

Illic
& daphnonas
cur
natali

Oras nostras
A cærea
ne tibi
si caseus


Pulcher
B hæc fundanum
ueris quia

Et pollux
C pergamus.
nos duas

Aspicis
D pauperis
orbibus

Equus
E dic mihi
domitii

Finis.



Regiſtrum huius libri.

a Prima ſiba / domini / itaque hoc / barbara

b Sæcula / non inter / illa fronte / caſta ſuo

c Bilbilim / figurata / milia / erras

d Munere / [illegible] / occurras / [illegible]

e Coccina / pila / paucos / [illegible]

f [illegible] / continuat / [illegible] / [illegible]

g [illegible] / aura / ſatua / conuiua

h Melius / [illegible] / rara / [illegible]

i [illegible] / cum grauis / [illegible] / ohe iam

k Magiſter / ſi quando / maris / concubino

l Quæ legis / non totam / ſpado / diademata

m Dum tibi / nam ſi / mihi / & piſcatorem

n Et uirgi. / feſta / o bene / longa

o Mercari / aſtra / non aere / commendare

p Laurigeros / ſcandes / non tota / equi ſoli

q Quanta / epaphæreſis / tres habuit / thoro

r Dicere / [illegible] / [illegible] / [illegible]

ſ Lucr / ſuo citro / regna / ſordent

t Tindaris / cum ſtare / dulces / mapalia

u Habeus / [illegible] / [illegible] / [illegible]

x Dominam / in commiſſ[illegible] / ſponſio / pythagoras

y Formoſam / iam niſi / rutæ / cum me

z Non te / explicitum / terno / palma

& Illic / [illegible] / [illegible] / [illegible]

A Os neſtras / cerea / ne tibi / ſi caſeus

B Pulcher / hæc fundanum / ietris quia

C Et pollux / pergamus / [illegible]

D [illegible] / [illegible] / omnibus

E Equus / dic mihi / domini

Finis.

